Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

AMSTELAEDAMI
LUGD. BAT.
ULTRAJECTI
} Apud {
R. & G. WETSTENIOS.
SAM. LUCHTMANS.
JACOBUM BROEDELET.

M. D. CC. XXVI.

Phil. a. Gunst. sculp.

FLAVII JOSEPHI

QUAE REPERIRI POTUERUNT,

OPERA OMNIA

GRAECE ET LATINE,

Cum Notis & Nova verſione

JOANNIS HUDSONI, S.T.P.

Aulae B. Mariae Virginis Principalis, & Bibliothecarii Bodlejani.

Accedunt nunc primum Notae integrae, ad Graeca JOSEPHI *& varios ejusdem Libros,*

D. EDUARDI BERNARDI, JACOBI GRONOVII, FRANCISCI COMBEFISII, JO. SIBRANDAE, HENDR. ALDRICHII,

Ut & ineditae

In Univerſa FL. JOSEPHI Opera,

JOANNIS COCCEI, EZECHIELIS SPANHEMII, HADRIANI RELANDI, & ſelectae ALIORUM.

ADJICIUNTUR IN FINE

CAROLI DAUBUZ Libri duo pro Teſtimonio FL. JOSEPHI de Jeſu Chriſto;

Et ejusdem Argumenti EPISTOLAE XXX. virorum Doctorum, ut REINESII, SNELLII, JO. FR. GRONOVII aliorumque, Philologicae & Hiſtoricae; ut &

PETRI BRINCH Examen Chronologiae & Hiſtoriae Joſephicae; JO. BAPTIST. OTTII Animadverſiones ad JOSEPHUM & ſpecimen LEXICI FLAVIANI; CHRIST. NOLDII Hiſtoria Idumaea, ſeu de Vita & Geſtis Herodum &c. &c.

Quorum Syllabus exſtat ante initium Libri Primi Antiquitatum.

Omnia collegit, diſpoſuit, & poſt JO. HUDSONUM *ad Codices fere omnes, cum inpreſſos, tum Manuſcriptos, praecipue* LUGDUNO-BATAVOS, *diligenter recenſuit, Notasque paſſim ſuas, & quinque in fine Indices adjecit*

SIGEBERTUS HAVERCAMPUS;

Linguae Graecae, Hiſtoriarum & Eloquentiae Profeſſor, in Academia, quae Lugduni eſt, Batava.

TOMIS DUOBUS.

AMSTELAEDAMI, LUGD. BAT. ULTRAJECTI } Apud { R. & G. WETSTENIOS. SAM. LUCHTMANS. JACOBUM BROEDELET.

M. D. CC. XXVI.

ILLUSTRIBUS ET AMPLISSIMIS

ACADEMIAE LUGDUNO-BATAVAE CURATORIBUS,

ALBRECHTO NICOLAO,

BARONI DE SCHAGEN, TOPARCHAE IN GAUDRIAAN, EQUESTRI ORDINI NOBILIUM HOLLANDIAE ADLECTO, MAGISTRORUM RATIONUM COMITATUS HOLLANDIAE PRIMO, JUDICII VENATICI ADSESSORI, AGRI RHENOLANDICI CURATORIBUS ADSCRIPTO, SOCIETATIS INDICAE ORIENTALIS RECTORI &c. &c. &c.

HERMANNO VAN DEN HONERT, J.U.D.

DORDRACENAE URBIS SENATORI AC CONSULARI, AGGERUM ALBLASSERWERDENSIUM COMITI &c. &c.

CORNELIO VAN VALKENBURG, J.U.D.

HARLEMENSIS URBIS SENATORI ET CONSULARI, EJUSDEM URBIS PRAETORI, AGGERUM RHENOLANDICAE PRAEFECTURAE ADSESSORI &c. &c.

EORUMQUE COLLEGIS

AMPLISSIMIS ET GRAVISSIMIS,

URBIS LUGDUNO BATAVAE CONSULIBUS,

CONRADO RUISCH J.U.D.
NICOLAO VAN BANCHEM J.U.D.
AEGIDIO VAN DER MARK.
THEODORO VAN GROENEVELD J.U.D.

ET

VIRO AMPLISSIMO

DAVIDI VAN ROYEN J.U.D.

ILLUSTRI CURATORUM ET CONSULUM CONSESSUI A SECRETIS,

NOVAM HANC JOSEPHI EDITIONEM

D. D. D.

SIGEBERTUS HAVERCAMPUS.

*

ILLUSTRES ACADEMIAE PATRES,

SCRIPTOR ISTE, VOBIS QUEM OFFERO,

QUIS, ET QUALIS SIT, SI QUAERITIS;

JUDAEUS EST FLAVIUS JOSEPHUS,

NOTUS OMNIBUS.

ANNALES QUI NOBILIS CONDIDIT GENTIS,

CUJUS DUCTOR COLONIAE DEUS;

FAMAMQUE, FALSIS TEMERATAM CRIMINIBUS,

VICTURIS CONTRA APIONEM DEFENDIT CHARTIS.

SACERDOTALI ORTUS GENERE,

PONTIFICES PROAVOS ET REGES VIDIT.

HINC AD HISTORIAM ATTULIT

SANCTAM MENTEM, FIDUM CALAMUM, CELSUM SPIRITUM,

TANTI VIRI MIRABILES NE LATERENT CASUS

MIRANDA MAXIME ORBI QUI PATEFECIT,

LEGI VOLUIT

VITAE SCRIPTOR IPSE SUAE:

NE VIDERETUR VIXISSE MALE, QUI SCRIPSIT BENE.

IRATI DEI JUDICIUM TREMENDUM

SENSERE SOLYMAE, DEVOTA CIVITAS;

HORRUIT HERODUM STIRPS EXCISA RADICITUS;

SUBIIT EXSTINCTUM MOSIS IMPERIUM.

FILIUM

FILIUM DEI, VITAE DUCEM, JESUM CHRISTUM,

JUSTUM, VERACEM, SACERDOTEM SUMMUM,

PATRIA ADORANT MOENIA, SED PROSTRATA;

SANCTA DESIGNANT ALTARIA, SED EVERSA;

UT DOMINUM AGNOSCIT TEMPLUM, SED DESTRUCTUM;

A B H O S T E, A S U I S, A C O E L O.

FLAMMIS IN PORTICIBUS, IN ADYTIS CREPITANTIBUS,

CLARA LUX ORITUR EVANGELIO.

PRAECO JOSEPHUS.

JUDAEUS UT SCRIBENS, AN CHRISTIANUS,

PARUM DIFFERT.

VERITATI SUA FAMA VEL AB HOSTE CONSTAT.

AUCTOREM HUNC MAGNUM,

NOBILEM, DOCTUM, DISERTUM, UTILEM,

SAEPIUS AD PRELUM REVOCARANT TYPI,

NON PRO SUO NITENTEM MERITO.

PLURES TENTARANT PER ORBEM ERUDITI,

INFAUSTO OMNES ADFLICTI SIDERE.

QUORUM FLEBILES AUXIT RUINAS,

SEPELIIT QUEM NUPER HEROUM ALTRIX,

UBI NOVAE FLORENT ATHENAE,

GENS ANGLICANA, MAGNUS HUDSON,

QUI LATIO QUOQUE PURIOREM DEDIT.

* * HUJUS

HUJUS EGO SOLLICITA PREMENS VESTIGIA,
CONRADENS UNDIQUE FLAVIO QUAE PROSINT,
LABORIOSA HAEC EDIDI VOLUMINA,
ORBI BENE UT FACEREM ERUDITO,
VOBIS NON MINUS UT PLACEREM;
DECUSQUE BATAVO CONSTARET LYCAEO,
LUGDUNIQUE INCLYTUM VIGERET NOMEN;
CUJUS EX MEMBRANIS, SENIO VERENDIS,
JUVENTAS JOSEPHO, CEU PELIAE, DATUR.

JUDAEUM SCRIPTOREM TITUS IMPERATOR
BIBLIOTHECAE INSERUIT FLAVIAE,
IN ICONE SUSPEXIT ROMA.
VOS ME AD ALTA EVECTUM MUNERA
CONSPICUUM FLORI REDDITIS JUVENTUTIS,
ORNATIS TITULIS, INVITATIS PROEMIIS,
QUOD SPIRO, QUOD SPERO, VESTRUM EST.

LE

LECTORI BENEVOLO

S. D.

SIGEBERTUS HAVERCAMPUS.

RESPONDIT tandem votis noſtris eventus, neque conatus ille, viſus quibuſdam audax & periculoſæ opus aleæ, irritus fuit. Quaſi vero, aut equum *Sejanum* agitaret is, qui *Flavii* Operibus edendis incumberet; aut *Fulviam*, fatalem maritis ſuis uxorem, domum duceret; ſic omnes *Joſephum* edere cogitantes idem manere fatum, notiſſima inter Eruditos vagabatur fabula. Meticuloſus merito, imo ſtultus a cordatis viris vocari meruiſſem, ſi animum infringi hiſce plus quam anilibus nugis ſiviſſem. Ita videlicet mecum reputabam: omnes illos, qui tam longo atque difficili labori ſeſe adplicuiſſent, vel duodecima diei hora cœpiſſe ædificare, vel in longum laborum ſuorum procraſtinaſſe uſum; quin nec hoc mirum videbatur, vegeto corpore & virentibus annis abreptos quoſdam, qui in ea deſudarant palæſtra, quum miſceri quotidie funera ſenum juvenumque videamus. Imo tanto magis ſtimulum indies admoveri mihi ſentiebam, ut perficerem opus perfectoque gauderem, quod plures ante me vel ad primam lineam prolapſos, vel in medio curſu deſtitutos, vel denique, ad ipſam metam impacto vitæ curriculo, effuſos, in vanum exercuiſſet. Dederant in hunc Agonem olim & proximis quoque temporibus nomina *Bertrami*, *Scaligeri*, *Caſauboni*, *Cunæi*, *Petiti*, *Bigotii*, *Bœcleri*, *Noldii*, *Voſſii*, *Cocceji*, *Scotani*, *Boſii*, *Monachii*, *Bernardi*, *Spanhemii*, *Olearii*, *Gronovii*, *Relandi*; & quis non, qui vel inter principes Eruditi Orbis gradiebatur, vel inferi principiis illuſtri aliquo edito facinore ambiebat? Quorundam intra verba ſtetit fides; Plurimos in ipſo labore mors oppreſſit; Huic indignatio præreptæ laureæ, illi obortæ ſimultates, aliis alia obfuerunt.

Tandem (neque enim diſſimulanda ſunt merita aliorum, ſed ſua cuique jura reddenda) omnium omnem ſuperavit jactum *Joannes Hudſon*, vir Græce doctiſſimus, & cujus plurima in Helladem exſtant merita. Hic enim eſt, qui *Joſephi* nobis dedit Opera, non tantum ad perfectiſſimam, multorum annorum ſudore, limam revocata; verum, abdicata illa Veteri, & non uno nomine culpanda, quæ *Epiphanii Ruſinique* nomine fulgebat, Verſione; ad ipſa Græca prorſus Novam laborioſa concinnavit induſtria. Sed ipſe dum *Joſepho* ſuos indulget annos, laborem cepit multum, fructum laboris percepit nullum. Diſceſſit enim ad plures, dum ſuprema manus operi inponitur, & in Indice verſantur typi, præfandi quoque vice aliis derelicta. Avide hanc Editionem Batavi Germanique exſpectabant Bibliopolæ, ut addita nova quadam acceſſione hederam placentem ſuæ merci apponerent. Ea cauſſa *Gronovium*, *Olearium*, *Relandum* continuit, ne vel ante ſua publicarent, vel acrius etiam Scriptori huic incumberent, quam multum ſperata illa Editione frui liceret. Sic nulla præter Anglicanam illam Cl. *Hudſoni* præ manibus erat Editio, elegans certe, ſed pro more gentis pretioſa, nec facile omnibus comparanda. Quare, quum præclaro inſtituto laudatiſſima hæc Bibliopolarum Triga, qui jam ante magno ære *Jo. Cocceji* notatum emendatumque manu exemplar ſuum fecerant, atque de aliis ad novam locupletationem ſibi proſpexerant, mihi ſuum aperuiſſet conſilium revocandi *Joſephi* ad typos Batavos, quam maxime fieri poſſet luculenter &

ope-

operoſe; & ſtudii mei & officii eſſe exiſtimavi hunc amplecti laborem, atque in id incumbere, quo majore, quam hactenus, cum uſu fructuque haberetur atque legeretur ab omnibus nobiliſſimus Hiſtoriarum Auctor, & proximo poſt Sacros Scriptores loco *Flavius Joſephus*.

Prima inde mihi cura fuit, in omnes oras circumſpicere, atque Doctos ubicunque Viros ſollicitare de juvando hoc inſigni molimine meo, deque plurimorum Eruditorum votis bene mereri. Angliam tantum non expilaverat Cl. *Hudſonus*, omnibuſque ibi perluſtratis Bibliothecis, reſiduum inde nihil fecerat; miſſa & ipſi aliunde plurima erant ſubſidia. Et tamen poſteriorum curæ atque diligentiæ quædam reliquiſſe teſtari hæc Editio poterit, quæ novis Collationibus atque Acceſſionibus haud pœnitendis locupletata, dignitatem ſuam facile tuebitur. Principem certe merentur locum Codices duo *Lugd. Bat.* quos olim poſſedit *Iſaacus Voſſius*, quorumque excerpta quædam habuit Cl. *Hudſonus*, & copia itidem facta fuiſſe *Jo. Coccejo* notata manu ejus ad oram libri teſtantur. Hos diligenti cura inſpeximus, paſſimque varietatem illorum, ubi a *Voſſianis* excerptis diſcrepabant, per literas L. B. nonnunquam lineolis (L. B.) incluſas, ubi *Hudſonianis* Lectionibus interſeri neceſſe erat, adnotavimus. Uterque Codex in charta ſcriptus eſt, ſed notæ valde bonæ & antiquæ; Prior, qui olim pertinuit ad *Wilhelmum Nooms*, ut appoſitum nomen teſtatur, poſteriores Antiquitatum libros novem integros continet, non vero decem, uti perperam inpreſſum exſtat in Bibliothecæ Lugd. Bat. Catalogo Pag. 392. Num. 26. incipit enim ab initio libri duodecimi; & quoniam hi maxime libri corruptiſſimi olim erant, hinc *Boſii* editionem retardavit, quod integrum horum Codicem nanciſci nondum potuerit, hujus MS. excerpta interim plurimum deſiderans, ut ſcribit *Grævius* in Epiſtola ad *Heinſium*, quæ in noviſſima Collectione Cl. *Burmanni* occurrit Num. CLI. Eoſdem libros, ſed addito undecimo, exſtare accepi in *Mediolanenſi* Bibliotheca *Ambroſiana*, verum ita cum editis congruentes, ut vix inde diſcedere animadvertas. Placuit tamen ejus Codicis dare notitiam eam, qualis ad nos pervenit ex literis Clariſſimi Italiæ ſui luminis *Ludovici Antonii Muratorii*. *Vetuſtior* (inquit) *Flavii Joſephi MS. Codex pergamenus Ambroſianæ Bibliothecæ ſignatus Lit. F. n.* 128. *fol. minori, qui fuit olim Archiepiſcopi Philadelphiæ, mancus eſt, ac initium habet a libro* XI. *Hiſt. Judaicarum. Præſtantiſſimæ ceterum notæ, ac venerandæ antiquitatis. Prima pagella in ſuperiori externo angulo lacera: aliæ omnes integræ, nullaque temporis injuria vitiatæ, ita ut perſpicue legi poſſint ab homine vetuſtiorum characterum perito, vel in ejus codicis lectione parumper exercitato; nam litera* β *in eo ſemper hac forma ſcribitur u.* κ *vero u, ita ut ab* η, *quam frequentiſſime in eodem codice idem character repræſentet, nec minimum differat. Rari admodum nexus, at is in errorem facile inducit, qui* λ. *&* ι. *complectitur, ea forma perpetuo expreſſus, quæ pro litera* μ *in adjacenti verbo ſit accipienda. Subſcriptam præterea literam jota recentiorum more nullam habet, ſed vocali ſuæ adhærentem.*

Poſt eam partem hiſtoriarum ſequuntur libri Antiquitatum, ac demum vita Joſephi græce ſcripta, & typis vulgata.

Primæ pagellæ faciem alteram a prima integra linea fideliter exſcripſi, atque ita ſe habet; & præter τὸ ὕστερον πρότερον *duobus in locis, nil aliud varium notavi ab impreſſo, quo utor, Aureliæ Allobrogum typis Petri de la Roviere* 1611.

Καὶ τ̃ ναὸν οἰκοδομήσωσι, καὶ τ̃ ἀρχαίας ἀπολαύσωσιν δαιμονίας, ταῦτ' αὐτοῖς παρέσχε. παροξυνήσας γὰρ τὸν κύριον ψυχλὸν, ἐπέπεισεν αὐτὸν χρήψαι κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκίαν. Ὅτι κύριος ὁ βασιλεὺς λέγει. ἐπεί με ὁ θεὸς ὁ μέγας τ̃ οἰκουμένης ἀπέδειξε βασιλέα. πείθομαι τ̃ᾶτον εἶναι ὃν τὸ τ̃ ἰσραηλιτῶν ἔθνος προσκυνεῖ καὶ γὰρ τοὐμὸν προεῖπεν ὄνομα διὰ τ̃ προφητῶν. Καὶ ὅτι τ̃ ναὸν οἰκοδομήσω αὐτ̃ ἐν ἱεροσολύμοις ἐν τ̃ι ἰουδαίαι χώραι. ταῦτα δ' ἐγὼ κύρος ἀναγνώσκων τὸ βιβλίον, ὃ, τ̃ αὐτ̃ προφητείας ὁ ἡσαΐας κατέλι-

πέλιπε ἀφ' ἐτῶν ἑξακοσίων καὶ δέκα. ἔτω γὰρ ἐν ἀπορρήτοις εἶπε ταῦτα λέγειν τὸν θεόν. Οπ βάλομαι κύριον ἐγὼ πολλῶν ἐθνῶν καὶ μεγάλων ἀποδείξας βασιλεία. πέμψαί μὲ τὸν λαὸν εἰς τὴν ἰδίαν γῆν, καὶ οἰκοδομῆσαί μὲ τὸν ναὸν.

Ταῦτα ἱκέτας ἀφικόμενοι ἔπεισαν, ἢ καθαιρεθῆναι τὸν ναὸν ἔτεσιν ἑκατὸν καὶ πεντηκοντα. Ταῦτ' ἂν ἀναγνόντα τὸν κύριον. Καὶ πνεύσαντα τὸ θεῖον ὁρμὴ τις ἐλα--βεν.

Addiderat Cl. idem *Muratorius* in ſuis ad me literis, miſiſſe ſeſe olim ad *Hudſonum* ipſum nonnulla adnotamenta ſua in antiquiſſimam *Joſephi* Verſionem Latinam, quam Ambroſianæ Bibliothecæ MS. Codex ex Ægyptia papiro conflatus, ac propterea venerandæ antiquitatis, complectitur, ſed nunquam certiorem ſeſe fuiſſe factum, an ad *Hudſonum* pervenerint. Ego vero perveniſſe quidem exiſtimo, verum uſui non fuiſſe, quod ille plane novam adornaverit verſionem. Quare ego quoque recipere non potui conditionem oblatam mihi ab Eruditiſſimo atque amiciſſimo viro *Petro Piovene* S. I. qui a Re Antiquaria eſt Sereniſſimo Duci Parmæ atque Placentiæ, unico in Italis oris literatorum Mecænati; Scripſit enim in Sereniſſimi Principis ſui Bibliotheca exſtare Exemplar Joſephi Latinum curioſiſſimum in pergameno XIII. circiter ſeculo elaboratum, & mirum quantum ab exemplaribus adhuc evulgatis diſcrepans; ordine primum deinde verbis.

Poſterior Codex MS. Bibliothecæ *Lugd. Bat.* Pag. 395. Num. 72. in charta ſerica conſcriptus, libros VII. de Bello Judaico omnes complectitur, in initio tantum & fine paullum mutilus; deëſt enim Prologus, & incipit Στάσεως τοῖς δυνατοῖς Ἰουδαίων &c. finit vero aliquanto ab extremis poſtremi libri, in verbis Ἀνπόχῳ δὲ &c. Exſtat præterea in eadem Bibliotheca pag. 402. Num. 7. Fragmentum *Joſephi* ex Libro Antiquit. XIV. quod in Græcis ante defuit, excerptum videlicet ex Codice illo inſigni Antiquit. L. B. de quo modo egimus. Comprehendit Decreta illa Romana & Aſiatica, quæ primus vulgavit, ingenti ex hoc MS. ſuppleta lacuna, *Jacobus Gronovius*, una cum Emendationibus quibuſdam in Suidæ Lexicon. Unde & hiantem illum locum in Editione ſua ſupplevit *Hudſonus*, paucula tantum in Notis ſuis ex *Gronovianis* Animadverſionibus excerpens, quæ ſuis locis a pag. 706. & ſequent. inſertæ integræ in hac Editione comparent. Inter alia collectanea reperta mihi etiam fuit Oratio *Agrippæ* & *Berenices* ad Judæos tumultuantes, quæ exſtat Lib. II. de Bello Cap. XVI. pag. 186. cujuſque Collatio exſtat inter Addenda pag. 181. Ipſe vero Codex reperitur in Catalogo Bibliothecæ *Lugd. Bat.* pag. 396. Num. 13. ut taceam Editionem unam atque alteram *Joſephi* ab *Iſaaco Voſſio* multis in locis cum MSS. ſuis, & ab aliis collatam, uti Editio Baſ. 1544. cujus mentio pag. 391. Num. 5. & Genevenſis, pag. 391. Num. 6. qui apparatus univerſus in præſtantiſſima illa Bibliotheca ſervatus, uſui noſtro inſerviit. Credideram & amplius quid ibi me inventurum, quum legerem pag. 403. Num. 34. memorari Lectiones *Flavianas* deſcriptas ex libris *Hermolai Barbari* & *Scipionis Catoromachi*; ſed animadverti nihil cum Flavio noſtro illis commune eſſe. Atque hæc quidem propius ad manum fuerunt; petita vero longius atque accepta ſunt ea quæ ſequuntur. Poſſedit *Fred. Roſtgardus* Nobiliſſ. Danus, exemplar MS. *Joſephi* de Bello Judaico præſtantiſſimum, quod itidem in Catalogo librorum ejus, menſe Januario hujus anni Hafniæ ſub haſta venditorum, pag. 459. Num. 151. ſic deſcribitur: *Joſephus de Bello Judaico, Græce. Codex MS. chartaceus, optimæ notæ, quadringentorum circiter annorum. Spiſſum volumen in* 4^to *minori.* Integer vero iſte Codex eſt, atque nullo modo interruptus a principio uſque ad finem pergit; inque ejus calce adſcriptum erat notum illud de *Jeſu Chriſto* teſtimonium. In tempore collationem ejus inſtituerat vir doctiſſimus, & cum alias, tum hoc facto optime de me & eruditis meritus *Joannes Grammius*, Linguæ Græcæ in Academia

Hafnienſi Profeſſor; cujus liberalitate ex ſuis quoque MSS. tranſmiſſus ad me eſt accuratiſſima pariter Collatio librorum contra *Apionem*, ipſius, uti & ſuperior de Bello, manu inſtituta & ſcripta. Citatur ultima hæc nomine Codicis *Hafnienſis*, quoniam ita appellaverat quoque *Hudſonus*, qui non niſi pauca ejuſdem excerpta nactus fuerat. Numerum jam MSS. ſi quærimus denſitatemque Variantium Lectionem, immanem ſylvam ex Regiis Codicibus *Gallia* ad nos tranſmiſit; fuitque ibi fautor hujus Operis, atque indagator talium Theſaurorum *Jacobus Philippus D'Orville*, tum peregre ibidem Studiorum cauſſa agens; nunc vero poſt viſam quoque Britanniam, Italicis fruens opibus, & antiquum viſens Latium; cujus inde avide reditum exſpectamus, ut collectam undique eruditionem pleno ſinu in patriæ ſuæ gloriam effundat. Hæ vero Collationes & aliæ plures propter infinitum V. L. numerum, & quod ſerius veniſſent, in Addendis collocantur pag. 1. & ſeqq. Complectuntur autem libros de Bello Judaico ad ſex vel ſeptem MSS. collatos; inter quos Regius ſeculi undecimi, & inſigne Exemplar Bibliothecæ *Coiſlinianæ*. Liber deinde *Joſephi* de *Maccabæis* cum quinque Codd. Pariſienſibus miræ diſcrepantiæ collatus cernitur ibid. pag. 157. uſque 171. Vita dein *Joſephi* cum MS. Regio pag. 171. uſque 175. Ordo tum ſequitur & lectio capitum atque fragmenta quædam ex Regiis item Codd. pag. 176. uſque 180. Denique Variæ Lectiones excerptæ ex MSS. Codd. Regiis quinque in Antiquitates Judaicas, quarum magna parte uſus *Bigotius* fuit, & quæ paſſim in *Hudſonianis* titulo *Bigotianarum* citantur (ſicuti excerpta *Bigotiana*, nullo certo adſcripto Codice in plurimorum Doctorum Virorum manus atque Bibliothecas pervenerunt) ſed ſine auctoritate ulla ex quibus Codd. depromtæ eſſent; quare conſpectum earum accuratiſſimum invidere Curioſo Lectori nolui, præſertim quum plurima quoque occurrant in iiſdem quæ fruſtra in *Bigotianis* quæras; miſit hanc ultimam farraginem Pariſiis D. *Sallierus*, atque invenies pag. 424. uſque 481. quæ ultimæ Librum itidem de Vita, & alios contra *Apionem* cum MSS. collatos exhibent. Et hæc quidem de Codd. MSS. qui vel in tempore vel ſerius ad nos pervenerunt, quibuſque vel in Notis uſi ſumus, vel prout citius tardiusve ad nos venerunt, inter Addenda collocavimus.

Progredior jam ad Doctorum Virorum Curas quibus auctior hæc Editio quam *Hudſoniana* procedit, quæque vel editas Notas vel ineditas complectuntur. Editæ ſparſim fuerant Notæ *Edw. Bernardi* & *Henrici Aldrichii* ad aliquot Antiquit. & de Bello libros; item *Franciſc. Combefiſii* ad Librum de Maccabæis; *Jacobi Gronovii* ad Decreta Romana & Aſiatica: Ineditæ autem, & quas nunc primum damus, *Joannis Cocceji*, *Ezechielis Spanhemii*, & *Hadriani Relandi*, quibus noſtras ſubinde animadverſiones correctioneſque adſperſimus. De ſingulis horum aliquid dicendum eſt, ut & inſuper de illis, in quas fruſtra inquiſivi.

Norunt omnes, magno impetu atque maximo labore ad *Joſephi* ſcripta provolaſſe virum undecunque doctiſſimum, & ab orientali præſertim literatura inſtructiſſimum, *Edwardum Bernardum*. Tota hiſtoria *Joſephi Bernardini* & abortivi veluti fœtus, expreſſe admodum continetur in Vita ejuſdem, quæ a *Thoma Smitho* edita eſt Londini MDCCIV. una cum *Roberti Huntingtoni*, Epiſcopi *Rapotenſis*, Vita & Epiſtolis. At quoniam iſtius libelli pauca admodum impreſſa ſunt exemplaria, & ob id in paucorum verſetur manibus, ipſa ejus verba apponam, prouti leguntur pag. 29. & ſeqq. *Jam ſibi redditus Bernardus, ad anteactos labores, iſto itinere per annum & ultra intermiſſos, alacriori animo reverſus eſt. Habuit vero, ſi quiſquam alius, vaſtum omniumque diſciplinarum capax ingenium, quod induſtriam, laxamentis debili infirmoque corpori ſuſtentando neceſſariis ægre cedentem, multo minus turpi*

otio

*otio & ignavia obſoleſcentem, nunquam deſtituit. Veruntamen licet ſcientias Mathematicas ex inſtituto Profeſſionis diligenter quidem excoluerit, uti poſtea videbimus, tamen longe fortiori animi propenſione & genio ductus, amœnioris literaturæ, puta Hiſtoriæ, tum ſacræ tum prophanæ, omnium gentium omniumque ſeculorum, Chronologiæ & Antiquitatum ſtudium magis deperibat, habebatque in deliciis. Nec diu pulcherrima & maxime optanda ingenii vires hac ex parte late explicandi defuit occaſio. Ante plures annos D. Fellus, illius opera uſurus, Joſephi, præſtantiſſimi Hiſtoricorum, & poſt Scriptores ſacros maxime æſtimandi, novam, eamque cæteris omnibus emendatiorem, editionem typis Sheldonianis adornare conſtituerat: ſed ab iſto propoſito, neſcio an ſubſidiis ad id opus complendum deſtitutus, an ex fama de V. Cl. Andrea Boſio fere ubique ſparſa, quod ille nimirum eundem quoque edendum deſtinaſſet, collectis undique e codicibus MSS. Viennenſibus, Lipſienſibus, Schluſingenſibus, quos ipſe, * Vir maxime induſtrius ſagaxque, & in Græcis literis excellens contulit, variantibus lectionibus, & etiam e Pariſienſibus & Florentinis, quorum nimirum lectiones amicorum ſuorum curæ ac humanitati debuit, aut aliorſum impeditus, tunc ſibi deſiſtendum eſſe pro prudentia ſua voluit, præſtolaturus, donec foetum iſtum nobilem, quem omnes pulcherrimum ſuiſque partibus abſolutum fore & ominabantur & optabant, prelum Lipſienſe, obſtetricante doctiſſimo Boſio, parturiiſſet. Ille iſta bona ſpe per multos annos concepta, & quæ luctuoſa Boſii, de re literaria ſcriptis ſuis hactenus præclare meriti, & opere deſtinato longe præclarius merituri, morte plane decollaverat, fruſtratus, metam, ſine læſa cujuſpiam æmuli curſoris in iſthoc ſtadio ambitioſe certaturi fama, jam attingi poſſe ſatis gnarus, iſtius incepti, auſpiciis ſuis, qui omnia in Academia potuit, maturandi ſive gloriam ſive onus in Bernardum curavit transferendum. Bernardus autem inſtar ſapientis Architecti de omni idonea re materiaria, inſtrumentis, reliquoque neceſſario apparatu, ante jacta ædium condendarum fundamenta, ſumme ſolliciti, quantum eſſet exemplarium manuſcriptorum, tum Græci textus, tum verſionis Epiphanianæ in noſtris Bibliothecis latentium, primo in uſus ſuos comparavit, ſchedis Boſianis, jam illo inſtigante, ab hæredibus ingenti pretio redemptis, & magni ſane faciendis: cum ex Samuelis Petiti largis commentariis longe antea in Bibliothecæ Bodleianæ gazophylacium ex Gallia tranſvectis, vix quippiam ſubſidii ad illuſtrandum textum colligi potuerit, (demptis exceptiſque quibuſdam e membranis Peireſcianis, ab illo Viro ingenioſiſſimo olim excerptis) † quos nimirum ſpiſſa Rabbinicarum obſervationum farragine ad nauſeam uſque oppleviſſet. Deinde, Bernardus, ſpecimine operis Joſephici edito, doctiſſimos Amicos ſuos per Galliam, Belgium, & Germaniam, alibique ſparſos, crebris literis ſolicitavit, ut ſuppetias in hac re omnibus profutura laboranti ferre vellent. Vix quicquam nuncii aut faventiori aure exceptum aut ſonantiori plauſu. Omnes bona dicere de opere & Editore certatim geſtiebant: & inter ipſos quoque D. Iſaacus Voſſius, acerrimus ingeniorum cenſor, imo laudum, quas aliqui jure vendicaverint, ſive ex exquiſitiſſimo judicandi acumine, ſive ex moroſitate indolis, ſæpe nimium quam parcus. Hiſce ſubſidiis inſtructiſſimus Bernardus grande hoc opus jam aggreſſus eſt; fruſtra querelas ſuas de hac palma ſibi prærepta interponente D. Monachio Leidenſi, inque illo, craſi licet labore continenti vigiliiſque pene exhauſta, ac viribus debilitatis, alacer & ſibi conſtans, neglecta bonæ valetudinis cura, diu perſeveravit. Unde vero contigerit, quod opus iſtud deſideratiſſimum & tanto molimine elaboratum, quaſi in medio abruptum, pro deplorato relinqueretur, ſalva & integra manente D. Bernardi fama, heic paucis indicabo. Multi verſionem Epiphanii, tanquam imper-*

**

fe-

* Ad D. Boſium ſcripſit Bernardus A. M.DC.LXXIII. de hac, quam dudum aggreſſus eſt, editione, epiſtolam inter cæteras de eodem argumento ad illum datas editum, pag. 137. Vide epiſtolam Schelhammeri ad eundem, p. 462. Vide quoque D. Lionelli Jenkinſii epiſtolam ad eundem, p. 425. De literis vero hiſce D. Jenkinſii v. epiſtolam D. Ezechielis Spanhemii ad Boſium, p. 465.

† Vide epiſtolam Bredelii ad Boſium, p. 350.

fectam, indoctam, & Græco textui in quamplurimis parum respondentem, redarguentes, novam, vel saltem Gelenii interpretationem recognitam & emendatam, ubi iste Vir doctissimus præ festinatione aut oscitantia sensum Authoris non rite fuisset assecutus, importune & pene ingestis convitiis desiderarunt, & de variantium lectionum in molem vix tolerandam excrescentium copia acriter questi sunt. Quod & ipse primo inspectis perlectisque, D. Bernardi rogatu, antequam typis excluderentur, schedis, objectum iri facile præsentiebam, amice monens, in his tanto cum labore, ne dicam curiositate, annotandis, inque censum referendis, omnem operam inutiliter collocari: paucis tantummodo, quarum ope vera Græci, ubi aut luxatus aut corruptus jacebat, textus lectio erui & restitui potest, exceptis, & cum cura seligendis: exemplo Viri præstantissimi, & in hisce literis tractandis summo cum judicio exercitatissimi, Henrici Valesii, quod imitandum proposui: versionibus Rufini Aquilejensis & Epiphanii Scholastici sæpenumero ab illo consultis, inque novum examen, ubi opus erat, revocatis. Librarii autem, alii ex aliis transcribentes, voces sæpe aut mutarunt aut addiderunt, prout ipsis lubebat: unde pro numero exemplarium, si plura suppetiissent, feracior ejusmodi lectionum seges, non cujuspiam bonæ frugis, & plane resecandæ, continuo excresceret. Quod de quamplurimis quoque Græcis lectionibus, quarum tamen diversa ratio laboriosa exploratione melius indigeret, pariter dicendum est: sæpe enim pompæ quasi causa & ad-ostentandam diligentiam ab Editoribus recentioris ævi accumulari solent. Maxime vero displicuit Commentariorum prolixitas, in quibus integræ Dissertationes, ad calcem operis meliori jure rejiciendæ, aut justo volumine seorsim edendæ, extra omnem, ut hi putabant Censores, necessitatem inferuntur. Hinc inter Curatores & D. Bernardum primo ortæ simultates, deinde mutua displicentia, & apertæ lites, utriusque, pro diversa, quam secuti sunt, sententia, argumentis ultro citroque agitatis tenacissime inhærentibus. Hoc ussit animum Bernardi, ægerrime ferentis, aliam methodum, contra quam ipse statuisset, sibi juberi ineundam. Cessant operæ Typographicæ, nec amplius jam, Democraticis Schismaticisque rempublicam literariam, pariter ac civilem & ecclesiasticam, turbantibus, præsertim post D. Felli, præcipui hujus editionis fundi, animam in cœlis receptam, de edendo integro Josepho sumptibus Universitatis erat cogitatum. Post sex septemve annos, D. Bernardus importunis trium bibliopolarum Oxoniensium precibus victus, opus illud denuo in manus sumpsit, jam contractiori forma ad modulum novi speciminis publicandum: cum vero flagrante bello tanto oneri ferendo vix essent, paucis schedis impressis, jam suæ temeritatis satis convicti, & ipsi quoque destiterunt. Ita de Josepho ejusque Chronologia restituta conclamatum est: cujus tristi fato comites & assecla, Aristeas, Josephus Gorionides, & Hegesippus de excidio urbis Hierosolymorum, *prostrati, tantisque sub ruinis sepulti jacent. Quantum vero in omni literarum genere excelluerit Bernardus, qualem Polyhistora & Criticum, quanta subtilitate ingenii, quam solerti pollentem judicio, quam in intricatissimis temporum supputationibus accuratum, quam in Scriptoribus omnium generum, Latinis, Græcis, Chaldaicis, Syriacis, Arabicis, Armeniacis, Copticis, legendis familiarem, quam antiquitatum sacrarum prophanarumque probe callentem, in Scholiis, annotationibus, & dissertationibus in quatuor libros Archæologiæ Judaïcæ Flavii Josephi, & partem quinti, (in his enim solis illius sudavit industria, nec ultra in alienam provinciam extenditur) se præstiterit, supervacanei erit laboris hic pluribus ostendere: cum id jam omnes, distractis exemplaribus, norint, & ubivis sit testatissimum. Dolebunt mecum harum literarum studiosi & amantes, hisce, sive æquis sive iniquis, interpellationibus, grave istud damnum, quod vix seculum reparaverit, Reipublicæ literariæ contigisse.*

Hujus *Bernardi* Curas integras, prout ad Græca ipse edidit, suis locis adposuimus, excerpserat enim modo pauca quædam, quæ ad Varietatem Le-

Lectionis facerent, *Hudſonus*; quum *Græca* dico, intelligo Notas ejus in *Joſephum* inchoatas & editas, quæ *Græcam* ejus dictionem aut hiſtoriam illuſtrant; plura enim in ejus Editione *Latinam* Veteris Interpretis verſionem ſpectant, quæ nullum hic locum merebantur, quod aliam atque novam Cl. *Hudſoni* interpretationem ſecuti ſumus. Inter illos libros, quos de Bello edidit, in Primo atque parte Secundi crebro in Notis *Aldrichii* nomen legitur. Fuit autem *Henricus Aldrichius* Rector in Ædibus Eccleſiæ Chriſti; eratque omnibus humanioribus ſtudiis egregie excultus; muſices gnarus & Muſarum amicus, Poëta quoque haud mediocris; Indulgentia ſumma exſtitit erga Alumnos, præſertim Nobiles, qui ſub ejus auſpiciis vivebant, diſciplinæ alias Eccleſiaſticæ exactor rigidus, Presbyterianarum partium inimicus atrox, Regiæ vero auctoritatis propugnator acerrimus. Diu vixit in Academia ſumma cum gratia & virtutum omnium laude; perpauca ſcripſit, exque ſuis ipſe ſcriptis nihil fere edidit, factis vero ſuaviſſimam ſui memoriam amicis & poſteris reliquit.

Franciſci deinde *Combefiſii* Commentarium ad libellum de *Maccabæis* inter reliquorum Notas inſeruimus. Opuſculum hoc cum Notis ejus & nova contra *Eraſmum* Verſione editum erat in Auctario noviſſimo Bibl. Patrum, atque inde in *Joſephi* ſui Appendicem receperant *Lipſienſes* anno MDCXCI. Denique, & Præceptoris quondam noſtri honoratiſſimi, *Jacobi Gronovii*, doctiſſimis ad ingentem iſtam Lacunam, ab iſto primum expletam, Notis meritum locum adſignavimus.

Apparent autem nunc primum *Jo. Cocceji*, *Ezechielis Spanhemii*, atque *Hadriani Relandi* ad *Joſephi* Opera Omnia Notæ. Exemplar *Cocceji* ubique ad oras adſperſas habebat MSS. collationes, *Bigotianas* videlicet ex duobus Codicibus optimæ notæ ad Libros x. priores. Antiq. *Voſſianas* vero ad reliquos, ut & Libros de Bello. *Bigotianæ* quidem in plurimorum venerunt poſſeſſionem, nam & *Bernardus* habuit, & *Hudſonus*, & ipſe reperi in *Joſephi* Editione Baſileënſi ad marginem diligenter adſcriptas, habuique ex humanitate plurimum reverendi *Myſtæ* Harlemenſis Eccleſiæ *Abrah. Allardini*, qui inſuper alterum exemplar *Joſephi* poſſidet, in quo omnia illa, quæ ſua manu in meo *Jo. Coccejus* perſcripſit, alia nitidiore deſcripta exſtabant. Quorum librorum etſi propter Originales, aliosque a priore manu, non magnus mihi uſus eſſe potuit; volui tamen publice exſtare commendationem hanc honeſtiſſimam ſuaviſſimi quondam in literarum rudimentis, altioribuſque deinde diſciplinis, mei ſodalis. Multas conjecturas libro ſuo adſcripſerat *Coccejus*, quas fideliter ſub ejus immortali nomine publicavimus. *Relandi* vero meritum haud exiguum quoque erga *Joſephum* exſtitit; inſerta enim charta pura, ubique Notas ſuas & Animadverſiones ſeminaverat, in numerum molemque majorem excreturas, ſi per acerba, heu! tanti viri fata licuiſſet. Sunt tamen illæ tales, ut adfirmare auſim, plurimam Auctori Maximo lucem affundere, atque ingenium ſcribentis doctrinamque mirifice commendare. Debemus illas hæredum laudatiſſimæ benevolentiæ. Magna apud omnes Eruditos fama eſt *Ezechielis* illius *Spanhemii*, qui non modo ſuis præluxit majoribus, ſed inexpletam omnifariæ eruditionis videtur habuiſſe copiam. Notum erat nobis exſtare Codicem manu ejus notatum in Bibliotheca Potentiſſimi Boruſſiæ Regis, ſed ardua via adipiſcendi; tandem eluctatus moleſtias, ipſum Exemplar manu ejus ubique conſcriptum nactus ſum, mittente Cl. viro *Maturino Veyſſiére la Croze*, Regiæ Majeſtati a Bibliotheca, idque ex ſingulari humanitate Baronis *de Printz*, qui ipſe addita Latiniſſima Epiſtola, verbis quoque honorificentiſſimis munus illud exornavit. Et utinam immortalitate dignus ille Heros adhuc inter vivos verſaretur; quo omnes commendata illa tot virtutibus adſpicientes ora, ut *Joſephi* quoque *Spanhemiani* Servatorem

rem ſuſpicerent! In recenſendo autem *Joſepho* duo intendit Ill. *Spanhemius*, primum ut *Joſephi* dictiones & narrationem ubique inter ſe conferret, dein ut rariora verba atque ſignificantiores dictiones, quales multæ in nobili hoc Auctore occurrunt, ex *Homero*, *Æſchylo*, *Euripide*, *Sophocle*, *Heſychio* & aliis, illuſtraret; quæ quidem omnia plurimum ad Scriptoris hujus intellectum facere, nemo inficias iverit. Breves plerumque ejus Notæ ſunt, neque mirum, quum in ora Editionis *Geleniane Genevenſis* omnia illa ſcripſerit, manu difficili, per citationes locorum ad paginas, quæ ut Novæ huic Editioni per Capita & Paragraphos aptarentur, multo labore conſtiterunt. Haſce notas adepti ſumus, ubi typi perveniſſent jam ad finem Lib. Quinti. Uſi itaque mox ſumus illis ab initio Libri VI. & quæ notata erant ad Libros V. priores, inter Addenda ſeu Appendicem locavimus pag. 416. Exemplari *Spanhemiano* complures chartæ ſolutæ adjectæ erant, manu ejus deſcriptæ, quæ præter alia multa Indicem quoque Geographicum pulcherrimum, atque alios continebant Indices; unde apparet omnino animum ad *Joſephi* Editionem applicuiſſe inſignem illum Virum. Comprehendebant pagellæ iſtæ ſolutæ Chronologica *Joſephi*; Æras apud *Joſephum* in Hiſtoria Sacra & Externa obſervatas; Rectores *Syriæ* & *Judææ*; *Judææ* Præſides & Procuratores, nomina item aliorum Præſidum in *Joſephi* ſcriptis occurrentia; Obſervationes de *Joſepho* ipſo; Loca & Verba in *Joſepho* ſuſpecta & notanda; verba denique *Joſephi* apud *Heſychium* obſervata; Quæ omnia collocata ſunt in extremo Tom. II. pag. 402. & ſeqq.

Omnibus hiſce Variorum Doctorum Notis inter *Hudſonianas* locum dedimus, ſed ita, ut ſemper illorum nomen adpingatur, ubi vero nullum additum nomen eſt, eas ſciat L. B. *Hudſonianas* eſſe. Crebro autem in illis, ut & in Addendis (jam loco ſuo inſertis) & Addendis *Hudſonianis* nomina leguntur Eruditorum Virorum *Ibbetſoni* & *Lauthii*, quorum conjecturæ ibidem laudantur; in hoſce ante mihi ignotos inquiſitione facta, *Ibbetſono* prænomen *Richardo* dari agnovi, virumque ipſum privatam vitam & paucis notam egiſſe; *Lauthios* vero eſſe duos ejus nominis, in pagis prope Londinum degentes, quorum ulteriorem notitiam dare nequeo.

Jam tandem aliquid quoque adferam de iis, quæ feruntur in ſermonibus, Doctorum Virorum lucubrationibus, quæ vel interciderunt, vel in occulto ſervantur. Præter hoſce ſcilicet quos modo memoravi, notum eſt *Petrum Cunæum*, *Stephanum Le Moyne*, ſive *Monachium*, *Gottfridum Olearium*, & *Jacobum Gronovium* ſerio omnes de edendo *Joſepho* cogitaſſe. *Petri Cunæi* laborioſa commentatio, repetita ſæpius lucerna evigilata, voracibus flammis, ipſo quidem volente & coram jubente domino, abſumta eſt. Quum etenim Clariſſimum illud Academiæ noſtræ Lumen, quæ ultima ipſi fuit gravaretur ægritudine, ſentiretque ſibi vitæ lucem, ſe cito ſuis defuturum; captata occaſione quum juxta focum forte decumberet, neptem ſuam juſſit certum chartarum faſciculum (quo videlicet omnia quæ ad *Joſephum* adnotaverat comprehendebantur) ex Muſeo ſuo adferre, atque allatum coram oculis ſuis igni injicere; quod ita factum ex Ampliſſimis doctiſſimi iſtius Viri nepotibus intellexi. Incerta magis de *Monachii* laboribus fama eſt; volunt, denſum fuiſſe ipſi Volumen, in quod omnia (ut erat diffuſæ admodum eruditionis) quæ ad *Joſephum* aliquo modo trahi poſſent, conjiciebat; certum vero illud, ipſum dolore percitum, quod *Bernardus* novam hujus Auctoris Editionem occupaſſet, abjeciſſe per tempus conſilium ſuum de edendo *Joſepho*, atque plurima ex illo Obſervationum Oceano in Libros, quos ſub titulo Variorum Sacrorum edidit, derivaſſe. Dicitur tamen poſtea ad antiquum reverſus laborem; ſed intervenit ſuprema dies, atque ita imperfectum relictum non modo illud opus eſt, verum nuſquam quoque denſum

illud

illud Volumen, multis ante (ut ferunt) viſum & oſtenſum, apparuit, licet etiam nomine Magiſtratus inquiſitio per Domeſticos eſſet habita, quod mihi etiamnum quædam ex illis ſuperſtes ita ſe habuiſſe adfirmavit. *Olearium* quod attinet, adfirmare nequeo, an aliquid ad prelum paratum habuerit, amici ex Germania nunciarunt mihi nihil ex lucubrationibus ejus in hunc Auctorem inveniri. *Jacobi Gronovii* denique ipſe aliquid vidi penes filium *Abrahamum*, inchoatum non perfectum, Notulas videlicet, quæ non ultra primum Antiquitatum librum pergerent, atque adeo vix ad vigeſimam nonam integri *Joſephi* partem pertinerent; ſcriptas in ſchedis tumultuariis; neque tamen illas neglectui habuiſſemus, ſi noſtri arbitrii eâ res fuiſſet; famam vero Viri & Eruditionem multo melius tuebuntur doctiſſimæ illæ ad Decreta Romana & Aſiatica Obſervationes, quas ſuo loco inſeri curavimus. Nihil etenim, quod prece vel pretio acquiri potuit, a nobis fuiſſe prætermiſſum patere poteſt ex Notulis poſtumis *Joannis Sibrandæ* Franequerani, atque in patria ibidem Academia Prælectoris quondam Græcarum Literarum; quæ & ipſæ non ultra primum iſtum Librum progrediuntur, & tamen legi poſſunt poſt eundem pag. 60. & nobiſcum ultro communicatæ fuerunt a praeſtantiſſimo *Joanne Doitſma*, Hornanæ Scholæ prudentiſſimo Moderatore.

Et hæc quidem ſunt, quæ ad *Flavii Joſephi* contextum illuſtrandum ſumma cum cura a nobis requiſita, vel ultro a Viris Doctis, quorum nominibus publice a nobis honos (ut par eſt) habetur, ſuppeditata fuerunt. Quoniam vero Tomus Poſterior mole ſua Priorem minime æquaret, in illum conjecimus quæcunque vel ſerius accepimus, vel integros inplebant libellos, ad Joſephicam tamen ſcriptionem facientes. Unde præter illas, *quas memoravimus*, Collationes, invenies ibi Doctiſſimi Viri *J. Waſſe* Specimen Examinis V. L. *Hudſonianarum* pag. 51-56. *Jo. Alberti Fabricii*, Germanorum longe clariſſimi, Excerptum ex Bibliotheca Græca de *Flavio Joſepho*, ſed plurimum ab auctore, qui pro ſua humanitate id ad nos tranſmiſit, locupletatum, pag. 57-71. Sequuntur dein Præfatio *Arnoldi Peraxyli Arlenii*, longe pulcherrima ad *Diegum Hurtadum de Mendoza*, quæ præfixa Editioni *Baſileënſi* immerito ab aliis Editoribus fuit neglecta, pag. 72-75. aliarumque ſimul ſubſequentium Editionum Præfationes, ut & *Thomæ Ittigii* laudatiſſima Prolegomena, pag. 76-95. Appendix dein ad *Flavii Joſephi* Opera, quæ una cum *Ittigii* Prolegomenis in poſtrema Editione *Joſephi* Germanica exſtat, olim a *Jo. Alberto Fabricio*, ut ipſe teſtatur, tunc adhuc admodum juvene (vide ibidem paullo ſuperius pag. 76.) congeſta; qua continentur *Ariſteas* de LXX. Interpretibus, Fragmentum *Joſepho* tributum περὶ πάσης, & alia quædam, quæ inveniri ibidem poſſunt uſque pag. 156. interpoſitis dein quibuſdam V. L. habes Excerptum de *Joſepho* ex *M. Andreæ Frankenbergeri* Inſtitutionibus Antiq. & Hiſtor. pag. 182-185. quod excipiunt *Caroli Daubuz* Libri duo, quibus aſſeritur *Joſepho* ut legitimum Teſtimonium illud vexatiſſimum de *Jeſu Chriſto*, uſque pag. 232. quibus ob argumenti ſimilitudinem adjunximus xxx. *Epiſtolas Philologicas & Hiſtoricas* plurium eorumque celebriorum in literis Virorum, quæ minori olim forma editæ Noribergæ anno 1661. cura *Chriſtophori Arnoldi*, Eruditorum uſui minus patebant, & procedunt uſque pag. 285. Teſtimonium illud de Jeſu exſtat in Editione noſtra Antiqu. Lib. XVIII. Cap. III. §. 3. pag. 876. atque ibi cum verſaremur, de peculiari Diſſertatiuncula ſuper illud cogitatio animum ſubiit, cum alia, quæ Numiſmata, *Joſepho* illuſtrando ſculpta, explicaret (quæque hanc Præfationem meam ſequitur) ad finem Tomi II. adjicienda; Sed, ut verum fatear, quæ dici poſſunt, dicta ſunt omnia, & quantumvis clamitent Faber, & qui illum ſequuntur, omnino *Joſepho*, ita

ut legitur, tribuendum exiſtimo, quæcunque Scriptorem nobilem cauſſa ſtimulaverit, ut nobiliſſimum hoc emblema purpuræ ſuæ aſſueret.

Poſt hæc omnia occurrit *Petri Brinch*, apud *Danos* Collegii Medicei Inſpectoris Chronologiæ & Hiſtoriæ *Fl. Joſephi* Examen, quod editum *Hafniæ* A. MDCCI. rariſſime in hiſce terris viſum, ab amicis *Hafnienſibus* ad me transmiſſum eſt. Scriptum vero illud, in quo ab origine Mundi uſque ad mortem Herodis Magni Chronologiam Joſephicam examinat; & præterea ex Antiquitatibus ejuſdem Judaicis notat & examinat ea, quæ Scriptoribus Sacris V. T. parum conſentanea, vel certe illis non ſunt memorata, invenitur pag. 290-304. Et quoniam hic mentio incidit diſcrepantiæ cujuſdam *Joſephicæ* cum S. S. commodum inſerere heic lubet ſtricturas quaſdam, quas adſcripſerat in fronte libri ſui Reverend. *Albertus Alberthoma*, Eccleſiæ Lugd. Bat. quondam paſtor fideliſſimus, quique in literis plurimum ſibi vixit, miraque cura atque diligentia omnes Bibliothecæ ſuæ libros a capite ad calcem maxima cum attentione legerat. Joſephum inter illos avidiſſime pervolutaverat, ut adſcripta ubique loca ex aliis ſcriptoribus, inter legendum obſervata, abunde teſtabantur. Is itaque hiſce ipſis verbis ad hæc Capita ſeu Numeros retulit crimina quædam, ſeu aſtutias *Joſephi* noſtri.

I. *Plerumque Auctor* COPIOSIUS COMMEMORAT, *quæ a Moſe & Sequentium temporum Hiſtoricis Sacris compendio tradita ſunt, & narratione ſua quamplurimis Scripturæ locis lucem affundit: quod inprimis obſervare licet l. 4. c. 8. Antiq. ubi ſæpiſſime legum Moſaïcarum rationes & cauſas exponit.*

II. *Nonnunquam tamen (neſcio quo conſilio)* OMITTIT, *quæ tradiderant Scriptores Sacri: ita pauciſſimis mentionem facit raptus Eliæ: nihil quoque refert de Naamanis lepra ope Eliſæi curata.*

III. *Rurſus varia Hiſtoriæ Sacræ* ADTEXUIT, *quorum ſola fides penes noſtrum Auctorem eſt. Vide quæ ſcribit de Moſis rebus geſtis in Ægypto. ſic Plurima Hiſtoriæ Salomonis admiſcuit, de quibus altum in S. Litt. ſilentium.*

IV. ORATIONES *a ſummis viris publice habitas totidem quaſi verbis repræſentat, & velut integras exhibet, quorum fragmenta ſolummodo in S. Libris ſuperſunt, prout mos quoque eſt Hiſtoricis præſtantiſſimis Livio & aliis. Confer Voſſ. de Arte Hiſtor. c. 20. 21. & Juſtin. l. 38. c. 3. in f.*

V. *Ad eundem modum Epiſtolas, velut ex autographo recitat; e. g. literas Hirami & Salomonis.*

VI. *Inprimis notandum eſt*, AUCTOREM NOSTRUM SOLLICITE CAVISSE, NE NARRATIONES DE REBUS SACRIS MINUS PLACEANT GENTILIBUS:

1. *Hinc* MIRACULA *a Deo olim edita, ad captum Ethnicorum vulgo exponit. Exempla videri paſſim poſſunt.*

2. *Eo ſpectat formula, ſæpe ab Auctore uſurpata ut in fine Lib.* II. *&c.* SED DE HIS UT CUIQUE LIBET, ITA SENTIAT.

VII. *Sæpiſſime profert* TESTIMONIA AUCTORUM GENTILIUM, *ad confirmationem Hiſtoriæ Sacræ.*

VIII. *Plurimum quoque utitur* LOCUTIONIBUS, *Græcis & Romanis Scriptoribus uſitatis.*

1. *Eo quoque referendum eſt, quod Hebræorum menſes vulgo interpretatur mox adjecta appellatione Macedonum, aliquando etiam Ægyptiorum.*

2. SUPPUTAT *quoque* TEMPORA *per Olympiades & per annos Coſſ. Rom.*

IX. SOMNIA, *quæ viris quibuſdam Sanctis divinitus contigerunt, interpretatur fere (ut videtur) ex regulis Oneirocriticis Veterum. Erat autem Joſephus ipſe interpretandorum ſomniorum peritus, uti de ſe teſtatur.*

X. DIVINA ORACULA (*quæ Romanum Imperium ſpectant*) *ita vulgo exponit, ne ingrata queant eſſe Romanis. e. g. illa quæ notat de ſomnio Nabuchodon. & paſſim.*

XI.

XI. Ut Judæorum Gentem *Ethnicis commendet*,

1. *Eorum hoſpitalitatem & benignitatem erga alias gentes maxime laudat.*

2. *Principum extraneorum munificentiam erga Judæos ſtudioſius etiam commemorat.*

XII. *Adde quod in Græcorum & Rom. gratiam cenſeat Joſephus ſacram Poëſin fere contineri metris earum gentium. Clerici Ep. Hieron. p.* 311. Hæc ille.

Similis fere argumenti ſunt Diſſertatiunculæ quædam, ſtudioſe conſcriptæ ab *J. B. Ottio*, atque ad nos tranſmiſſæ ab eodem Eruditiſſimo Viro, curante plurimum Reverendo *F. A. Lampe*, S. Th. celeberrimo in Ultrajectina Academia Profeſſore. Continent *Omiſſa Varia a Flavio Joſepho*, & inſuper *Centuriam Locorum N. T. cum Flavianis vel Phraſibus vel Hiſtoriis aliquid commune habentium &c.* quæ quidem ultima pars ſpecimen continet laboris utiliſſimi, ſi quis eum ſubire vellet, ut ad Raphelii morem, ſicut ille ex Polybio, Xenophonte atque Arriano collegit, quæ ad N. T. illuſtrationem faciant, *Joſephum* quoque accurata induſtria perlegeret; quem plurimum in phraſi ſua atque verbis cum S. S. N. T. convenire inter legendum ſæpiſſime deprehendimus. Miſit vero haſce Obſervationes inprimendas Auctor, ut ſalivam literatis moveat Lexici in *Joſephum* Operoſioris commemoratio atque promiſſio, in quo ſecundum literarum ordinem pag. 320. in fine, congeſta dicit quidquid vel *Joſepho* vel ex *Joſepho* S. S. lucem credidit adferre poſſe, & ſic quaſi *Concordantiam* fore *Joſephicam*. Verba ejus hæc ſunt: *Hanc Centuriam ſpeciminis ſaltem loco damus; poſſent enim in ſexcenta alia Scripturæ etiam Novi Teſtamenti loca pura ſiſti, quibus aliquid vel ex Joſepho lucis affunditur vel ex Scriptura ipſi. Majores noſtri labores ex quibus hæc excerpſimus, in modum Lexici conſcripti juſtum & magnum Volumen in Folio habent & quaſi Concordantiam, infinitis Obſervationibus refertam, cumprimis in iis quæ ad Geographiam pertinent, quibus parum aut nihil deſit, dein quæ rem Numismaticam veterem illuſtrant, conſignata enim ſunt non paullo minus quam mille Hebræa, Græca, Romana Numiſmata, quæ omnia vel abſolute vel quodammodo ad hunc Authorem referri poſſunt.* Ipſius Lexici Specimen habes pag. 319. ex quo conſilium & modus Viri Præſtantiſſimi omnibus patere poteſt. Sed in ejus Libri editione obſervandum erit, prius omnia *Joſephi* loca, quæ ex Veteribus ante *Hudſonum* Editionibus expreſſa ſunt, conferri ad noviſſimam debere, ut non ſolum Libri, Capita, Paginæ, ſed verba quoque reſpondeant; dein ut Numiſmata non alia adferantur, niſi quæ *Joſepho* illuſtrando faciant, eaque, ſi fieri poſſit, multa hactenus inedita oſtendant, Nummi ipſi juſta magnitudine, non veluti æquales picturæ ſculpantur, neque archetypis deteriores, in quo tantum propter inſcitiam artificum ex Typographorum avaritia peccari video, ut pluries, imo nonnunquam prima vice repetiti, vix umbram ſimilitudinis oſtendant. *Ottiana* iſta comparent pag. 305-323.

Sequitur dein pag. 324-329. Diſſertatio *Chriſtophori Cellarii* contra iſtum celeberrimum Novatorem *Joannem Harduinum*, qua contra illum *Flavii Joſephi* de *Herodibus* hiſtoriam a Νοθείας ſuſpicione vindicat. Agmen denique claudit Opuſculum Doctiſſimum, *Chriſtiani Noldii* Hiſtoria *Idumæa*, ſeu Diatribe de Vita & Geſtis *Herodum.* pag. 333-401. Quæ enim ſuperſunt ſuperius memoravimus, *Spanhemiana* videlicet & Collationes quaſdam MSS.

Univerſum Opus Indices claudunt; Auctorum videlicet, qui a *Joſepho* citantur; Vocum Græcarum, quæ obſervatu digniores apud *Joſephum* occurrunt; Chorographicus Regionum, Urbium, Locorum &c. multum ex ſchedis *Spanhemianis* ſuppletus atque emendatus, ſicuti in illo quoque Rerum, qui ſequitur plurimum Incomparabilis ejus viri nobis profuit induſtria. Index Quintus atque ultimus nomina habet Scriptorum quibus in Notis aliqua lux affunditur.

* * * *

Et

Et tantum erat, *Candide Lector*, quod præfari neceſſe erat, ut & ſuſcepti Operis atque Benigniſſimi Numinis auxilio abſoluti, ratio conſtaret; ſuuſque honos haberetur tot Viris Clariſſimis, de *Joſepho* & Re Literaria optime meritis, a quibus maximum huic Editioni momentum acceſſiſſe fateor.

Tria reſtant verba. Sæpius in Notis ad Tabulas Numiſmaticas (præſertim ab Ill. *Spanhemio*) provocari videas; eratque animus ad finem Tomi Secundi illas ponere, ſed mutavimus poſtea conſilium, & melius duximus poſt hanc Præfationem eaſdem collocare. Adjunximus iiſdem brevem interpretationem, qualis ſcilicet pro *Joſepho* illuſtrando ſufficiebat, & paſſim quoque ſignificavimus ad quæ loca in Auctore noſtro pertinerent, & ubinam a *Spanhemio* vel Nobis in Notis mentio eorum injecta eſſet. Nummi vero inter eos haud vulgares occurrunt, & nonnulli qui nunc primum ex Muſæo noſtro, vel incogniti antea, vel integriores prodeunt; quod ſupereſt, labore Noſtro fruere, & Literarum Felicitati bene precare.

ADDENDA ET EMENDANDA.

De Bello Jud. Lib. II. *Cap.* VIII. §. 9. inter τὶς & ἀκόντων intercidiſſe ſ'. exiſtimat *Petitus* in Var. Lect. p. 204. ſc. *invitis ſex & novem qui adſunt* Cap XIV. §. 1. in initio pro ἐπιτροπὴν legit ἐπισκοπὴν *Caſaub.* Cap. XVI. §. 4. pag. 188. in Notis Hudſoni pro *cis Iſtrum*. repone *trans Iſtrum*. Ibid. pag. 189. in f. ad illa *Octo menſibus* conferri meretur *Lipſius* de Magnitudine Rom. II. 10. pag. 190. lin. 18. pro *pendit* lege *pendet*. Cap. XVIII. §. 1. pag. 197. ad primam notam addiderat in Add. *Hudſ.* Lectionem Γεβωνῖτις ex Bod rectam forſitan eſſe, & conſuli debere *Relandum* in Palæſtina pag. 199. Ibid. §. 3. p. 198. in verſione ad *diſſimulantes illorum fidem* notaverat in Add. *Hudſon.* Fortè, *miſcantes illorum fidem*. ut & §. 5. *audaciores -- è medio -- formidandos autem earcere detinebant* eſe malle. dubitatque an non Κίστιον Γάιον ſcripſerit *Joſephus* ibid. §. 11. in init. pro eo quod legitur Κεστίου Γάλλου. Cap. XIX. §. 5. Vide *Savilii* Notas ad *Tacitum* p. 115. Ed. *Arg.* §. 8. in f. pro *Beteron* repone *Bethera*.


1.


2.


3.

4.
Æs.


5.

6.


7.
Æs.


8.


9.


10.


11.


12.


13.


14.


15.


16.


17.


18.


19.


20.

SIGEBERTI HAVERCAMPI NOTÆ IN TABULAS DUAS NUMISMATICAS,

QUÆ CONTINENT NUMISMATA XLI. PRO ILLUSTRANDIS VARIIS JOSEPHI LOCIS.

Nummi, quibus Aſteriſcus apponitur, ex Muſæo Noſtro vulgantur.

TAB. I.

Num. I. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΑΔΡΙΑΝΟC ΚΑΙCΑΡ. *Caput* Hadriani, *corona laurea, radiis inde erumpentibus, quaſi alter* Apollo, *decori. Ab altera parte dimidia ratis eſt, cum literis quibuſdam lectu difficilibus, ſed ex quarum reliquiis apparet pertinere Numiſma ad* Dorenſes, *qui ob beneficium aliquod ab* Hadriano *acceptum ſeſe* Sebaſtenos, *i. e. Cæſareenſes vocant.*

Doram, Phœniciæ *civitatem plus ſemel commemorat Antiq. Lib.* XIII. *Cap.* VII. *pag.* 655. & 656. Joſephus. *Ubi enim prælium deſcribit inter* Antiochum *atque* Tryphonem, *& quomodo hic ex ſuperiore* Syria *ejectus fuerit in* Phœniciam, *addit inſecutum ad* Doram *uſque* Tryphonem, *qui eo ſe receperat, fuiſſe* Antiochum; *fuiſſe autem dicit locum munitum & expugnatu difficilem. Sita fuit hæc civitas in* Phœnicia *ad montem* Carmelum, *uti teſtatur* Flavius *Lib.* II. *Contra* Apionem §. 9. *pag.* 478. *ubi paullo ante lepidam fabellam ejuſdem* Apionis *commemorat, videlicet* dum bellum Judæi contra Idumæos haberent longo quodam tempore, ex aliqua civitate Idumæorum, qui in ea Apollinem colebat veniſſe ad Judæos, cujus hominis nomen dicitur Zabidus, deinde eis promiſiſſe traditurum ſe eis Apollinem Deum Dorenſium: venturumque illum ad noſtrum templum, ſi omnes aſcenderent, & adducerent omnem multitudinem Judæorum. Zabidum vero feciſſe quoddam machinamentum ligneum, & circumpoſuiſſe ſibi, & in eo tres ordines finxiſſe lucernarum, & ita ambulaſſe, ut procul ſtantibus appareret, quaſi ſtella per terram iter agens. Judæos quidem, inexſpectata viſione obſtupefactos, cum procul quidem abeſſent, quieſcere: Zabidum vero multa quiete ad templum veniſſe, & aureum detraxiſſe cantherii caput (ita enim ſcripſit, facetus videri volens) & rurſus Doram velociter ſe contuliſſe. Igitur & nos dicere poſſumus, quod aſinum, hoc eſt ſemetipſum, gravat Apion, facitque ſtultitia ſimul & mendaciis oneratum. nam & loca ponit, quæ nuſquam terrarum exſtant, & civitates earum ignarus transfert. Nam Idumæa quidem regioni noſtræ confinis eſt, poſita juxta Gazam, & nulla in ea eſt urbs Dora: in Phœnicia vero juxta montem Carmelum civitas Dora appellatur, quæ nihil commune habet cum Apionis nugis. quatuor enim dierum itinere diſtat à Judæa. Cur itaque nos præterea accuſat, quod non habeamus communes cum aliis Deos, ſi ſic facile credidere patres noſtri ad ſe venturum Apollinem, & cum ſtellis ſuper terram cum ambulantem intueri putaverunt? Scilicet enim manifeſtum quod lucernam nunquam prius conſpexerunt, qui tot & tanta lucernarum accenſionis feſta celebrarunt.

Integrum adduxi locum, quod ex eo appareat urbi Doræ (*licet perperam* Idumææ, *a qua, uti in Notis docemur, quatuor dierum itinere diſtabat, tributæ*) *adſcribi cultum* Apollinis, *ita ut* Apollo *Deus* Dorenſium *appelletur. Quod* Doræ *tamen* Phœniciæ *convenire ſingularis hic docet nummus, quem ſub* Hadriano *cuderunt* Dorenſes, *in quo ab altera parte* Apollinis *inſignia, radios præter laurum, Imperatorio addunt capiti; & ab altera parte navalem ſuam potentiam, per navis figuram exprimunt. Fuit enim hæc urbs eo nomine inclita, quare etiam* ΝΑΥΑΡΧΟΣ *ſeu* Navale *dicta fuit; uti obſervat* Spanhemius *ad Lib.* V. *Antiqu. Cap.* I. *pag.* 422. *in* Addendis. *Ipſum vero Nummum ſecum ex itinere* Græco *atque* Aſiatico *muſice redux adduxit Nobiliſſ. & Generoſiſſ.* Jo. Ægidius ab Egmont, de Nieuburg, *ipſumque inter reliqua omnis generis inedita Numiſmata, ex indulgentia ejus, in uſum meum, & aliquando forſan publicum, delineari juſſi.*

Num. 2. ΗΡΩC ΕΥΡΥΠΥΛΟC. *Caput Herois* Eurypyli; *ab altera parte* Paphiæ Veneris *templum, cum inſcriptione,* ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΕΠΙ CΤΡΑ. ΠΩΛΑΙΩΝΟC. Pergamenis *cur* Eurypylus *in Nummis decori ſit, crudite (ut ſolet) explicat* Spanhemius *de Uſu & Præſtantia Numiſm. pag. minoris Edit.* 479. *Adducimus vero Nummum hunc, ut oſtendamus, id quod dicimus in Notis ad Antiq. Lib.* XIV. *Cap.* XIV. *pag.* 722. *ſemper nomen id efferri per duplex* Lamda, *& ΠΩΛΛΙΩΝΑ æque ab Antiquis ac ΠΟΛΛΙΩΝΑ ſcribi, quod & idem docet Nummus qui numero inferius* 32. *occurrit, & qui obſervatur Num.* 11.

Num. 3. *Caput biceps, virile atque muliebre; ab altera parte laureæ incluſa cernitur bipennis inter monogramma quoddam, botrum, atque pharetram, cum literis* ΤΕΝΕΔΙΩΝ. *Similes huic nummo (qui nunc primum ex Muſæo Nobiliſſimi* Markii *prodit) innuit Ill.* Spanhemius *in Notis ſuis ad Antiqu. Lib.* XI. *Cap.* VI. *pag.* 568. *ubi ad illa de Rege* Perſarum, *cujus thronum cum ſecuribus circumſtabant Satellites,* ὡς ἐπήκεζαν ὃ τ θρόνον αὐτῦ πελέκεις ἔχοντες ἄνθρωποι, *notat, ſic quoque ſecurigeros circa ſolium* Teni *aut* Tenedi *fuiſſe, quo ſecuri continuo plecterentur rei.*

Num. 4. ΜΟΚΑ ΙΕΡ. ΑCΥ. ΑΥΤΟ. *quæ epitheta declarant fuiſſe urbem* Mocam *Sacram, jure Aſyli gaviſam, & ſuis legibus uſam. Nummus vero ipſe, delineatus apud* Patinum *pag.* 184. Antonini Pii eſt, *atque Deam* Fortunam *in templo tetraſtylo exhibet. In alio ejuſdem urbis nummo (quem in* Severo *memorat Vaillantius pag.* 84. *nuſquam vero adhuc depictum offendi) eadem epitheta occurrunt; & muliebris deprehenditur figura, dextra præferens ſpicas & papaver, læva vero cornucopiæ tenens, ad indicandam regionis ejus ſummam fertilitatem. Fuit vero* Moca *civitas* Arabiæ; Maacha *aliis dicta, de qua Nota conſuli poteſt* Spanhemii, *qui hoſce citavit nummos ad Antiqu. Lib.* VII. *Cap.* VI. *pag.* 378.

Num. 5. SER. GALBA IMP. CAES. AUG. *Caput* Galbæ *laureatum. Ab altera parte laureæ incluſa hæc legitur inſcriptio.* ΕΠΙ ΜΟΥΚΙΑΝΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΕΤ ΙΖΡ. *qua innititur cujus fuiſſe anno æræ*

*****

An-

Antiochenſis CXVII., *de qua, uti & de Nummo hoc videndus* Noriſius *in celeberrimo de Epochis* Syro-Macedonum *libro pag.* 165. *Hujus* Muciani, Syriæ *Præſidis, ſæpius cum laude mentionem facit* Joſephus, *ipſumque hunc nummum citavit* Spanhemius *ad Lib.* IV. *de Bello. Cap.* I. *pag.* 266.

Num. 6. ΝΕΡΩΝ. *Caput* Neronis *laureatum, & ab altera parte, pro fertilitate terræ deſignanda, Cornucopiæ gemina figura, cum inſcriptione* ΓΑΔΑΡΕΩΝ ΑΑΡ. Gadara, Cœle-Syriæ *urbs, cujus epocham docet Eminentiſſ.* Noriſius *pag.* 297. *& ſeq. crebro a* Flavio *commemoratur; narrat enim Lib.* I. *Cap.* VII. *de Bello, pag.* 69. *& Antiquit. Lib.* XIV. *Cap.* IV. *pag.* 690. *inſtaurata fuiſſe* Gadara (Judæi *enim paullo ante everterant*) *a* Pompejo, *poſt devictum* Ariſtobulum, *in gratiam liberti ſui* Demetrii Gadarenſis. *Eandem urbem antea* Alexander Jannæus, Judæorum *rex, poſt decem menſium obſidionem expugnaverat, teſte eodem Antiqu. Lib.* XIII. *Cap.* XIII. *pag.* 669. *poſtea vero* Herodes Magnus *minus civiliter* Gadarenſes *tractavit; unde acris Legatorum ad Cæſarem* Auguſtum *in* Syria *agentem expoſtulatio cum* Herode, *quem imperioſum, acerbum, atque tyrannum nuncupabant; quemque de vi, rapinis, & templorum everſionibus, ſed infelici ſucceſſu, accuſabant, teſte* Joſepho *Antiqu. Lib.* XV. *Cap.* X. *pag.* 775.

Num. 7. *Spectat & hic nummus ad* Gadara, *de quibus modo egimus; eumque deſcripſit* Noriſius *pag.* 300. *non autem depinxit, communicatam modo ſcripturam ejus a* Nicolao Toinardo *memorans; depinxerat vero jam olim* Æneas Vicus *inter* Neronis *Numiſmata, verum alteram tantum partem, quam itaque ſolam dare poſſumus. Legitur ibi præter inſcriptionem* ΓΑΔΑΡΑ *æra eadem, quæ in ſuperiori,* L. ΑΑΡ. *addita priori litera quæ nota anni apud* Græcos *eſſe ſolet; innuitur autem annus* CXXXI. *Male enim connectuntur apud Vicum literæ* ΑΑ. *quaſi* ΑΜ. *eſſent. Figura vero muliebris turrito capite, dextra Lauream tenens, læva cornucopiæ, palmamque ad pedes, ad caput ſtellam habens, urbis* Gadaræ *Genium deſignat, quæ Neroni, tanquam Apollini alteri, victoras ſuas muſicas gratulari videtur. Capitis epigraphe apud Noriſium eſt* ΝΕΡΩΝ ΚΑΙCΑΡ.

Num. 8. & 9. *Sufficit delineationem aureorum horum numiſmatum proponere, quæ paſſim apud Antiquarios,* Vaillantium, Begerum & Spanhemium (*ex quo pag.* 404 *&* 406. *deſumta ſunt*) *celebrantur & explicantur. Occurrunt in illis capita jugata* Ptolemæorum Ægypti *regum, quorum amorem & munificentiam in literas & literatos, & alii omnes paſſim, tum quoque* Joſephus *celebrat, ubi ſtudium Philadelphi pro conquirendis libris* Judæorum *Sacris, atque magnifica ejuſdem donaria,* Hieroſolymas *miſſa, commemorat Antiq. Lib.* XII. *Cap.* II. *pag.* 590. *ubi ipſos hoſce Nummos, in Notis, citat Spanhemius, cum inſcriptione* ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ. *in quibus a parte illa, quæ* ΑΔΕΛΦΩΝ *inſcribitur,* Ptolemæi Philadelphi, *ejuſque conjugis ſimul ac ſororis,* Arſinoës *jugata occurrunt capita; ab altera vero parte illa Ptolemæi Lagi atque* Berenices *pariter jugata ſpectantur. Putat vero male verti Ill.* Spanhemius *pag.* 406. *ab* Leone Allatio *in Monumento* Adulitano ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ *per* Deorum Fratrum, *atque ipſe mallet,* Deorum Fratris Sororiſque; *ſed fruſtra; quum pariter jam olim* fratres *inter Deos dixerit* Saturnum & Opem Tertullianus *Lib. Ad Nationes* II. *Cap.* XIII. Inceſto jam junctos Opem & Saturnum Fratres recepiſtis.

Num. 10. *Caput muliebre, ſine inſcriptione; ab altera vero parte eſt Aquila fulmini inſiſtens inter cornucopiæ & literam* Π. *cum inſcriptione* ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ. *Protulit nummum hunc* Begerus *Tom.* III. *Theſ.* Brandenburgici *pag.* 33. *quod autem in hac pictura, capitis ornatum & ipſam aliquo modo faciem differre vides a* Begeriano *nummo, inde eſt, quod partem priorem juxta nummum, quem ipſi hujus Reginæ poſſidemus, pingi ſculpique curavimus, haud ingratam hanc varietatem rati fore Antiquitatum ſtudioſis in Nummo plane memorabili.*

Exiſtimat Cl. Begerus *faciem hanc muliebrem referri debere ad* Cleopatram, Ptolemæi Euergetæ, *tertii Ægyptiorum regis, ante* Berenices *ſcilicet,* Magæ, Cyrenarum *regis filiæ cum eodem nuptias, uxorem. Totum Viri Cl. argumentum ſola litera* Π. *nititur, quam ipſe pro numerali capit, atque ad annum æræ* Alexandrinæ LXXX. *refert, regnique adeo* Euergetæ XV. *ut ipſe computat. Verum ut alia taceam, ſublato fundamento hujus conjecturæ, & ipſa tota corruit, quum inſuper contra Hiſtoriarum nitatur fidem. Literæ ſimiles in Nummis* Ægyptiorum *non ſunt numerales, niſi litera inſuper* L. *quæ* Ανκαβάντ@ *denotat addatur, uti apud Vaillantium pag.* 124. *& alibi videre eſt, verum ſemper initiales ſunt alicujus urbis, quæ nummum iſtum cuderit; ſic ibidem apud* Vaillantium *& pag.* 111. 115. *&c. literæ* ΠΑ. *denotant a* Paphiis *cuſos nummos; uti pag.* 70. *litera* ΗΡ. *docent ab* Heracleopolitis *profectum nummum ibidem* Philopatoris; *& pag.* 84. ΣΑ. Salaminem *deſignare creduntur; atque pag.* 50. ΘΕ. Thebæos, *& ſic in cæteris. unde literam* Π. Peluſium, *vel aliam* Ægypti *urbem denotare exiſtimo; faciem vero illam ad aliam Reginam referendam eſſe, vel uno hoc argumento. Quum* Magæ *filiam* Berenicen *uxorem caperet* Ptolemæus, Euergetes *poſtea dictus, vivebat adhuc pater ejus* Philadelphus, *atque aliquot poſt annis vixit. Unde nequaquam uxori* Euergetis, *quæ ſtatuatur ei etiam ante* Berenicem *nupta fuiſſe,* ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ, *qui in hoc nummo legitur, titulus convenit. Quæ ut jam omnia mittam, ipſe meam ſententiam in medium adferam. Puto videlicet pertinere ad* Cleopatram, *filiam* Antiochi Magni, Syriæ *regis, quæ nupta fuit* Ptolemæo Epiphani, *quinto* Ægypti *regi, & cui in dotem pater dedit* Cœlen-Syriam, Phœnicen, Judæam & Samariam; *Supervixit ipſa marito, & magno in honore habita a filio, cui ob id* Philometori *cognomen fuit; majore multo* Ægyptiorum *deſiderio, ætate florente diceſſit; uti docet* Vaillantius *pag.* 88. *in præclariſſima ſua* Ptolemæorum *Hiſtoria. Eſt itaque ipſa hæc* Cleopatra *illa, cujus mentionem fecit Joſephus Lib. Antiqu.* XII. *Cap.* IV. *pag.* 600. Poſtea autem (*inquit*) amicitiam & fœdus cum Ptolemæo fecit Antiochus: eique filiam ſuam Cleopatram nuptum collocavit, & Cœlen-Syriam, & Samariam, & Judæam, & Phœnicen dotis nomine tribuit. *Jam etenim bellum contra* Romanos *decreverat* Antiochus Magnus, *& ob id validas affinitates potentesque ſocios quærebat. Eſt & denique ejuſdem hujus* Cleopatræ *alter mihi nummus, æreus quoque, & alio tempore publicandus, hoc paullo minor, cum ſimili typo, ſed litera urbis initiali* M. *qui ſimiliter Cl.* Begeri *penitus convellit ſententiam de æra hoc modo expreſſa.*

Num. 11. *Caput imberbe, nudum, quod ex falſa inſcriptione* ΟΥΗΔΙΟΣ ΝΑΣΩΝ Ovidio (*qui hinc in Editionibus Poëmatum ſuorum faciei filum ſortiri nunc ſolet*) *tribuitur ab Ill.* Spanhemio *pag.* 43. *Operis Minoris, ſeu* 54. *Majoris. Ab altera parte facies eſt barbata, quam* Jovi *tribuo, cum inſcriptione* ΜΕΝ... ΑΣΙΟΥ.

Diximus ad Num. 2. *in antiquo ære &* ΠΩΛΛΙΩΝΑ *ſcribi, &* ΠΟΛΛΙΩΝΑ. *Plures vero nummos, hujus explicandi gratia, adducit Spanhemius, in quibus per* O. *non vero per* Ω. *prior pars nominis iſtius ſcribi ſolet, quem conſulat Lector erudiri cupiens. Certum quidem eſt, cuſum hunc nummulum ſub* Auguſto, *quod ex adſcriptis nominibus* Vedii, & Menandri *qui* Parrhaſii *filium ſe ſcribit, apparere poteſt. Depingit enim inter* Auguſti *nummos Goltzius tab.* LXXV. *Num.* 24. *unum, in cujus altera parte legitur* ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΑΣΙΟΣ. *Templum eſt octo columnis ſuffultum, ad cujus latera caduceus eſt cum quatuor ſpi-*

ſpicis; ad Cæſaream *vero* Palæſtinæ *pertinere docet inſcriptio Num. ibidem* 23. *ubi legitur* ΟΥΗΔΙΟΣ ΠΩΛΛΙΩΝ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. *juxta caput* Auguſti *ad cujus collum pharetra eſt. Idemque Templum in altero* Cæſarenſium *cernitur, citante* Vaillantio *in* Auguſto *pag.* 4. *cum eodem nomine; adſcribitur enim* ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΡΑΣΙΟΥ. *& ad caput, quod* Auguſti *eſt, & nudum ſine laurea,* ΠΟΛΛΙΩΝ ΚΟΥΠΕΔΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. *Denique ipſe* Spanhemius *in poſtrema atque majore Editione pag.* 54. *&* 55. Auguſti *pariter nummum citat, in quo Cæſaris ejus ab altera parte caput cum literis* ΠΟΛΛΙΩΝ ΚΟΥΠΕΔΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. *ab altera ſimile caput barbatum ut in hoc (quem explicamus) nummulo, & literis* ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΑΣΙΟΥ. *qui nummi omnes, ſicuti nimis aperte ad* Auguſtum *ipſum pertinent; ita nulla ratio eſt quare hunc* Auguſto *abjudicaremus, &* Ovidio *largiremur, niſi literæ* ΝΑΣΩΝ. *quas quidem ego quovis pignore auſim contendere non ita in nummo exſtare, vel recenti fabrica, in nummo cætera antiquo, artificio, ſordidis hominibus nimis familiari, exſculptos fuiſſe; ita ut ex literis* ΠΟΛΛΙΩΝ *remanſerint antiquæ poſteriores duæ, reliquæ vero* ΠΟΛΛΙ *ita mutatæ fuerint, ut litera* Ι. *in* Σ. *mutata fuerit, proxima* Λ *lineolam in medio, ut* Α. *fieret, acceperit, deletis dein primis* ΠΟ. *tertia* Λ. *manſerit, verum virgulam ad latus, ut* Ν. *fieret acceperit; & ſic novus in nummis hoſpes* Ovidius Naſo *pro* Vedio Pollione *emerſerit. Uterque vero &* Menander *ille* Parrhaſii *filius, &* Vedius Pollio, Cupedii *filius, cum magiſtratus fuerint* Cæſarenſium *uno atque eodem tempore, Cæſari* Auguſto *nummos cuderunt; neque privato* Ovidio *id facere, florenti licet amicitia* Cæſaris *conſueverunt; vel, fulmine ejus efflato poëta, auſi fuerunt; vel denique poſt mortem, ad revocandam* Muſarum *Venerumque omnium Sacerdotis memoriam potuerunt; ut qui vivente adhuc* Auguſto *magiſtratu* Cæſareënſi *perfuncti fuerunt.*

Num. 12. *Ririſſimus hic nummulus nunc primum ex noſtro Muſæo prodit; neque enim ante quis unquam* Aretæ *Regis faciem in tanta Antiquitatis felicitate exhibuit. Reſervare eum conſtitueram, ut una cum aliis pretioſis antiquæ Monetæ reliquiis quæ in Muſæo noſtro aliorumque Belgarum ſervantur, aliquando operoſius prodiret in publicum; ſed in Flavii Joſephi gratiam exprimere eundem hic placuit; magnam enim ibi, ut ex Indice videre eſt, hiſtoriæ partem Aretas facit. Habet a priore parte caput Regis diademate cinctum; a poſteriore figuram muliebrem, ſtantem, dextra tenentem pateram, læva haſtam, cum inſcriptione* ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΕΤΟΥ. *Nummulus hic ex ære eſt, ririſſimus, & optime conſervatus.*

Num. 13. M. SCAVR. AED. CVR. *in imo* REX ARETAS. *per tranſverſum* EX S. C. *Camelus, ad cujus pedes Rex genuflexus ramum profert. Ab altera parte* P. HYPSAE AED. CVR. *& in imo* C. HYPSAEVS COS. PREIVER. CAPTV. Jupiter *in quadrigis currentibus, dextra fulmen tenens, ſiniſtra habemas, in imo ſcorpio viſitur.*

Quæ ad hujus denarii explicationem pertinent, peti poſſunt ex Commentatoribus ad Familias Romanas, Urſino *&* Vaillantio; *quantum vero* Joſephicæ *hiſtoriæ illuſtrandæ huc iſte refertur denarius, inſpici meretur Lib. Antiq.* XIV. *Cap.* V. *pag.* 691. *ubi legimus redemiſſe* Aretam *Regem* Arabiæ *bellum trecentis talentis a* Scauro *& ipſo pacis ſatis cupido. Eadem fere leguntur de Bello Lib.* I. *Cap.* VIII. *pag.* 69. *ubi hunc quoque nummum in partes advocat* Aldrichius.

Cum autem Scaurus (*inquit*) in Petram Arabiæ *regium* expeditionem feciſſet, & propter difficillimum ad eam aditum agrum in circuitu depopularetur, & exercitus fame laboraret, Antipater Hyrcani juſſu frumentum ex Judæa, & alia quibus opus erat *ei* præbebat: miſſuſque ad Aretam legatus à Scauro, quoniam ejus hoſpes eſſet, perſuaſit ei ut pecunia vaſtationem agri redimeret. & ipſe trecentorum talentorum ſponſor fit. Atque his conditionibus Scaurus bellum finivit: non minus quod ipſe hoc voluerit, quam quod Aretas idem concupiverit. *Alibi vero ſic ſcribit:*

Interea Scaurus, in Arabiam ingreſſus, Petram quidem ne accederet locorum difficultate prohibetur: quæ vero circa Peliam erant omnia depopulabatur; hoc tamen facto malis conficiatur. Nam exercitus fame laborabat: atque ad eam levandam conferebat Hyrcanus, per Antipatrum mittens victui neceſſaria; quem etiam ad Aretam, quaſi ei familiarem, delegat Scaurus, ut pecunia ille pacem ab ipſo redimeret. Atque perſuaſum eſt Arabi, ut trecenta daret talenta: & his conditionibus Scaurus ex Arabia exercitum educebat.

Num. 14. Judæam *a* Veſpaſiano Titoque *captam complures referunt nummi, cum plurimis typis atque inſcriptionibus a* Græcis *pariter &* Romanis *in horum, ut & in* Domitiani *honorem cuſis. Sola itaque raritas & inſignis inſcriptio nummum hunc, quem ineditum hactenus ex Muſæo noſtro damus, commendant. Cernitur in illo caput* Domitiani *laureatum, cum literis* ΔΟ..... ΚΑΙΣΑΡ. *ab altera parte Victoria, pedem globo imprimens, clypeo, palmæ arbori appenſo, inſcribit: in circuitu* Judæa *capta hiſce ipſis* Græcis *literis deſignatur.* ΙΟΥΔΑΙΑΣ ΕΑΛΟΣΙΑΣ.

Num. 15. *Neque hunc addidiſſem, quamvis non inter vulgares, nummulum, niſi eximia ars atque pulchritudo in integerrimo elucens denario plurimam illi gratiam adderent. Capita habet* M. Antonii *Triumviri fratriſque ejus Conſulis* L. Antonii, *cum inſcriptionibus* L. ANTONI COS. *&* M. ANT. IMP. AVG. III VIR. R. P. C. M. NERVA PROQ. P.

M. Antonii *amicitia Magnus factus eſt* Herodes, *qui illi ad extremum uſque fidus manſit, & turrim,* Antoniam *dictam, in ejus honorem ædificavit.* M. *vero* Antonii *plures in Familia* Antonia *apud* Vaillantium *exſtant nummi, qui cum rebus* Judaïcis, *Hiſtoria Joſephica & devicto* Ariſtobulo *communionem aliquam habent; ſed nolumus numero gravari.* M. *&* L. Antoniorum *facies repræſentaſſe contenti, quoniam utriuſque merita erga Judæos egregia fuerunt, ſicuti Decreta P. R. oſtendunt; in quibus* Marci *&* Lucii Antonii *nomina laudantur Antiqu. Lib.* XIV. *Cap.* X. §. 13. *&* §. 17. *pag.* 708. *&* 709.

Num. 16. *Magnum* Pompeji *nomen in Oriente fuit, ubi maximas res armis geſſit, plurimoſque partibus ſuis faventes Bello Civili invenit. Hujus* Pompeji *cum alias virtutes, tum continentiam, ut qui a ſacris pecuniis ornamentiſque Templi* Hieroſolymitani *nihil abſtulerit, merito laudat* Flavius *Antiqu. Lib.* XIV. *Cap.* IV. *pag.* 690. Non mediocriter autem læſa eſt templi religio, inacceſſi prius & pedibus & oculis. Nam Pompejus & ejus comitum non pauci in penetrale ingreſſi ſunt, & ea viderunt quæ nemini alii mortalium, niſi pontificibus ſolis, videre fas erat. Cum autem intus eſſent & menſa aurea, & ſacrum candelabrum, & pateræ quibus libatur, & magna vis aromatum, prætereaque in theſauris ſacræ pecuniæ ad duo talentorum millia, nihil horum præ pietate attigit: ſed hac in re convenienter ſuæ virtuti ſe geſſit. Sequenti vero die, juſſis æditimis ut fanum purgarent, utque Deo libarentur quæ lex juberet, pontificatum reſtituit Hyrcano (tum propter alia ejus erga ſe Officia, tum quia Judæos incolas Ariſtobulo auxiliari prohibuerat) bellique auctores ſecuri percuſſit. *Quæ eadem fere repetuntur Lib.* I. *de Bello Cap.* VII. *pag.* 68. *Quare non injucundum exiſtimavi vultum ejus, qualem proxime ad veram venerandi ejus oris ſimilitudinem accedere puto, ex integerrimo, qui penes me eſt, denario depingere. In eo* Q. Naſidius, *cujus nomen legitur priſco more* Q. NASIDIV. *ſcriptum, infra navem cum velo expanſo & remigantibus, dum claſſi* Sexti

Pompeji *præfuit, ejus enim partibus, patris judicium in* Cneo *contra* Cæsarem *sequendo secutus, adhæsit,* Cnei Pompeji Magni *expressit vultum, in quo juxta* Lucanum *Lib.* VIII. ℣. 679. *agnoscitur*

—— —— —— illa verenda
Regibus hirta coma, & generosa fronte decora
Cæsaries.

Sive κόμης ἀναστολὴ, ut Græci vocabant. Tridens vero ante vultum, & delphinus in imo, maris denotant imperium, adeoque Neptuno *Regi* Cneum Pompejum *adæquant.*

Num. 17. & 18. *Græciæ Veteris, seu* Italiæ, *celebris admodum erat civitas* Tarentum, *ubi* Josephus *notat* Antipatrum, Herodis Magni *filium, accepisse ex* Judæa *literas, quæ* Pheroræ *obitum, malum ipsi omen, annunciaverint. Lib. Antiqu.* XVII. *Cap.* V. §. 1. *pag.* 836. *Plura hujus nobilis urbis, & Lacedæmoniorum olim coloniæ exstant Numismata; in quibus fere omnibus conditores ejus atque instauratores* Taras & Phalanthus *exhibentur; cujus generis & hæc duo sunt Numismata ex Musæo nostro, quæ in quibusdam minutiis ab hactenus editis discrepant, sed de quibus nunc quidem agere supersedemus.*

Regni Commagenes *crebra mentio occurrit apud* Josephum, *sed præcipue memorabilis est eversio regii ibidem nominis, quod immerito* Romani, *fisco suo studentes, sub ampliatore ejus* Vespasiano, *abstulerunt* Antiocho *ultimo, qui, si quis alius, una cum sobole sua, optime de istis Orbis domitoribus, atque de ipso Imperatore, fuerat meritus. Fatum miserandi istius Regis, qui ex summis opibus, senili ætate, nullo suo merito, ad privatam recidit fortunam, copiose describit Historicus Lib.* VII. *de Bello Cap.* XXVII. *pag.* 420. *Hujus* Antiochi, *filiorum itidem ejus, aliorumque* Commagenes *Regum quum reliqua Numismata sculpta invenerim Volumine* I. *Thesauri* Britannici *pag.* 108. *& seq. non ingratum Lectori meo fore spectaculum judicavi, si singula apponerem, sunt autem decem numero.*

Num. 19. ΒΑΣΙ. ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ. ΕΠΙ. *Caput regis* Antiochi *diadematum. Ab altera parte Laureæ includitur Capricornus, sub quo* Seleucidarum *nota, Anchora, conspicitur, cum inscriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. *Nummum hunc ad* Antiochum I. *pertinere credunt.*

Num. 20. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ ΕΠΙΦΑ. *Caput regis* Antiochi *diadematum, ita ut extrema pars alterius nodi per collum diffluat. Ab altera parte Scorpio cum solita inscriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ *laureæ inclusus cernitur. Nummus hic paullum differt ab* Haimiano, *quoniam ex meo dedi Musæo, tam pulchrum integrumque, ut vix unquam similem viderim. Putat autem* Jo. Massonus Antiocho III. *qui sub* Tiberio *decessit, esse assignandum.*

Num. 21. ΒΑΣΙ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ. *Caput regis diadematum. Ab altera parte duæ cornucopiæ decussatim positæ, & inscriptio* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ.

Num. 22. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΑΝΤΙΟΧΟΣ. *Caput diadematum* Antiochi *Regis; ab altera parte Scorpio Laureæ inclusus cum inscriptione* ΑΑΚΑΝΑΤΩΝ.

Num. 23. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΑΝΤΙΟΧΟΣ. *Caput Regis diademate revinctum; ab altera parte Laureæ inclusus Scorpio, cum literis* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ.

Num. 24. ΒΑCΙΛΕΥC. ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟC. *Atiseri regis* Antiochi *ultimi senile caput, ultima diadematis parte in collum diffluente. Ab altera parte Scorpionis typus & solita inscriptio.*

Num. 25. *Caput* Caji Cæsaris, *cum inscriptione* ΓΑΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚ. ..... *Ab altera parte Regis cujusdam caput est, quem non male arbitratur* Haimius *pag.* 242. Antiochi *cujusdam* Commagenes *esse, & quidem ejus qui Caligulæ vixerit temporibus. Notas idem illas, quæ sub mento regii capitis visuntur se non capere asserit. Dolendum certe est circa oras non integriorem esse nummum, quæ videntur literas habuisse nomen & dignitatem depicti capitis indicantes. Sicuti vero testantur Scriptores,* Antiochum *quendam a* Cajo *donatum fuisse non tantum* Commagenes *regno verum etiam maritimis* Ciliciæ *oris, hic vero nummus in rei testimonium & gratitudinis ergo ab* Antiocho *cum sua non tantum, sed & Imperatoris* Romani *effigie percussus sit, ita in eodem vocare se* Commagenes & Ciliciæ *Regem potuit; ut literæ* IA. *quæ adhuc supersunt, reliquæ sint ex* KIA. *quæ* Ciliciam *designaverint.*

Num. 26. ΑΝΤΙΟΧΟ.. ΒΑΣΙΑ... *Caput Regis diadematum, quod impressis ad colium & mentum duas habet notas seu marcas (quales creberrimæ in Græcorum nummis) quibus impressum est Cornucopiæ ducussatum, quod ad Num.* 21. *in* Commagenorum *quoque nummo vidimus, &* Seleucidarum *insigne Anchora. Ab altera parte Scorpio Laureæ includitur cum inscriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. *Pertinet vero nummus ad eundem, de quo modo,* Antiochum, IV. *videlicet, a* Cajo *atque Claudio ad honores evectum.*

Num. 27. ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ ΙΟΤΑΠΗ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΣ. *Caput elegans* Jotapes *Reginæ diademate cinctum. Altera pars cum inscriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ *solitum Scorpionis & Laureæ habet symbolum.*

Num. 28. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΥΙΟΙ. *Regii juvenes equis insidentes. Ab altera parte Capricornus in Laurea, subtus Anchora est, desuper vero Stella, cum inscriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. *Juvenes illi duo filii sunt infelicissimi istius* Antiochi *ultimi* Commagenes *Regis,* Epiphanes & Callinicus, *quorum iras animumque ob ereptas Regni spes describit* Josephus *de Bello Lib.* VII. *Cap.* VII. *pag.* 420. *sicuti & mirabilem audaciam majoris, sive* Epiphanis, *dum cum* Macedonica *sua phalange vastissima* Hierosolymæ *mœnia vi superare conatur Lib.* V. *de Bello Cap.* XI. *pag.* 354.

Num. 29. ΙΟΤΑΠΗ..... *Caput muliebre. Ab altera parte caput juvenile est cum literis non satis cognitis.*

Longiorem vero de hisce omnibus sermonem instituerem, nisi doctissimi viri Jo. Massoni *diligentia, isto me onere levasset. Exstat enim ejus Dissertatiuncula super hosce Nummos ipsosque Commagenes Reges,* Antiochos *omnes dictos, Tomo Primo Thesauri sui* Britannici *pag.* 113. *a* Nicolao Francisco Haymio *insertus. At quoniam is liber rarior in hisce terris est, & non nisi magno parari potest, ipsa Clarissimi viri verba prout exstant subjiciam. Ita vero se habent:*

Cum plurium ANTIOCHORUM, in *Commagene* regnantium meminerint Scriptores antiqui; non erit inutile explicandis superioribus aliisque Nummis, qui diversos etiam vultus ferre videntur; si brevem & accuratiorem præmiserimus notitiam Principum, qui Regionem illam sub imperio tenuerunt, ex quo amplissimum *Seleucidarum* regnum ad angustos hosce terminos redactum est, donec Romanorum Provinciæ formam, imperante Vespasiano, subiit.

I. Qui primus in hac serie occurrit, *Antiochus* nomine & *Commagenæ* Rex *Dioni* diserte dicitur, in anni U. C. 685. actis (a), ut qui tum, & quidem post *Luculli* de Tigrane victoriam (b), ac Urbis, quæ *Tigranocerta* ab hoc Armeniæ Rege nominata fuerat, expugnationem, *in fidem receptus* est. *Appianus* vero, qui in *Luculli* rebus hunc *Commagenæ* regem non memorat, postea *Pompeji* contra *Mithridatem* gesta narrans, scribit, (c) Pompejum, *superato Tauro* (d), *bellum Antiocho Commageno intulisse, donec & ille in amicitiam receptus est.* Deinde constitutiones Regnorum & Provinciarum à *Pompejo* factas tradens, addit, eum *Antiocho*

(a) Lib. 35. fragmentorum initio.
(b) Reportatam *pridie nonas Octobr.* si Plutarcho fides in *Lucullo.*
(c) De Bellis Mithr. p. 244. vid. & p. 251.
(d) Anno scil. U. C. 690.

tiocho Commageno commisisse Seleuciam, & quidquid ex incursu in Mesopotamia ceperat. Id *Strabo* antiquior Auctor confirmat quo ad *Seleuciam*, quam dicit *Casiellum fuisse Mesopotamiæ ad Euphratis Pontem situm, in quo Tigranes Cleopatram, Selenem vocatam, interemit aliquandiu inclusam, cum Syriâ excidisset* (a).

Utrum vero hic *Antiochus Commagenus* idem fuerit cum *Antiocho* XIII. & ultimo Syriæ Rege, qui *Antiochi Pii* filius erat, disputant doctissimi viri. *Vaillantius* quidem unum eundemque fuisse affirmat; at fatebor, mihi rem obscurissimam videri, licet omnia Scriptorum antiquorum loca ad accuratum revocaverim examen, quod hîc prolixius discutiendum non puto.

Utut sit, recte videntur eruditi viri de primo *Commagenes* Rege *Antiocho* intelligere, quæ *Cicero*, dum *Ciliciæ* Proconsul erat, anno U. C. 703. scribit de *Rege Antiocho Commageno*, lib. 15. famil. Epist. 1, 3, & 4. Nullo saltem testimonio probari potest, hunc *Antiochum* esse diversum ab illo, qui paucis ante annis eam regionem, *Luculli & Pompeji* gratia, moderabatur.

Idem quoque omnino videtur, cujus *Julius Cæsar* meminit in descriptione Copiarum, quas *Pompejus* comparaverat ante *Pharsalicam* pugnam, anno U. C. 706. circiter medio commissam. *Ducenti* Equites, ait Cæsar (b), *ex Syriâ à* COMMAGENO ANTIOCHO, *cui magna præmia Pompejus tribuit, miserat.* Hæc certe *præmia* manifeste indicant, eundem esse *Antiochum*, cui Pompejus, præter Commagenem, & alia in Mesopotamiâ dederat, *uti supra* vidimus.

An ille vero postea in Cæsaris amicitiam receptus, ac sic in regno confirmatus fuerit cum Cæsar in Syriam ex Ægypto sub Æstatis initium An. U.C. 707. venisset, expressis quidem verbis Historia non tradit. Id tamen ex *Hirtii* (c) narratione, de rebus à Cæsare in Syria constitutis, colligere fas est. *Commoratus*, inquit, Cæsar, *fere in omnibus Civitatibus*, [*Syriæ*] *quæ majore sunt dignitate, præmia bene meritis & viritim & publice tribuit; de controversiis veteribus cognoscit, ac statuit. Reges, Tyrannos, Dynastas Provinciæ*, [*Syriæ*] *finitimosque, qui omnes ad eum concurrerant, receptos in fidem, conditionibus impositis Provinciæ tuendæ ac defendendæ, dimittit & sibi & Populo R. amicissimos.*

Igitur exinde credere licet, *Antiochum* illum haud alium ab eo fuisse, quem *Dio* ad annum U.C. 716. *lib.* 49. scribit oppugnatum & *Samosatis* obsessum à *Ventidio M. Antonii* legato ac ab ipso *Antonio*, in hujus amicitiam, ante urbis expugnationem, receptum esse. Quibus consona profert *Plutarchus* in Antonio.

II. Verum brevi post tempore Rex ille successorem habuerit MITHRIDATEM (d); quandoquidem *Plutarchus* ibidem inter Reges, qui cum copiis M. Antonio ante *Actiacam* pugnam, anno U. C. 723. adfuerunt, numerat *Mithridatem Commagenæ Regem.* Hunc autem locum haud satis attente doctissimus *Norisius* legerat, autumans (e) Plutarchum *recensere Mithridatis auxiliares copias bello Actiaco, in Castris Antonii;* quasi vero ipsemet Rex non interfuisset. Quid illi tum acciderit incompertum; novimus solummodo, alium continuo regnum occupasse.

III. Alter enim ANTIOCHUS *Commagenus à Dione*, sub fin. lib. 52. ad annum U. C. 725. memoratur, quem Augustus tum *ad se excivit, quod fratris sui, cum quo litem habebat, missum Romam legatum dolo occidisset. Eum*, subjungit Dio, *Antiochum in Senatum adductum, damnatumque interfecit.*

Quis vero fuerit iste *frater* hujus *Antiochi*, non aperit Dio, nec utrum tunc temporis adhuc in vivis successerit *Antiocho* fratri, seu potius *Commagenem* Augustus Romano subjecerit Imperio.

IV. At alius MITHRIDATES, decem circiter post annis, scilicet U. C. 734. Rex creatus fuit ab Augusto, in Syria degente ac Orientis Provincias ordinante, uti *Dio* ad eum annum lib. 54. testatur. *Mithridati cuidam*, ait, *Commagenem, quod ejus Rex patrem hujus Mithridatis occidisset, puero etiamnum attribuit.* Verum neque hinc patet, quis fuerit *Rex* ille, qui *Mithridatis patrem* occiderat; an jam ante defunctus, vel tunc demum Regno motus.

Igitur haud recte Ill. *Norisius* (f), tanquam ex utroque *Dionis* loco, asserit, 1°. *Antiochum* anno U.C. 725. condemnatum *fratrem* fuisse prioris *Mithridatis*; 2^do. hunc ab illo fratre occisum, atque 3°. eundem esse patrem *Mithridatis* secundi, qui *puer* Antiocho successerit patruo. Nihil horum certe scribit *Dio*, nec ullo modo innuit; ut primo intuitu liquet. Imo potius contraria, præsertim quo ad duo postrema puncta, docet. Etenim diserte illo scribente, *Antiochum* esse ab Augusto neci datum, *quod fratris legatum occidisset*; manifestum est, eum simul non fuisse necis fraternæ reum; alias hanc certe graviorem mortis *Antiochi* causam multo-satius dedisset Historicus sapiens. Deinde *Dio* clare satis indicat, *patrem* posterioris *Mithridatis* regem non fuisse, sed potius hominem privatum; siquidem tradit, eum à *Rege Commagenes* occisum esse.

V. Proximus porro successor, quem Historia nobis monstrat, ANTIOCHUS est ille, cujus tantum mortem *Tacitus* ad An. U.C. 770. narrat (g). *Per id*, inquit, *tempus Antiocho Commagenorum, Philopatore Cilicum, Regibus defunctis, turbabantur Nationes, plerisque Romanum, aliis Regium imperium cupientibus.* Verum tunc Commagene facta est ab Imp. *Tiberio* Provincia Romana, remque anno sequente *Germanicus* in Orientem missus, perfecit. *Commagenis*, addit idem Auctor (h) *Q. Servæus præponitur, tum primum ad jus Prætoris translatis.* Quam mutationem *Strabo* (i) quoque, tunc libris Geographicis coronidem imponens, adnotavit, in Commagenes descriptione: Nunc, subdit, *Provincia facta est.*

IV. Iterum tamen ad jus Regium, mortuo *Tiberio*, rediit, anno U. C. 790. seu Æræ Christianæ vulgaris 37. Ad hunc enim Dio lib. 59. scribit, *Cajum* Caligulam ANTIOCHO, *Antiochi filio; Commagenen, paternum regnum, adjectis Ciliciæ maritimis, dedisse.* Hoc quidem regnum idem Imperator postea abstulit, licet ei *Antiochus* assentator & tyrannidis magister esset, teste eodem Historico ad An. U.C. 793. At ipsum statim reddidit *Claudius* primo imperii anno, prout *Dio* ad annum U. C. 794. narrat. *Antiocho*, ait, *Commagenen, quam idem Cajus ei dederat ademeratque, restituit.* Quod confirmat Josephus (k), scribens, *Antiochum Commagene, & parte quadam Ciliciæ donatum* à Claudio fuisse.

Ad

(a) *Strabo* lib. 16. pag. 749. ubi quidem MSS. pro τῷ Κομμαγηνῷ uti *Casaubonus* legit, habent τῇ Κομμαγηνῇ; sed prior lectio confirmatur illo *Appiani* loco.

(b) De Bello Civ. lib. 3. c. 5.

(c) De Bell. Alex.

(d) Eum forsan spectat Nummus Aleppo ad D. *Carol. Hedges* missus, ac à postica parte cum *Pallade* sic inscriptus: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ. ab antica vero cernitur caput imberbe cum tiara, quæ Cassidi similis, uti repræsentatur apud Cl. *Spanhemium* T. 1. f. 482. qui ad Ponti Regem refert suum.

(e) De Epoch. Syrom. Diss. II. c. IV. p. 127.

(f) Ibid. p. 127. (g) Annal. lib. II. c. 42. (h) Ibid. c. 56.

(i) Lib. XVI. p. 749. sic & *Joseph.* Antiq. lib XVIII. c. 3.

(k) Antiq. lib. 19. c. 4. ubi tamen vocem ex isto Dionis loco emendandam esse, recte jam notavit *Tillemontius* hist. T. 1. p. 1012.

Ad hanc autem *Ciliciæ* partem, *Antiocho* datam, pertinuisse *Clitas*, ejus oræ accolas, uti & Civitatem *Anemurienſem*, docet Tacitus ad annum U.C. 805. Annal. XII. c. 55. ubi narrat, *agreſtium Cilicum nationes*, *quibus Clitarum cognomentum*, tunc tumultuantes, & eam Civitatem obſidentes, ad officium reductos eſſe *à Rege ejus oræ Antiocho*, uti vocat. Eidem *& Armeniæ* partem tribuit *Nero*, ejus operâ in bello contra Parthos uſus, ex *Tacito* Annal. lib. XIV. c. 26. collat. cum lib. XIII. c. 7, & 37. Nec minus utilis fuit Romanis contra Judæos (a), quin & *Veſpaſianum*, ad Imperium nitentem potentiſſimq; juvit, cum eſſet *vetuſtis opibus ingens*, *& inſervientium Regum ditiſſimus*, uti habet *Tacitus*, Hiſt. lib. II. c. 81.

At tandem in ſenectute, cum antè felix & potens vixiſſet, *Antiochus* à Præto Syriæ Proconſule accuſatus, quod cum Parthis contra Romanos conſpiraſſet, regno fuit ſubmotus, *anno*, inquit Joſephus (b), *Veſpaſiani quarto*, ſeu U. C. 825. atque tranſlatus eſt, primum *Lacedæmonem*, deinde *Romam*, ubi honorifice habitus reliquam tranſegit vitam, cum duobus filiis, EPIPHANE & CALLINICO, de quibus plura inferius notabimus.

Sic demum *Antiochi* regnum in Provinciam Romanam à *Veſpaſiano* redactum eſt. Quod *Suetonius* his, in *Veſpaſiani* vita, verbis tradit c. 4. *Item Tracheam Ciliciam*, *& Commagenem*, *ditionis Regiæ uſque ad id tempus*, *in Provinciarum formam redegit.*

His præmiſſis ad ipſos tandem Nummos, ſupra exhibitos accedendum; & primum quidem ut melius diſtinguantur de poſtremis dicemus, quos certo ſcimus ad ultimum *Antiochum*, ejuſque familiam ſpectare.

Id genus autem ſunt tertius (in Tab. noſtra Num. 19. uſque 29.) & reliqui ad nonum uſque. Etenim, quod ad ipſum *Antiochum* attinet, tertius Nummus eandem prorſus faciem repræſentat, licet juveniliorem, ac quæ cernitur in IV. V. VI. (VIII. quoque) & VII. Jam vero ex IV. certiſſime novimus *Antiochum*, *eo ſignatum*, *in Cilicia* regnaſſe, quod de nullo alio, præterquam de poſtremo Commagenes Rege *Antiocho*, aſſirmari poteſt, uti ſuperius ex Hiſtoricis antiquis oſtendimus. *Lacanatas* enim *Ciliciæ* populum fuiſſe demonſtrat *Ptolemæus*, qui Geographiæ lib. V. Civitates *Ciliciæ* mediterraneas recenſens, primum ſingulis *Tracheæ*, ſeu *Aſperæ* regionibus ſuas adſcribit urbes, ſuoque ordine venit Λακανίτιδ& regio, cujus Civitas apponitur Εἰρηνόπολις. Hæc autem apud ſcriptores ſequioris ævi in *Cilicia ſecunda* ponitur, ut luſius videre eſt in Cl. *Cellarii* Geographia antiqua lib. III. c. VI. p. 144, 145.

Corrigendi vero ex hoc Nummo vulgares *Ptolemæi* codices, atque pro ΛΑΚΑΝΙΤΙΔΟΣ, legendum ΛΑΚΑΝΑΤΙΔΟΣ.

Cæterum parem huic Nummum habuit Cl. *Vaillant*, ut ipſemet indicat, hæc de *Auguſta*, Ciliciæ urbe ſcribens (c): *Hæc autem erat*, *cum* Lacanatide, *ditionis Antiochi Regis Commagenæ*, *ut confirmat noſter ejus Principis Nummus cum epigraphe* ΛΑΚΑΝΑΤΩΝ.

At errat celeberrimus ille vir addens (d), *utramque regionem*, *ut & regnum Commagenæ*, *Romanis acceſſiſſe anno U. C. 771. poſt mortem illius Principis*, Antiochi ſcil. anno antecedente defuncti. Etenim hicce *Antiochus* nullam *Ciliciæ* partem ſub ſua ditione unquam habuit; ut quæ demum *Antiocho* ejus filio data fuerit.

(a) *Joſeph.* de B. J. III. c. 2. & VI. c. 12. *Tacit.* Hiſt. L. II. c. 81. & L. V. c. 1. &c.
(b) De B. Jud. lib. VII. c. 27.
(c) Num. Impp. Gr. p. 261.
(d) Sic & p. 149. V. ΑΥΓΟΥCΤΑΝΩΝ.

Nec minus hallucinatur, dum *Auguſtanorum* Ciliciæ Populorum Epocham ab eodem anno U. C. 771. deducit; ſiquidem alibi demonſtrabo, eam haud ante annum 773. iniiſſe potuiſſe, præſertim *ex Elagabali* Numiſmate in eadem Gaza Nobiliſſimi Ducis Devoniæ inſcripto: ΑVΓΟΥCΤΑΝΩΝ. ΕΤΟΥC. ΗQΡ. anno 198.

Sed ut ad *Antiochi* Regis nummos revertamus, tertius, hîc exhibitus, faciem juvenilem repræſentans, ſub initium ejus regni cuſus nobis videtur, uti contra ſub finem ejuſdem ſcalptus eſt ſextus, vultum ſenilem ferens. Adde quod & forma litteræ *Sigma* (e) Veſpaſiani potius temporibus convenit.

Deinde quo ad Nummum Num. 27. hîc poſitum, non eſt dubitandum, quin ad uxorem ejuſdem *Antiochi* poſtremi pertineat; quandoquidem ex alio Nummo, in *Cilicia* maritima cuſo, conſtat, huic Regi *Jotapen* fuiſſe conjugem. Scilicet celeberrimi Antiquarii (f) jamdudum vulgarunt numiſma, à *Sebaſtenis* cuſum, in cujus antica parte idem *Antiochi* caput cernitur hac cum epigraphe: ΒΑΣΙΛ. ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ. ΕΠΙ. in Poſtica vero legitur circa mulieb. figuram ſedentem, *&c.* ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ. ΙΩΤΑΠΗ. ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ. Quem nummum ad alium Regem referri non poſſe, pluribus demonſtravit Ill. *Noriſius* adverſus *Seguinum & Harduinum*, qui eum *Antiocho* III. tribuunt.

Quibus addendum, Nummos hujuſce *Jotapæ*, quales plurimos in *Britannicis* (g) & aliis Muſæis tractavi, ejuſdem eſſe metalli, ſcalpturæ, ac formæ, cum aliis *Antiochi* IV. Nummis; atque in uno etiam, penes eruditiſſ. ac Reverend. Covel, idem occurrere ſigma, ſinuatæ ſcil. in rotundum figuræ, quam in VI. *Antiochi* Nummo cernimus. Caput enim Reginæ diademate redimitum & huic N. 27. geminum, ſic inſcribitur in *Covelliano* Nummo: ΒΑCΙΛΙCCΑ (h) ΙΩΤΑΠΗ. ΦΙΛΑΔΕΛ. In aliis hæc ultima vox integre legitur, ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΣ, non vero ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ, uti male *Seguinus* habet.

Num. 28. porro Nummus, hucuſque Antiquariis ignotus, ambos certe filios, *Antiochi* IV. *& Jotapes*, nobis exhibet, prout me docuerunt id genus nummi cæteris integriores. Talem & elegantiſſimum poſſidet ampliſſima & aliis rariſſimis undique congeſtis Cimeliis referta D. *Hans Sloane* Baronetti Gaza, in quo manifeſtiſſime ſub ipſis Principibus Equitantibus legitur ΒΑCΙΛΕΩC. ΥΙΟΙ. REGIS. FILII; quæ verba ſatis clare in aliis etiam cernuntur Nummis Gazarum Illuſtriſſimorum D. D. Ducis *Devoniæ*, ac Comitis *Pembrochiæ*, *&c.*

Itaque hîc habemus EPIPHANEM & CALLINICUM, quos ſupra diximus *Antiochi* IV. filios fuiſſe, & quos *Joſephus* à fortitudine in Romanos, & pietate in patrem laudat; de *Bello Jud. lib.* VII. *c.* 27. Ubi *Pæti* impetum narrans: *Antiochus*, inquit, *decrevit*, *toto regno*, *in quo erat ſtatu*, *relicto*, *cum conjuge ac liberis egredi.* —— *Pætus autem in Samoſatam*, *qui eam capeſſerent*, *mittit*, *& per eos civitatem tenebat* —— —— *Haud tamen Rex vel ipſa neceſſitate adductus eſt adverſus Romanos aliquid bellicum gerere.* —— *Adoleſcentibus autem bellique peritis*, *vique corporis præſtantibus*, FILIIS *ejus*, *non erat facile in calamitate ſine pugnâ durare.* —— *Vehementi autem pugnâ per totam diem habitâ*, *inſignem demonſtrarunt fortitudinem*, *&c.* deinde narrat ſu-

(e) Cujuſmodi occurrit in alio ejuſdem Regis Nummo, penes D. Car. Hedges, ſic: ΑΝΤΙΟΧΟC. ΕΠΙ. ΒΑCΙΛΕVC. ΜΕΓ.
(f) Vid. *Seguin.* Sel. Num. p. 402. ed. 2. *Harduin* de Popp. & urb. p. 587. Ed. 1. *Noris* de Epoch. p. 129. ſeqq.
(g) D. *Caroli Hedges* Equitis aurati, D. *Gulielmi Lloyd* filii Epiſcopi Vigor. D. *Falkner*, &c.
(h) Sic cum ſimplici C. tantum.

fugam *Antiochi* Patris, cum *Conjuge ac filiabus, in Ciliciam*, atque *Epiphanis* cum decem Equitibus ad *Vologesem* Parthorum regem, cujus poſtea litteras ad *Veſpaſianum* commendatitias tulerunt, Romam, cum audiviſſent Patrem *Antiochum* regie *Lacedæmone* vivere. *Patre autem ad eos* [filios] *Lacedæmone ſtatim advecto, cum omnis honor eis haberetur, ibi* [ſcil. Romæ] *manſere.*

Nequaquam vero hic omittendum eſt, *Epiphani*, de quo ceu majore natu loquitur ubique Joſephus, deſponſatam fuiſſe *Druſillam*, à Patre *Agrippa* majore, qui eam *ſexennem* reliquit, cum *anno* Æræ noſtræ XLIV. obiret; ex *Joſepho*, Antiq. XIX. c. 7. Cujus loci interpretationem latinam, à *Gelenio* factam, Cl. *Noriſius* tantum ob oculos habebat, cum ſcriberet (a), *Joſephum* L. C. *auctorem eſſe, Antiochum* IV. *curaſſe, ut filio ſuo majori natu* Epiphani MARIAMNE *Agrippæ Judæorum regis filia decennis deſponderetur;* quamvis ipſemet Eminentiſſ. vir, aliquot ante paginis, rectius dixiſſet, Agrippam deſpondiſſe *Druſillam filiam nondum* (b) *ſexennem Epiphani majori filio regis Antiochi.*

Epiphanes tamen Uxorem non duxit *Druſillam*, quæ deinceps AZIZO regi *Emeſenorum* data eſt à fratre *Agrippa* juniore: *Epiphanes enim*, narrat Joſephus (c), *Antiochi regis filius recuſavit ejus nuptias, nolens Judaicos mores amplecti, ut erat* Druſillæ *patri pollicitus.*

Cæterum & Princeps ille, *Antiochus Epiphanes* vocabatur, non ſecus ac pater, ſi *Joſepho* fides, de B. J. Lib. V. c. 29. Gr. at Lat. L. VI. c. 12. Ut nullum ſit dubium, quin *Epiphanes* fuerit cognomen huic familiæ fere proprium; quæque ſit alias prima hujus tituli cauſa, origo, & ſignificatio, de qua prolixe ſatis jam alii (d) tractarunt.

Ita & *Callinicus* aliud erat cognomen, quo alter *Antiochi* IV. filius à fratre majore diſtinguebatur; quemadmodum & aliis datum eſt, eâdem diſtinctionis cauſâ, variis Principibus, atque præſertim inter Seleucidas *Demetrio* III. ac *Antiocho* XIII. ultimoque Syriæ Regi, qui ſimul *Epiphanes & Philopator* cognominabatur; ſi quidem ejus ſint, ut Antiquariis hucuſque viſum, Nummi (e) his ſignati titulis.

Unde, uti & ex *Anchorâ* in plurimis *Commagenorum* Nummis cuſâ, non male colligere poſſumus, *Antiochos* hoſce *Commagenos* revera ex *Seleucidarum* Gente ſuam originem duxiſſe. Videtur enim hæc *Anchora*, quæ & in aliis Seleucidarum Numiſmatibus ſcalpta, ad illam alludere, quam ſcriptores antiqui (f), tradunt in *Seleuci* prioris femore ſignatam, cum naſceretur, atque ſculptam in annulo, quem *Laodice* mater recepit ab Apolline, & filio dedit in futuri regni auſpicium & augurium. Imo, ſi *Juſtino* credimus, *Originis ejus argumentum etiam in poſteris manſit: ſiquidem filii, nepoteſque ejus* ANCHORAM *in femore, veluti notam generis naturalem, habuere.*

Ad eandem quoque *Antiochi* IV. Commageni familiam forte ſpectat illa JOTAPE, cujus nomen & caput in Nummulo meo, ſupra N°. 29. conſpicitur. Eadem certe non eſt facies, ac illa *Jotapæ* prioris, quam *Antiochi* IV. uxorem diximus; nec etiam ejuſdem metalli, aut ſcalpturæ videtur nummus.

(a) De Epoch. p. 136. coll. p. 128.
(b) Hac voce non utitur *Joſephus*, cui *Druſilla* dicitur omnino ἐξαετὴς.
(c) Joſeph. Ant. L. XX. c. 5.
(d) *Joan. Marsham* Can. Ægypt. p. 54. *Henr. Noris* de Epoch. p. 129. - 131. &c.
(e) Qualem poſſidet Nobiliſſ. D. *Dux Devoniæ*; cum in alio, Gazæ Ampliſſ. D. Comitis Pembrochiæ ΔΙΟΝΥΣΟΥ inſuper legatur cognomen; ſcil integre: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ. ΔΙΟΝΥΣΟΥ. ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ. ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ.
(f) *Appianus* in Syriac. p. 123. *Juſtin.* l. XV. c. 4.

Jam vero novimus ex *Joſepho*, non modo *Antiocho* IV. FILIAS fuiſſe, quibuſcum uti & *uxore* in *Ciliciam* fugit (g); ſed & unam ex illis filiabus, JOTAPEM quoque dictam, *Alexandro*, Judæo ex *Herodis* ſtirpe Principi, nuptam fuiſſe, *Antiq.* XVIII. *c.* 7. Hunc locum *Alexandri* genealogiam ſimul dilucide pingentem hic dabimus integrum, ut continuo pateat hac de re Cll. virorum error. *Cæterum*, teſte Joſepho, *Alexander Herodis regis filius, qui à patre necatus eſt, Alexandrum & Tigranem filios ſuſcepit, è Glaphyrâ Archelai Cappadocum regis filiâ. Ex his Tigranes apud Armenios regnans, cum apud Romanos delatus eſſet, ſine liberis obiit. Alexander autem Tigranem fratri cognominem filium habuit, qui Armeniis Rex à Nerone fuit datus, filiumque genuit Alexandrum. Hic Antiochi Commagenorum Regis filiam* JOTAPEN *duxit, &* Leſidis, Ἡσιόδῳ, *in Cilicia rex à Veſpaſiano conſtitutus eſt.*

Inde, inquam, facile retegitur Recentiorum hallucinatio, qui ſcripſerunt, *Alexandrum Jotapes* maritum, *pronepotem* Herodis magni fuiſſe. Sic præ cæteris hîc mihi nominandus Purpuratus *Noriſius*, (contra *Seguinum & Harduinum* diſputans, de Nummis, à *Sebaſtenis & Commagenis*, cum *Jotapes* nomine, cuſis, quos illi tribuebant *Jotapæ* Alexandri conjugi,) eundem ſequutus errorem hæc habet (h): *At nullus dubito utrumque nummum pertinere ad Jotapem uxorem Antiochi* IV. *regis Commagenes, ac matrem Jotapes, quæ Alexandro*, TIGRANIS, *regis Armeniæ*, FILIO, *ac Herodis Magni* PRONEPOTI, *nupta fuit.* Quibus gemina, ſex poſt paginis, repetit: *Alexander erat filius Tigranis, qui Tacito* lib. 14. *dicitur* Cappadocum ex nobilitate regis Archelai nepos; *ſiquidem Tigranes patrem habuerat Alexandrum Herodis regis filium, ac matrem Glaphyram, filiam Archelai regis Cappadociæ. Hinc Veſpaſianus donavit Alexandro ac Jotapi inſulam & Urbem Sebaſtem, quam ejuſdem Alexandri laudatus proavus ſeptem fere luſtris poſſederat.*

At vero manifeſtum ex ſuperioribus Joſephi verbis fit, 1°. huncce *Alexandrum* fuiſſe Herodis M. *abnepotem*, non *pronepotem*, atque 2°. *Tigranem* ejus patrem, Armeniæ regem, fuiſſe Archelai *pronepotem*, non vero *nepotem*, ut male *Tacitus* ſcripſit. Hunc autem graviſſimi alias Hiſtorici Romani errorem jam dudum doctiſſ. *Noldius* (i) ſic recte confutaverat: "Nam eum Tigranem, *pronepotem* Ar"chelai fuiſſe, præter Joſephum, *Ant.* XIIX. *c.* 7. "ipſa rerum ſeries oſtendit. Quo pacto enim *Ti*"*granes*, *nepos*, circa medium *Auguſti* natus (Pa"ter (k) non multo poſt *victoriam ad Actium* ab "*Herode* interfectus) ſub *Nerone* (l) agere aut pati "potuit? quo profecto tempore natura eum aut "morte aut ſenio ita multaverat, ut rebus geren"dis aptus tum haud eſſe potuerit.

Quo ad regionem, cujus rex *Alexander*, conjux *Jotapes*, creatus à *Veſpaſiano* fuit, partem *Ciliciæ* fuiſſe ex Joſepho liquet; verum ejus nomen, librariorum culpâ, obſcurum adhuc remanere mihi videtur. Etſi enim vox Ἡσιόδῳ, quæ in libris vulgatis, ac in Codice MS. Florentino legitur (m) mutetur ab *Harduino* in Νησιάδῳ, hancque emendationem ſuo calculo probet Cl. *Noriſius*, qui nomen illud cum Jeſuita intelligit de *Inſula*, *& urbe*,

(g) De B. J. lib. VIII. c. 27.
(h) De Epoch. p. 132, & 137.
(i) Hiſtor. Idum. p. 367.
(k) *Alexander* nempe, qui ab *Herode M.* ſuo patre necatus, quique filium habuit *Tigranem*, primum in Herodis familiâ regem *Armeniæ*, atque adeo *nepotem* ejuſdem Herodis M. ſimul & *Archelai* Cappadocis ex ejus filia *Glaphyra.*
(l) A quo *Tigranes* alter, de quo loquitur *Tacitus*, Rex Armeniæ datus eſt.
(m) Sic *Noriſius* de *Epoch.* p. 135. teſtatur, atque in nonnullis Codd. latinis legi, *Iſiados*, ac in aliis *Yſiados*, cum in Editione Gryphiana An. 1539. habeatur *Leſidi.*

be, primum *Eleusa*, dein *Sebaste* dicta; Attamen mihi persuadere nequeo, eam emendationem facile posse ex linguæ Græcæ genio, aut ex Geographia probari.

Quidquid sit, haud integrum dare possumus assensum interpretationi, quam Cl. *Wildius* suo assignavit nummo (a), qui nostro similis, licet haud ita sit integer. Affirmat enim, ut de re certâ, *Jotapam*, eo nummo insculptam, Antiochi Commagenorum tertii reguli, filiam esse, Alexandro, Herodis M. pronepoti nuptam *&c.* scilicet haud satis caute suo Nummo eandem adaptat descriptionem, quam *Harduinus* de Nummo dederat à *Sebastenis* cuso, quam vero pluribus *Noris*ius, toties *laudatus* (b), confutaverat.

Duo priores supersunt nummi hîc exponendi; verum id paucis absolvemus; siquidem nihil certi de his affirmare valemus, nisi eos æque inter se differre, in Regum imaginibus, ac ab aliis Nummis quos *Anticcho* IV. assignavimus. Addam tantum forte priore repræsentari *Antiochum* I. qui, cum per plures regnaverit annos, non nisi *senex* obire potuit, qualis in eo nummo facies cernitur. Ita & alter in 2°, senilis itidem, vultus forsan fuerit *Antiochi* III. sub *Tiberio* defuncti, qui & prioris filius potuit esse. Sed de his conjecturas ulterius prosequi non placet; judicent eruditi lectores pro ut lubebit, atque candide nostras excipiant strictura*s*, quas auctiores & forsan emendatiores aliquando dabimus, si quod jam ab aliquot annis molimur, opus, de *Syriæ Antiquitatibus*, edere liceat. Tum & alios, cum CLEOPATRÆ nomine, Nummos à *Commagenis* cusos exhibere poterimus, si nos supremum Numen juverit.

Num. 30. *Numisma eximium, metallo, pondere, pulchritudine, arte, raritate & integritate conspicuum; ex pariss*imo autem est auro, pendetque unciam & monadas 74. *Exstat quidem apud Vaillantium & Haimium depictus, verum hic ex Musæo nostro nescio quid plus vigoris animi ex vultu spirat; præterea id quod* Apollo *sedens dextra tenet, nullo modo sagitta in meo est, ut in reliquis, sed baculus potius, nisi regium sit sceptrum; neque enim retro pinnas habet, & in media parte crassescit. Pertinet vero insigne hoc numisma ad* Syriæ *Regem*, Antiochum III. *cognomento* Magnum; *eundem illum, cujus expeditionem contra Judæam, & clementiam meritaque in victos & dedititios, epistolas itidem in illorum gratiam scriptas, luculenter commemorat* Josephus *Antiq. Jud. Lib.* XII. *Cap.* III. *pag.* 597. *& seqq.*

Num. 31. Raphanæas, Syriæ *urbem, duobus in locis commemorat* Flavius *Lib.* VII. *de Bello Cap.* I. *in fine, seu pag.* 405. *ubi dicit duodecimam* Romanorum *legionem olim apud* Raphanæas *fuisse; atque iterum ibidem Cap.* V. *pag.* 411. *ubi Fluvium Sabbaticum labi ait medium inter* Arcæam, *regni* Agrippæ *urbem, atque* Raphanæas. *Hujus urbis eximium possideo Numisma, primariæ magnitudinis, qualia Medallionum nomine vocant; non modo propter urbem ubi cusum est, verum multo magis propter Augustæ cujus vultum refert, suspiciendum. Exhibet enim ab altera parte caput* Anniæ Aureliæ Faustinæ, *quam* Elagabalus *olim inter alias conjugem sibi adscivit, cujusque mulieris nummos rarissimos esse norunt harum rerum periti. Adscribitur* ΑΝΝΙΑ ΑΥΡΗΛΙΑ ΦΑΥϹΤΕΙΝΑ. *ad humeros, pro more istorum temporum luna crescens conspicitur; quasi ut inter nymphas Diana, sic inter* Romanas *nurus Augusta pulchritudine maxime emineret. Ab altera parte Dianæ multimammiæ est symbolum, verubus suis innixæ, ante quam habitu muliebri stans figura cernitur, dextra hastam tenens, læva vestem ad latus convolutam sustinens. Legitur in circuitu* ΕΠΙ ϹΤΡ. ΚΥΡΙΝΟΥ ΡΑΦΑΝΕΩΤΩΝ *& inferius æra* ΑΟϹ. *sub Stratego* Quirino *a populo* Raphanæarum *urbis. Est vero pulcherrimum & integerrimum Numisma, quod omnino ab omni* νοθείας *suspicione longissime abesse a quovis insp*iciente deprehendi potest; *falliturque idcirco* Virginius Valsechus, *qui in Dissertatione Historico-Chronologica de* M. Aurelii Antonini Elagabali *Tribunitia Potestate quinta, pag.* 68. *&* 74. *dubitat de fide hujus nummi atque typi, eo quod æra* ΑΟϹ. *quæ, juxta* Antiochensem, *annum* ϹϹLXXI. *designat, minus ætati* Elagabali *per omnia conveniat, atque ipse similem aliquem arte confectum noverit; quæ quidem argumenta contra eruditos oculos, veritatis testes, nihil valent.*

Num. 32. ΔΡΟΥϹΟϹ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟϹ ΚΑΙϹΑΡΕϹ ΝΕΟΙ ΘΕΟΙ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΙ. Drusus & Germanicus Cæsaris Novi Dii, Fratrum amantes. *Sedet uterque Princeps; alter simpulum, alter lituum manu gestat. Ab altera parte in corona quercea legitur* ΚΟΙΝΟΥ ΑϹΙΑϹ. Communitatis Asiæ, *& in circuitu* ΕΠΙ ΓΑΙΟΥ ΑϹΙΝΙΟΥ ΠΟΛΛΙΩΝΟϹ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. sub Cajo Asinio Pollione Proconsule. *Vide ad Num.* 2. *Hic vero desumtus est ex Morellii specimine Ed. Secundæ Tab.* XV. *Num.* 4.

Num. 33. Jovis Hellenii *meminit* Josephus *Lib.* XII. *Antiq. Cap.* V. *pag.* 610. *ubi* Samaritæ *omnem cognationem cum* Judæis *abnegantes, ab* Antiocho Syriæ *rege petunt, ut Templum* Garizitanum, *quod nullo adhuc alicujus Dei nomine fuisset decoratum, consecrari vellet* Jovi Hellenio, *quod ipsis, ut qui Græcos mores amplecti viderentur*, Syriæ *quoque rex concessit, ut in fine capitis legitur. Cultus autem hujus* Jovis Hellenii, *seu* ΔΙΟϹ ΕΛΛΑΝΙΟΥ. *ut ex Dorica dialecto Nummi appellant, admodum insignis inter* Græcos Græcorum*que fuit colonos; uti abunde docuimus ad* Philippi Parutæ Siciliam *Numismaticam pag.* 343. *Passim juvenili facie, lauru & nonnunquam spicis coronata, depingitur, & ab altera parte Aquila fulmini insistens cernitur, cui ad latus Astrum adest. Ratio picturæ ejus est, quod a* Jove *& benigno ejus sidere fertilitatem terræ procedere Græci agnoscebant.*

Num. 34. Rhodi *insulæ* Rhodiorum*que plus semel mentionem apud* Josephum *fieri invenias, fuitque semper multum apud veteres nobilitata, & eo quoque nomine felix, quod terræ motu aliisve casibus afflicta maximos Reges certatim beneficos sibi experta fuerit. Ex eo itaque amore gloriæ, quo inpatienter ardebat* Herodes, *atque animi magnitudine singulari,* Ægyptiis *regibus aliisque* Rhodi *cultoribus æquiparari sese voluit, dum urbem* Rhodum, Cassiano *bello afflictam, quamvis inops, & per tempestatem, facta quoque oneris jactura, illuc appulisset, fovit tamen atque ultra vires etiam suas recreavit; uti docemus Lib. Antiq.* XIV. *Cap.* XIV. *pag.* 727. *Pro sua opulentia Græcarumque artium fama, semper urbs hæc pulcherrimos, frequentesque adhuc in omnium cimeliis nummos, cudit. In iis passim Solis cernas radiatum caput, ad mirabilis istius colossi effigiem adumbratum, atque florem, unde urbi pariter atque insulæ nomen. Singularem itaque* Rhodi *nummum produxit* Haymius *in Thes.* Brit. *Tomo* I. *pag.* 138. *in quo a priori parte conspicitur caput virile diadematum, a posteriori Floris solita cum calyce adnato figura, caduceo præterea, litera* P. *quæ Rhodi est initialis, atque nomine* ΑΡΙϹΤΑΚΟϹ. *Docet ibidem literas* ΑΚΟϹ *recenti manu refectos fuisse, priores vero* ΑΡΙϹΤ. *vetustas esse & a prima manu, remanere præterea in reliqua nummi ora lituras aliarum, quæ olim exstiterint literarum. Unde ipse suspicatur legi debere* ΑΡΙϹΤΟΚΡΑΤΗϹ. *Caput itaque refert ad* Aristocratem, Rhodiorum *ducem, cujus meminerit* Suidas, *quemque idem ait ob magnam virtutis exspectationem ad principatum a civibus fuisse evectum, sed opinioni de se conceptæ minime respondisse. Plura contra hanc sententiam proferre possem, sed meam simpliciter proponere malo. Literæ* ΑΡΙϹΤ. *sive* Aristacum, *sive* Aristocra-

(a) Select. Num. T. V. pag. 41, 42.
(b) De Epoch. p. 132. seqq.

cratem, *ſive etiam* Ariſtotelem, Ariſtarchum, Ariſtomachum, *aliudve nomen expreſſerint, ad magiſtratum urbis* Rhodi *referendæ ſunt, prouti paſſim in eorundem* Rhodiorum *nummis magiſtratus nomen, nunquam vero caput, exprimitur. Et ſic apud* Choulium, *ubi de* Apolline *agit in libro de Religione* Romanorum, Ariſtocriti *nomen agnoſcitur, apud* Begerum *Theſ.* Brand. *Tom.* I. *pag.* 412. Ariſtedæ; *apud* Goltzium *Tab.* XXIII. *Num.* X. Ariſtei. *Imo idem* Choulius *alteram nummi cujuſdam* Rhodii *partem profert (nam caput, quod Solis, ob præcedentes nummos fuiſſe videtur, non adeſt) in quo* ΑΡΙΣΤΑΚΟΣ *expreſſe legitur; eſt vero nummi typus ſimillimus noſtro, prout &* Ariſtei *ille* Goltzianus. *Eoſdem autem nummos cum hoc* Haymii *non eſſe, patet ex capite Solis, & quod ex argento ſint; hic vero ſit æreus & caput diadematum exprimat. Quoniam vero in omnibus idem Floris & Caducei typus obſervatur, credo eodem tempore & pari occaſione cuſos hoſce nummos fuiſſe. Caput vero ex diademate, non Principis vel Imperatoris exercitus, ſed Regis eſſe agnoſcitur; atque vel* Apollinis *Regis eſt, vel potuit eſſe* Hieronis Primi, *Syracuſanorum Regis; apparebit enim quædam ſimilitudo, ſi velis* Parutianam *meam inſpicere* Siciliam, *ibique Tab.* CXLVIII. *&* CXLIX. *quærere Num.* 18. 19. 20. *&* 24. *At quid* Hieroni Siculo *cum urbe & inſula* Rhodo? *Dicam. Ex* Rhodo *inſula per majores ſuos* Lindios *ortus fuit hic Hiero, uti demonſtravi in Commentariis* Parutianis *pag.* 344. 354. *&* 1026. *unde & ſymbola urbis* Rhodi *plus ſemel in nummis* Syracuſanis, *ſub eo rege cuſis, apparent, uti docui ibidem. Hinc* Rhodiis *impenſius ſtudens, plurima illis contulit beneficia. Memorabilis hiſtoria exſtat apud* Polybium; *narrat enim is Lib.* V. *pag.* 598. *quomodo poſt terræ motum iſtum, quo miſere afflicta fuerat civitas, & admirabilis ille Coloſſus Solis conciderat, ad omnes Reges Civitateſque legatos* Rhodii *miſerint, tanto cum ſucceſſu, ut ditiſſimi inde evaſerint. Munificentiſſimos inter enumerat* Gelonem *&* Hieronem *fratres, qui præter argenti talenta ſeptuaginta quinque, lebetes argenteos & alia tanta dederint dona, ut illa quoque inſuper ad centum aſſurgerent talenta; & poſt hæc & majora beneficia, quaſi dando beneficium tam præclaræ civitati, ipſi accepiſſent, ſtatuas in eorum Dignate poſuiſſe, Populum videlicet* Rhodiorum *a Populo* Syracuſano *coronatum. Neque miror ſane, ſi & aliis Regibus publice honorem aliquem* Rhodii, *ſapientes ſane viri, & ob prudentiam a* Polybio *laudati habuerint, &* Gelonem Hieronem*que præcipue, in poſterum etiam demereri ſibi ſtuduerint, ejuſque faciem ut Benefici alicujus Numinis (non tamen addito nomine, ne regem liber populus videretur agnoſcere) in ære ſignato publico nomine exſtare voluerint. Hos enim vel ſimiles honores intelligere videtur* Polybius, *dum pag.* 600. *concludit, immerito famam magnanimitatis & ſplendoris ſui temporis Reges captare ex minutis donis, quæ quandoque afflictis dare ſoleant, ob quæ tamen parem benevolentiam atque honorem a* Græcis *ſibi haberi poſtulent, atque antiquis Regibus ab iiſdem haberi eſt ſolitus. Adſpiravit itaque* Herodes *ad antiquam illam* Gelonis, Hieronis, Antiochi, Ptolemæique *in liberalitate* Rhodiis *præſtita gloriam; notatque inſuper Joſephus de Bello Lib.* I. *Cap.* XXI. *eundem Rhodiis ad claſſem parandam inſtruendamque pecunias ſæpe multiſque in locis præbuiſſe.*

Num. 35. *Caput muliebre velatum & turritum. Ab altera parte* Minerva *gradiens dextra Victoriolam ſuſtentat, læva clypeo nititur, cum hac inſcriptione* ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ. *Exhibet nummum hunc* Haymius *Tom.* I. *pag.* 146. *ad Philopatorem autem, ex ſtirpe Regis* Tarcondimoti, *regnantem in Ciliciæ maritimæ parte refert ibidem* Maſſonus. Ciliciæ *vero maritimæ ſæpius mentionem facit Joſephus, præſertim Antiq. Lib* XIII. *Cap.* XIII. *pag.* 671 *ubi quoque regionis ejus urbem Mopſueſtiam (cujus inferius nummum proferemus) nominat. Omnis vero oræ ejus olim* Pompeji *temporibus Rex erat* Tarcondimotus *quidam,* Romanis *fideliſſimus trans* Taurum *ſocius, uti eum laudat* Cicero *ad Famil Lib.* XV. *Ep.* I. *cujus filium ejuſdem nominis* Auguſtus *in regno confirmavit, quemque ſucceſſionem ſuæ poſteritati tradidiſſe aſſerit* Strabo *Lib.* IV. *pag.* 676.

Num. 36. *Caput muliebre velatum; ab altera parte eſt dimidia navis, cum inſcriptione* ΑΓΡΙΠΠΕΩΝ. *Urbs* Agrippias *ſæpius* Joſepho *memoratur, dicta ita ab* Herode, *quum antea Anthedon vocaretur, teſte eodem Lib. de Bello Lib.* I. *Cap.* IV *pag.* 60. *& Cap.* XXI. *pag.* 108. *ubi cum* Raphia *&* Gaza *conjungit; erat enim ſita ad mare viginti circiter ſtadiis a Gaza diſſita. Nomen in* Agrippæ, *qui gener Auguſti fuit, memoriam accepit; ſicuti Sebaſte ab ipſo* Auguſto *vocata fuerat; teſte eodem ibid. Cap.* V. *pag.* 64. *Numeratur inter reſtitutas & frequentatas a* Gabinio, *una cum* Jamnia, Raphia, *aliiſque paullo poſt Cap.* VIII. *pag.* 70. *Eadem fere exſtant Lib. Antiqu* XIII. *Cap.* XIII. *pag.* 670. *Cap.* XV. *pag* 674. *Lib.* XIV. *Cap.* V. *pag.* 691. *& denique Lib.* XV. *Cap.* VII. *pag.* 761.

Num 37. *Caput virile barbatum, cum inſcriptione* ΠΕΡΓΑΜΟC. *Ab altera parte Clavæ cernitur involutus Serpens; ad latus eſt Cornucopiæ; in circuitu legitur* ΕΠΙ CTPA. ΚΛ. ΚΕΦΑΛΙΩΝΟC. *Herois* Pergami *illud caput eſt, nobiliſſimæ in Myſia civitatis* Pergami *conditoris, cujus urbis incolæ, ob Æſculapii gloriam ſymbolum ejuſdem Dei Serpentem baculo involutum, ſeu clavæ, in monetis ſuis referre ſolent. In hac etiam Græca urbe,* Græcorum *amantiſſimus* Herodes *benevolentiæ & ſplendoris ſui monumenta exſtare voluit.* Nonne, *inquit Flavius, de Bello Lib.* I. *Cap.* XXI. *pag.* 109. etiam Athenienſes & Lacedæmonii, Nicopolitani, & in Myſia Pergamus Herodis ſunt plena donariis? *Exſtat vero* Pergami *hic nummulus apud* Haymium *Tomo* I. *pag.* 129.

Num. 38. Herculis *caput ſacra ſibi fronde coronatum; ab altera parte inter duos ſtellatos* Dioſcurorum *pileos ſacra Hydria ſive cantharus ſerpente circumvolutus cernitur, cum inſcriptione* ΜΑΣΑΝΙΣΣΑ... *quod magiſtratus ibidem nomen eſſe videtur. De typo hoc conſuli poteſt* Haymius *Tomo* I. *pag.* 129. Lacedæmonios *autem & alibi ſæpius laudat* Joſephus, *& de cognatione cum* Abramidis *gloriari ſcribit Antiqu. Lib.* XII. *Cap.* IV. *pag.* 606. *ubi* Arii Lacedæmoniorum *Regis Epiſtolam ea de re profert, cujus literas dicit fuiſſe quadratas, ſigillum vero Aquilam Draconem tenentem. Reſponſorias vero Jonathæ, Senatus Judæorum & Communis recitat idem Lib.* XIII. *Cap.* V. *ubi itidem de iſta cognatione agitur. Sed & alii* Lacedæmoniorum *nummi apud eundem* Haymium *& alibi inveniuntur.*

Num. 39. Tarſi, *nobiliſſimæ* Ciliciæ *urbis, meminit* Joſephus *Antiq. Lib.* IX. *Cap.* X. *pag.* 497. *ubi de* Jonæ *Prophetæ fuga agit; ſed & præterea Lib.* I. *Cap.* VI. *pag.* 21. *primos gentium conditores enumerans,* Tharſum *quoque, ex* Japheti, *per* Jovanum *poſteritate,* Cilicibus *originem dediſſe aſſerit, qui ſcilicet olim* Tharſenſes *dicti fuerint ex conditoris nomine; unde metropoli quoque nomen* Tarſo, theta *in ſermone familiari in* tau *mutato. Antiquitatemque hanc ex Hiſtorico noſtro adnotavit* Stephanus Byzantinus *in ſuo de Urbibus libro; quare etiam ad d. l. dubitat Cl.* Relandus *an non* naves Tarſis *in SS. ad* Cilicias *referri poſſint. Non multa hujus urbis ante* Romanorum *Imperatorum tempora cuſa numiſmata exſtant. Elegans tamen hoc eſt, quod damus ex* Begero *Tom.* III. *Theſ.* Brand. *pag.* 66. *in quo videlicet* Jovis *atque* Herculis *ibidem cultus exprimitur; unde ab altera parte ſedentis* Jovis *eſt effigies, dextra victoriolam, læva haſtam tenentis; ab altera parte* Herculis *ſymbolum Clava in populea cernitur corona. Addi debuerant literæ numerales* HNP. *ſed cum non docuerit* Begerus, *quem ſitum in nummi area obtineant, ſufficere*

*** ***

mi-

mihi visum est, id solum monere. Referri possunt ad æram Seleucidarum, *& designare annum ejus* CLXXXVIII. *& victorias* Alexandri *Regis* Syriæ *ab ejusque ducibus reportatas.*

Num. 40. Seleuci *Sexti, vigesimi ex* Seleucidis Syriæ *Regis, interitum describens* Josephus *Lib.* XIII. *Antiq. Cap.* XIII. *ait illum a* Mopsuestienſibus, *a quibus pecunias exigere vellet; una cum regia & amicis fuisse crematum. Erat* Mopsuestia Ciliciæ *urbs, unicumque hujus nummum inveni apud* Begerum *Tom.* III. *Thes.* Brand. *pag.* 67. *in quo ratio etiam nominis ejusdem ipso typo exprimitur. A priori enim parte* Jovis *caput est; posteriore* Mopsi *focus, unde & appellatam ita fuisse civitatem* Stephanus *& alii docuerunt; inscriptio vero* ΜΟΥΣΑΤΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. *docet liberam fuisse & suis legibus usam; quali titulo plures* Antiochenſium *nummi, aliorumque superbiunt. Plura docta ad hunc typum congessit* Begerus; *illas vero notas, quæ in parte inferiori cernuntur, non attigit, quarum alteram monogramma (ut plura talia occurrunt) esse existimo; alteram æram indicare, & quidem* HΓ. *seu* ΡΓ. *ut innuatur cujus nummus anno centesimo tertio æræ* Seleucidarum.

Num. 41. *Caput diadematum* Mithradatis, Ponti*ci istius regis celeberrimi, illam animo insitam ferociam etiamnum sublimi ore spirans. Ab altera parte typus ei Regi solitus est, cerva pascens, cum inscriptione* ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ. *Singulare hoc numisma binis de caussis profero; eo quod doceat nomen hujus Regis* Mithradates, *cujus interitum refert Josephus Antiq. Lib.* III. *Cap.* III. *p.* 688. *& de Bello Lib.* I. *Cap.* VI. *pag.* 66. *non vero* Mithridates *scribi debere; tum, quod unicum hoc, visum quondam a me penes Nobiliss.* H. A. Marckium, *Dom. in* Leure, *fit toto orbe notum, ex auro purissimo atque indubitatæ fidei. Atque hæc in præsenti pro Josepho illustrando Numismata sufficiant.*



JACO-


21. Æs.

22. Æs.

23. Æs.


24. Æs.


25. Æs.

26. Æs.


27. Æs.


28. Æs.

29. Æs.


30. Æ.


31. Æs.

32. Æ.

33. Æs.

34. Æs.

35. Æs.


36. Æs.

37. Æs.

38. Æ.

39. Æs.


40. Æs.


41. Æ.

†JACOBI GRONOVII PRÆFATIO AD DECRETA ROMANA ET ASIATICA.

SI particula hæc debuit eruditiſſimo Joſepho, ſed luxato ſatis, ex hujus Academiæ bibliotheca reſtitui, habeo quod gratuler mihi, qui ad eam potui metari iter & apprehendere. Antiquos ejus ſcriptoris codices neſcio quo fato lacunis refertos eſſe apparuit ſatis ex ipſa Arlenii conqueſtione atque etiam ratione qua is in edendo fuit uſus, ut duos codices compoſuerit, quorum uterque alterius lacunas explere poterat. Ab eo tempore paulatim hîc illic aliquid erutum & productum eſt, ut docta ejus opera exſtarent integriora. Lectus ille mihi primum fuit accuratiſſime, ſed & jucundiſſime, quum Polybio puer admoverer, & in Suidæ fragmentis animadverterem per viros doctos aliqua iſti ſcriptori attribui, quæ erant Joſephi, prout mirabiliter & ſtyli modus & mentis placita in Joſepho & Polybio conveniunt, quæ tamen diſcerni oportet. In eo quiſquis legit libri XIV caput XVII, facile ille deprehendit circa finem aut quædam ibi excidiſſe, aut aliquid male poſitum eſſe, quum ſcribat pag. 485. παραθήσομαι δὲ τὰ γινόμενα ὑπό τε τῆς συγκλήτου δόγματα καὶ Ἰουλίου Καίσαρος, *apponam etiam facta ſenatuſconſulta & decreta Julii Cæſaris.* Attamen omnia vicina quæ ſequuntur, ſunt Julii Cæſaris; & mox eo occiſo M. Antonius & P. Dolabella præponuntur SCto, cui nec caput nec pes adeſt; mox adnectitur L. Lentulus quaſi ille poſt Dolabellam fuerit. Et ſic tum jactat multa etiam eſſe alia talia ab ſenatu aut Imperatoribus δόγματα aut ab urbibus ψηφίσματα & γεγράμματα, quorum nulla oſtendit in illis quæ vel antecedunt vel ſubjiciuntur; nempe quia forſan bene doctus librarius, ſed operæ fugiens, aut horrens ad turbam nominum, corripuit ſeriem narrantis late & exſpatiantis in hoc capite Joſephi; & quum per mentionem decreti ab Lentulo facti de Judæis in urbe Epheſo eſſet data auctori occaſio adnectendi alia decreta de Judæis apud Delios, Sardianos, Coos, Laodicenſes, Mileſios, Pergamenos, univerſa iſta immerito & inique ſunt faſtidita.

Hæc quum ægre ferrem & magno omnium ſilentio dolerem ita putidam & hiantem offenſam in tanto ſcriptore non commovere viros doctos ad remedium quacunque concurſatione petendum, denique etiam potui in ſermonibus cum fortuna de tanto flagitio queri, quoniam res non erat amplius obſcura aut ignorata. Quippe deploraverat jam palam Iſaacus Voſſius anno præcedentis ſæculi LXXII in ſcripto de Sibyllinis oraculis cap. 8. in hæc verba, quæ recognoſcas licet. [*Judæos autem magno iſtoc tempore numero habitaſſe in pleriſque fere Aſiæ urbibus, patet ex beneficiis a Populo Romano collatis, quorum exempla ex Joſepho alias dabimus. Neſcio enim qua ratione factum ſit, ut pleraque illa decreta abſint ab editis Joſephi exemplaribus, cum & in ſcriptis libris & in verſione exſtent antiqua, licet admodum mutila.*] Immo mox anno LXXXIV in Obſervationibus ad Catullum pag. 313 prolaturus decretum, quod exſtat pag. 21, hæc præmittit: [*Verum ut liquidius innoteſcat, quantopere olim Judæis familiares fuerint orationes in maris litore, adſcribam decretum Halicarnaſſeorum, quo Judæis licentia a Romanis conceditur, ut ritu patrio preces fundant litorales.*] Quo adſcripto dein pag. 314 addit: [*Integrum adſcripſi ψήφισμα, quoniam & hoc æque ac reliqua decreta, quorum mentionem facit Joſephus, abſunt a vulgatis hujus ſcriptoris exemplaribus.*] Quæ tam patulæ & conſpicuæ & publice utiles viri docti ejulationes non ſunt certe ejus generis, ut ſperni mereantur aut inter notitias Joſephi non recenſeri, quas tot cernimus ſane inanes & nihil utiles colligi. Joſephus utique præ debilitate hac mancus pergit hærere in eodem luto, etſi poſt id tempus de eo ſæpe ſit itum in conſilium. Sed etiam ſummopere ſtupeo, cur ipſe Voſſius, qui etiam adſcripſit in margine *hæc abſunt ab editis*, hoc ſtudiorum Græcorum & eorum hiſtoriæ ſupplementum, hoc nobile ſolennitatis in talibus decretorum formulis ſpecimen, hoc peculiare facti perquam memorabilis documentum & per quos & qua via id impetrari potuerit, indicium, evulgandi non obiverit ipſe decus, præſertim quum per tot annos bene ſyngrapha velut ſua ſe adſtrinxerit ac ſciverit ſe pollicitationi ſuæ inhærere. Sed obſtitit credo illi eadem cauſa, quam remoratam opinor fuiſſe etiam priores exemplaris illius poſſeſſores, quorum unus adſcribitur Wilhelm Nooms: quod etiam exemplar cujus chirographi ſit, ſane non probatiſſimi, patet ex varietate vel magis pravitate lectionum, quam ideo partim contextui ſubjeci, partim in notis memoravi. Nec aliud obſtitiſſe crediderim aliis editoribus ab producendo, ſicut forſan & librarios ſcribas deterrere potuit, quo minus ea ſuis locis collocarent ac bene depingerent, ut nunc forſan in multis etiam vetuſtis codicibus

† Quoniam inter reliquas Præfationes hæc neglecta fuerat, hoc in loco apponi curavimus.

cibus fruſtra quærantur. Erat magna hallucinatio in auctoritate præfixa vel ſenatus conſulto ſub Dolabella & Antonio, vel Lentuli decreto ſic repetito, ut pateat ſcribam invitum illa exaraviſſe. Ignorata norma fuit præfationum in SCtis & edictis, unde illa ſunt & in editionibus ita jejune contracta, & hîc tantopere involuta, ut bene vix queant expediri & purgari. Præſertim magna erat confuſio nominum propriorum, quum minus attenderetur in his Romana conſuetudo. His quum Romani adſueverint immiſcere tribum, ſed perpetua apoſiopeſi indicatam, os Græcum poſterioris temporis nequivit id recte percipere & hinc quoque in hac parte non vitioſe agere. In quo tamen omnem iram adverſus ſcribas deprecatur immenſa abſurditas Jo. Harduini, qui quum in Nummis Illuſtratis pag. 164 citaviſſet inſcriptionem ab Jac. Sponio publicatam, in qua occurrit *C. Sextilius P. F. Vot.* quam citavi pag. 35, velut rem inauditam & maximi momenti agens poſteriores literas explicat *Voturia*, & hinc tum tribum Voturiam, tum acumen ſuum in Plinii *Galeria* libro VII. ſect. L. reſtituta & Romana conſuetudine illuſtrata ex Aſconio Pediano jactans claudit [Vide in Plinianis notis & emendationibus ad lib. VII num. CXXXIX] ubi tamen nihil niſi hoc ipſum quoque reperies & rixam cum imperitis editoribus, qui eam vocem maſculino more ac ſono deformarint, ignari ſcilicet tribuum nomina ſolita ſic efferri. At, o bone, præſtitiſſet attuliſſe notam Pauli Manucii ad Ciceronem lib. VIII. famil. epiſt. 8. hanc, ubi agit de tribubus. [Galeria. Liv. lib. 27. Plinius lib. 7. cap. 49. etſi pro Galeria legitur Galerius. Sed corrigendus locus eſt ex antiquo libro avunculi mei Franciſci Aſulani.] Neque iſta verba latent in magno notarum corpore vix animadvertenda: immo illa ipſa ſolent adnecti Antiquitatibus Romanis Roſini, ut quibuſcunque adoleſcentibus exhibeantur. Cur igitur chartam ſic maculat & ſibi placere conatur? Sed vides hinc, quam poſſit conturbare homines nominum ratio. Non ideo tamen ſic contineri manum oportebat, aut adeo præclaram nitentis clavi purpuram ex veſte Judaica aboleri. Niſi fallor, unum hoc eſt monumentum, unde diſcimus, quomodo ab Imperatoribus SCta in provinciis ſolerent exſecutioni mandari, nempe ut in urbes, quas proponebant, ea mitterent addito mandato ſuo quod tacitas continebat minas, ni parerent. Itaque rurſus inſuere tentavi; fortunam præſtabit tempus. Vale, qui legis, & quod pag. 110 verſ. 29 excidit poſt vocem *omittente*, *ſed Dione apud Xiphilinum illic productum uſurpante*, appone.

DE-

DEDICATIO EDITIONIS HUDSONIANÆ.

VIRO LONGE NOBILISSIMO
JACOBO BRUGES
DUCI de CHANDOS
MARCHIONI & COMITI
DE CARNARVON,
ET
BARONI CHANDOS
DE SUDELEY.

CUM post multorum annorum laborem improbum, & magnos *sumptus Josepho* impensos, pæne languerem, Tu solus, Vir illustrissime, benignitate Tua me labantem excitasti, & munificentia Tua effeciſti, ut Operi tam difficili & laborioso par essem perficiundo. quapropter si quid fructus aut emolumenti ex meis Vigiliis capiat Respublica Literaria (capiet autem, uti spero, nonnihil) id omne Tibi acceptum referri debere palam aperteque profiteor. Josephum igitur meum Patrocinio Tuo demisse & humiliter commendo, quem accipias rogo, ut grati animi & observantiæ in Te meæ Testem perpetuum & monumentum futurum. Quod superest, Deum Optimum Maximum enixe precor, ut Te, Vir Nobilissime, Literis & Literatis præsidium certissimum, diutissime servet incolumem.

Tui

&

Dignitatis

Tuæ

Studiosissimus.

JOANNES HUDSON.

PRÆFATIO EDITIONIS HUDSONIANÆ.

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

ANTONIUS HALLIUS.

COGITANTI *mihi ſæpenumero de Fatis Veterum Scriptorum, mirum omnino videri ſolet, neminem inter Eruditos extitiſſe, qui id Joſepho præſtaret, quod aliquammulti Auctoribus Joſepho multo viliaribus jamdudum præſtiterunt. Et neſcio ſane an rei difficultas quoſdam ab hoc opere aggrediundo abſterruerit;* [1] *nonnullis certe mors ipſa impedimento fuerit, quo minus opus aggreſſum laudabiliter conficerent. Utcunque autem hæc ſe res habeat, id felicitatis uni demum contigit Hudſono, viro in Litteris peritiſſimo, ut rem diutiſſime deſideratam fortunate abſolveret. Et dolendum equidem eſt, virum doctiſſimum prius mortem obiiſſe, quam merita ſua in Joſephum Ipſe Lectoribus ſuis commonſtraſſet. Hoc tamen poſſum pro certo affirmare, Me ſæpius ex ipſo audiviſſe, illi non animum fuiſſe, ut Prolegomena longa ad Joſephum conderet, ſed Præfatiunculam duntaxat, quid ab eo in ſua Joſephi Editione præſtitum fuerat expoſituram. illud alterum pridem factum fuiſſe optime cognoverat a nobili Eruditorum Pari, Thoma Ittigio in Prolegomenis Joſepho Lipſienſi præmiſſis, & Joanne Alberto Fabricio in* [2] *Bibliotheca Græca, Opere in ſuo genere eximio:*

Ad quartum uſque Indicem, qui eſt Scriptorum a Joſepho laudatorum, Operæ proceſſerant Typographicæ, cum Hudſonus noſter, paulo poſt moriturus, me accerſens, Joſephum ſuum mihi in manus tradidit: rogavitque, ut ſi quæ reſtarent peragenda ipſe perficerem. annui libentiſſime, ne aut juſto ejus deſiderio, aut neceſſitudini, quæ per plures annos inter nos interceſſerat, deeſſe aliquatenus viderer.

Hudſono ad manus erant omnes Veterum Joſephi Interpretum & Textus Græci Editiones. Codices MSS. itidem fere omnes vel ipſe oculis luſtraverat, vel Lectiones ex iis ab aliis collectas poſſidebat. Criticorum etiam ſcrinia poſt Litteras inſtauratas præſtantiſſimorum diligenter excuſſerat, & ſi quod lucis inde ad Joſephum ſuum illuſtrandum hauriri potuerat id omne in Notas ſuas tranſtulerat. quas qui ſtudioſe perlegerit, facile judicabit quanti Joſephus Hudſono noſtro conſtitit: nihil eſſe litterarum deprehendet ſive veteris ſive recentioris ævi, nihil Librorum ſive ſacri ſive profani argumenti, ad quod ille animum oculoſque non converterat.

Ex Libris Scriptis, quorum Lectiones ob oculos habuit, Busbequianus videtur eſſe reliquis brevior, & non omnino abſimilis illi Epitome Antiquitatum, quam adhibuiſſe ſe teſtatur Arnoldus Peraxylus in procuranda Editione Baſileenſi; aut Epitome MS. Librorum de Bello, qua, a L. Capello mutuo accepta, in condendis Annalibus ſuis Jacobus [3] *Uſſerius ſe uſum fuiſſe profitetur. Eſt autem Codex A. Busbequii, qui in Bibliotheca Cæſarea ſervatur; optimæ notæ; ut & alius etiam J. Sambuci, in eadem Bibliotheca repoſitus.*

Inter Schedas J. A. * *Boſii cæteris præſtare videntur Lectiones e Codicibus Tho. Reineſii, viri ſummi, exſcriptæ; & Caſparis Barthii, celeberrimi Polyhiſtoris, ad* [4] *veterem Joſephi Interpretum, poſt Teſtimonia declimus recuſum.*

3 Vide ejus Epiſt. ad Arn. Boot.

* Quem limam Joſephi appellare ſolebat doctiſſ. Bernardus.

4 Colon. 1524. Fol.

1 Inter quos eminent J. A. Boſius, Stephanus Monachius, Edvardus Bernhardus, Jacobus Gronovius, Godefridus Olearius, & Hadrianus Relandus.

2 Lib. IV. c. 6. quod quidem caput, in gratiam Lecto-

Interpretem [1] *Notulæ. S. Petiti Conjecturæ, in Bibliotheca Bodleiana reconditæ, minus faciendæ; utpote nimium plus tribuentis Rabbinis, Magistellis istis, qui Antiquitates Judaicas primi omnium corruperunt. Sed Syllabum Codicum, per quos profecerit Hudsonus, ab ipso profectum, infra excusum exhibebimus.*

*Textum Josephi diligentissime recognovit, & ad Codices correxit; Errores Typographicos, qui in priores Editiones irrepserant, studiose sustulit; nonnullos tamen aut ipse reliquit, aut fortasse etiam admisit, quos nihilominus omnes, quanta fieri potuit cura, * ad finem Operis emendatos reperies.*

Josephus Scaliger, recentiorum doctissimus, veterem Flavii Interpretem imperitissimum appellat; neque Sigismundus Gelenius, vir alioquin laude sua minime fraudandus, qui emendare & ad Græca Josephi refingere veterem illam Versionem conatus est, hac in parte, Eruditis satisfecit. Hinc novus Hudsono labor surgebat; nova Versione ab ipso donandus erat Josephus; quam tam pure tamque Latine elaboratam nobis dedit, ut cum Scriptis hujus generis præstantissimis merito conferri posse videatur.

Neque dubium esse potest, quin multi amicorum multa illi subsidia ad Josephum illustrandum subministrarent. Copiam Editionis Basileensis, manu Is. Casauboni passim notatæ, Principi debuit Criticorum Richardo Bentleio; Varietatem Lectionis è Codice quodam Regis Galliarum Michaeli Lequienio, Dominicanorum doctissimo; Observationes quasdam egregias viro eruditissimo Richardo Ibbetsono, discipulo olim suo, cujus conjecturas semper exosculatus est; Annotata illustris E. Spanhemii Cl. Jablonskio. neque prætereundus est Guilielmus Lowthius, Præbendarius Wintoniensis dignissimus, cui tantum debuit quantum familiarium nemini. Alia fortasse aliis.

De Josepho sic fere censuit Hudsonus: Scriptorem fuisse eloquentissimum, & veri studiosissimum; sectatorem in nonnullis Dogmatum S. Joannis Baptistæ, ac proinde Testimonia de Iesu Christo *& Jacobo Justo genuina esse; errores quos illi nonnulli eruditorum impingunt Librariorum potius esse quam ipsius Josephi; non esse Auctorem Maccabaici, ut neque Tractatus de Universo, qui sub ejus nomine etiamnum alicubi exstat.*

Quid autem censendum sit de ipso Hudsono, Ego quam potero brevissime expediam. Natus erat [2] *Widopiæ prope Cockermutham in Agro Cumbrensi paulo post instauratam apud Britannos Monarchiam. Grammaticen in vicinia didicit ab Hieronymo* [3] *Hechstettero. Juvenis admodum Oxonium* [4] *missus, in Collegio Reginensi sub Tutela Thomæ Crosthwaitii, viri varia doctrina & humanitate in exteros ea tempestate celebris, Philosophiæ operam dedit; quam ita coluit, ut Litteras interim Humaniores nunquam neglexerit. illas enim per totum vitæ spatium mirifice dilexit, & tantos in iis progressus fecit, quantos nemo fere suorum æqualium, etsi vixerat in Collegio Litteratorum semper feracissimo. Non multo post quam gradum in Artibus Magistralem* [5] *susceperat, ad Collegium Universitatis commigravit. ubi electus in Socium, per multos annos officio Tutoris functus, Adolescentes ad Philosophiam & bonas litteras instituebat. Dum hæc solita diligentia curaret, Thomæ Hydeo, Linguarum pæne omnium perito, in Præfectura Bibliothecæ Bodleianæ ab Academia* [6] *sufficitur. quem quidem provinciam ad mortem usque summa cum laude administravit. Principalitatem postea Aulæ Beatæ Mariæ Virginis ab honoratissimo Academiæ Cancellario* [7] *obtinuit, rogatu Viri maxime famigerati Joannis Radcliffii, Medicorum omnium sui sæculi facile Principis. Edidit* [8] *Vellejum Paterculum,* [9] *Thucydidem,* [10] *Dionysium Halicarnassæum, Geographiæ veteris* [11] *Scriptores Græcos minores,* [12] *Longinum,* [13] *Mœridem Atticistam, &* [14] *Æsopum. Lactantium prelo paratum habuit; sed quid de eo factum sit, juxta cum ignarissimis scio. Alia minutiora sciens prætereo. Tandem anno* MDCCXIX. *die* [15] *27. Novembris, post diutinum languorem, magno litterarum damno, hydrope extinctus est. Uxorem duxit Margaretam, filiam D. Roberti Har-*

1 Ex manu Christiani Daumii.
* Suo loco ubique in Nova hac Editione sublatos aut correctos invenies.
2 Vulgo Wedehop.
3 Coll. Regin. Oxon. quondam Socio.
4 Anno 1676.
5 1684.
6 Anno 1701. mense Julio.
7 Anno 1712.
8 Oxon. 1693. 8°. & postea 1711.
9 Ibid. 1696. G. L. cum Scholiis, Fol.
10. G. L. cum Notis 2 Voll. Fol.
11. Quattuor Voll. in 8°. 1698, 1703, 1712.
12. Oxon. 1708. & 1718. 8°.
13. Ibid. 1711.
14. Oxon. 1718. 8°. cum nova Versione, & magna Fabularum accessione.
15. Hora 6 A. M. Ætatis circiter 57.

Harriſon Equitis Aurati; ex qua progenuit filiolam unicam, nomine itidem Margaretam, puellulam novem annorum, forma atque indole eximiam.

Viris eruditis ſuæ ætatis omnibus innotuit. hinc ipſi natæ doctorum amicitiæ, & cum multis litterarum etiam commercia. Tales erant in Italia Ludovicus Antonius Muratorius, Joannes Maria Salvinius, & vir illuſtris Franciſcus Blanchinius; In Gallia Joannes Boivinius, Ludolphus Kuſterus, & cujus amicitiam magni ſemper fecit Michael [1] Lequienius; In Germania Godefridus Olearius, Joannes Burchardus Menckenius, Joannes Chriſtophorus Wolfius, Henricus Ludovicus Schurtzfleiſchius, Joannes Georgius Eccardus, & quem præ cæteris coluit Joannes Albertus Fabricius; In Suecia Ericus Benzelius, a quo Philonem Judæum propediem exſpectamus; In Dania vir nobiliſſimus Fridericus Roſtgardus; In Belgio Jacobus Perizonius, Hadrianus Relandus, &, paulo ante obitum, Joannes Clericus. Notiores ſunt Angli, quam ut mea egeant nomenclatione.

Erat probitate antiqua, facie decora, ſtatura mediocri, valetudine firmiſſima, quam tamen ſtudiis & vigiliis nunquam intermiſſis penitus tandem labefactavit. Hæc habui impræſentiarum dicenda de Joanne Hudſono, viro doctiſſimo, & mei, dum viveret, amantiſſimo.

1 Damaſceni Editor.

Scribebam in Coll. *Regin.* OXON.
VI. Non. Maji MDCCXX.

VE:

VETERUM TESTIMONIA DE JOSEPHO, EJUSQUE SCRIPTIS.

SÆCULO II. à CHR. N.

I. *Suetonius Tranquillus in Veſpaſiano, c. 5.*

APUD Judæam Carmeli Dei oraculum conſulentem, ita confirmavere ſortes, ut quicquid cogitaret, volveretque animo quamlibet magnum, id eſſe proventurum, pollicerentur. Et unus ex nobilibus captivis *Joſephus*, cum conjiceretur in vincula, conſtantiſſime aſſeveravit fore, ut ab eodem brevi ſolveretur, verum jam Imperatore.

II. *Juſtinus Martyr in Orat. Cohort. ad Græcos, p. 10. Edit. Pariſ.*

Επὶ δὲ καὶ σοφώτατοι, φίλων τε καὶ Ιώσηπος, οἱ τὰ καθ' Ιουδαίους ἱστορήσαντες, ὡς σφόδρα ἀρχαίων καὶ παλαιῶν τῶν Ιουδαίων ἄρχοντος Μωϋσέως μεμνῆσθαι. ὁ γὰρ Ιώσηπος, τὸ ἀρχαῖον καὶ τὸ παλαιὸν τῆς ἱστορίας καὶ ἀληθὲς τῆς ἐπιγραφῆς τῶν βιβλίων σημαίνων βουλόμενος, ἀρχόμενος τῆς ἱστορίας ἔτω γέγραφε· ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ· τὸ παλαιὸν τῆς ἱστορίας Αρχαιολογίαν ὀνομάζων.

Quin & ſapientiſſimi illi Philo & *Joſephus*, qui res Judaïcas ſcripſerunt, ut admodum vetuſti & antiqui Judæorum principis Moyſis faciunt mentionem. Ipſe certe *Joſephus*, vetuſtatem rerum per ipſorum librorum inſcriptionem ſignificare volens, hiſtoriam exorſus ita ſcripſit; FLAVII JOSEPHI ANTIQUITATUM JUDAICARUM LIBRI: vetuſtatem hiſtoriæ Antiquitatum nomine deſignans.

III. *Idem iterum, pag. 11.*

Ταῦτα, ὦ ἄνδρες Ελληνες, οἱ ἔξωθεν τῆς ἡμετέρας θεοσεβείας καὶ τῆς ἀρχαιότητος Μωϋσέως ἱστορικῶς γεγράφασι· καὶ ταῦτα πάντα παρ' Αἰγυπτίων ἱερέων μεμαθηκέναι φήσαντες, παρ' οἷς οὐκ ἐτύχθη Μωϋσῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ παῖς ὢν τῆς Αἰγυπτίων παιδεύσεως μετασχεῖν ἠξιώθη, διὰ τὸ ὑπὸ θυγατρὸς βασιλέως εἰς παῖδος χώραν ἀγθῆναι· καὶ διὰ τὴν περιηρημένην περίφασιν πολλῆς ἠξιῶσθαι παιδείας, ὡς ἱστοροῦσιν οἱ σοφώτατοι τῶν ἱστοριογράφων, οἱ καὶ τὸν βίον αὐτοῦ καὶ τὰς πράξεις καὶ τὸ ἔθνος ἀξίωμα ἀναγράψασθαι σπουδάσαντες, φίλων τε καὶ Ιώσηπος. ἔτι γοῦν, τὰς Ιουδαίων ἱστοροῦντες πράξεις, ἀπὸ μὲν τῶν Χαλδαίων ἔθνους τὸν Μωϋσέα γεγονέναι φασί· τὸν δὲ πρόγονον αὐτοῦ διὰ λιμοῦ πρόφασιν ἀπὸ τῆς Φοινίκης ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον μεταναστεύσαι, ἐκεῖ τε ἄνδρα γενέσθαι φασίν· ὃν δι' ὑπερβάλλουσαν ἀρετὴν ὁ Θεὸς τιμῆσαι οὐδεμιᾷ, καὶ ἀρχὴν καὶ στρατηγὸν καὶ νομοθέτην γενέσθαι τοῦ ἑαυτοῦ ἔθνους ἠξίωσεν, ὁπλίσαντα ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου τὸ τῶν Εβραίων πλῆθος· ἐπὶ τὴν οἰκείαν χώραν ἐπανελθεῖν ἐδικαίωσε.

Hæc ſunt, viri Græci, quæ de Moſis vetuſtate externi & à religione noſtra alieni homines, hiſtorias ſcribentes, tradiderunt: omnia iſta ſe ab Ægyptiis ſacerdotibus accepiſſe profeſſi; apud quos non natus ſolum, ſed etiam qui omni Ægyptiorum diſciplina imbueretur, dignus habitus eſt, propterea quod a Regis filia in filii locum fuerit adoptatus. Propter quam itidem cauſam magno eſt eductus ſtudio, quemadmodum in literas retulerunt ſapientiſſimi hiſtoriographi, qui de vita ejus & rebus geſtis generiſque ſplendore ſcribendi provinciam ſibi ſumpſere, Philon & *Joſephus*. Hi ſiquidem, Judæorum res geſtas memoriæ mandantes, à Chaldæis Moſen originem traxiſſe ſcribunt. Majores quippe ejus per famis cauſam è Phœnicia in Ægyptum tranſiiſſe, atque ibi virum eum genitum memorant: quem Deus ob præſtantem ipſius virtutem honore auctum, Principem, Imperatorem, & Legsſlatorem genti ſuæ præpoſuit, cum ex Ægypto Hebræorum multitudinem in regionem ſuam reverti, juſtum & æquum eſſe duxit.

IV. *Idem rurſus, pag. 14.*

Ταῦτα οὐ μῦθος ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ελληνες, οὐδὲ πεπλασμένας ἱστορίας ἀπαγγέλλομεν· ἀλλ' αὐτοὶ, ἐν τῇ Αλεξανδρείᾳ γενόμενοι, καὶ τὰ ἴχνη τῶν οἰκίσκων ἐν τῷ Φάρῳ ἐωρακότες ἔτι σωζόμενα, καὶ ἀκούσαντες παρὰ τῶν ἐκεῖ οἰκούντων τὰ πάτρια παρειληφότων, ἀκηκόαμεν, ταῦτα ἐπαγγέλλομεν· ἃ καὶ παρ' ἑτέρων ἔξεστιν ὑμῖν μανθάνειν, καὶ μάλιστα παρ' αὐτῶν τῶν ταῦτα ἱστορησάντων, σοφῶν καὶ δοκίμων ἀνδρῶν, Φίλωνός τε καὶ Ιωσήπου, καὶ ἑτέρων πλειόνων.

Hæc vobis, viri Græci, non ut fabulam, neque ut confictam hiſtoriam, renunciamus: ſed qui ipſi Alexandriæ fuerimus, & veſtigia domuncularum apud Pharum adhuc reliqua viderimus; & ab incolis, qui res patrias à majoribus per manus ſibi traditas acceperunt, audierimus, commemoramus: quæ ex aliis quoque (aliqua ex parte) intelligere poteſtis, & potiſſimum ex eis qui iſta ſcriptis ſuis inſeruerunt, ſapientibus & ſpectatis viris, Philone & *Joſepho*, & pluribus aliis.

V. *Idem*

V. *Idem (vel Auctor incertus) in Quæst. & Respons. ad Orthodox. p. 462.*

Si ignorantia, quæ præter voluntatem provenit, veniam secum affert, sicuti nos Scriptura docet, quomodo qui olim exstitere Judæi, & Christum per ignorantiam supplicio crucis affecere, plurimis & intolerandis affecti sunt calamitatibus, sicut in libris *de Excidio* eorum docet *Josephus*?

Εἰ συγγώμλω ἡ ἀκούσιος ἐφέλκεται ἄγνοια, καθὼς ἀπὸ τ γραφῆς διδασκόμεθα, πῶς οἱ μὲν πάλαι Ιουδαῖοι, τ χριστὸν ἐξ ἀγνοίας σταυρώσαντες, πολιορκίαις καὶ ἀνυποίστοις δεινοῖς ἐπιερέθησαν, ὡς ἐν τοῖς περὶ τ Αλώσεως λόγοις μαρτυρεῖ ὁ Ιώσηπος;

VI. *Irenæus, in Fragmento è Cod. Bibliothecæ Vindobonensis, p. 472. Edit. Oxon.*

Josephus ait, quod, quando in regali aula educabatur Moses, dux exercitus contra Æthiopes electus, & victor evadens, filiam Regis ejus uxorem duxerit: siquidem ex amore, quo ipsum prosequuta est, civitatem ei tradiderat.

Ιώσηπος φησιν, ὅτι, ἔτι παῖδα ὄντα ἐν βασιλείοις ἐπιφέρειν Μωϋσῆν, στρατηγὸν χειροτονηθέντα κατ᾽ τ Αἰθιόπων, καὶ νικήσαντα, ἠγάγετο τ τ βασιλέως ἐκείνου θυγατέρα· ἐπείπερ πεθεῖσα τῷ πρὸς αὐτὸν προδίδωσιν αὐτῷ τὴν πόλιν.

VII. *Theophilus ad Autolycum, lib. 3. p. 257. Edit. Oxon.*

Quod autem attinet ad Phœnicum & Ægyptiorum testimonium, sicuti scripsere de temporibus quæ ad nos spectant, Manetho quidem Ægyptius, & Menander Ephesius, necnon *Josippus*, qui contexuit *Historiam Belli Judaïci* cum Romanis gesti, ita & ista nobis sufficere in præsentiarum reor.

Τῆς μὲν οὖν Φοινίκων καὶ Αἰγυπτίων μαρτυρίας, ὡς ἱστόρησαν περὶ τ καθ᾽ ἡμᾶς χρόνων οἱ συγγεγράφαντες [a] Μανεθὼν ὁ Αἰγύπτιος, καὶ ὁ Μένανδρος ὁ Ἐφέσιος, ἔτι δὲ καὶ Ιώσιππος, ὁ ἀναγεγράφας τ Ιουδαϊκὸν πόλεμον, τ γενόμενον αὐτοῖς κατὰ Ρωμαίων, ἀρκετῶς ἔτω ἡμῖν τὰ εἰρημένα.

VIII. [b] *Clemens Alexandrinus in Stromatum lib. 1. p. 341. Edit. Paris.*

Flavius autem *Josephus* Judæus, qui Judaïcas composuit historias, colligens tempora, ait, à Mose usque ad David esse annos DLXXXV. à David usque ad secundum annum Vespasiani MCLXXIX. deinde ab eo usque ad decimum annum Antonini annos LXXVII. ita ut à Mose usque ad decimum annum Antonini sint omnes anni MDCCCCXXXIII.

Φλαούιος δὲ Ιώσηπος, ὁ Ιουδαῖος, ὁ τὰς Ιουδαϊκὰς συντάξας ἱστορίας, καταλαγὼν τοὺς χρόνους, φησὶν, ἀπὸ Μωσέως ἕως Δαβὶδ ἔτη γίνεσθαι φησί· ἀπὸ δὲ Δαβὶδ ἕως Οὐεσπασιανοῦ δευτέρου ἔτους, [ἔτη] σκοθ. εἶτα ἀπὸ τούτου μέχρι Αντωνίνου δεκάτου ἔτους, ἔτη οζ. ὡς εἶναι ἀπὸ Μωσέως ἄχρι τοῦ δεκάτου ἔτους Αντωνίνου πάντα ἔτη ,αωλγ.

IX. *Tertullianus in Apologetico adversus Gentes, p. 19. Edit. Paris.*

Judæus *Josephus* Antiquitatum Judaïcarum vernaculus vindex.

SÆCULO III.

X. *Dion Cassius Histor. Rom. lib. 66. p. 745. Edit. Hanov. Vide infra in Joannes Xiphilinus.*

XI. *Minucius Felix, p. 36. Edit. Oxon.*

Scripta eorum relege, vel si Romanis magis gaudeas, ut transeamus veteres, *Flavii Josephi*, vel Antonii Juliani, de Judæis require.

XII. *Origines in Commentariis ad Matthæum, p. 223. Edit. Rothom.*

Usque adeo autem Jacobus hic Justitia sua apud populum celeber fuit, ut *Flavius Josephus*, qui XX. libris *Judaïcam Antiquitatem* conscripsit, rationem reddere volens, quare talia perpessus fuerit populus, ut Templum etiam dirutum fuerit, dicat hæc illis ira Dei contigisse, propter ea quæ adversus Jacobum, fratrem Iesu, qui Christus dicitur, perpetraverunt. Ac mirabile quidem illud est, cum Iesum verum esse Christum non crediderit, eum tamen tantam Jacobo justitiam testimonio suo tribuisse; dicit autem existimasse etiam populum, se hæc Jacobi causa sustinuisse.

Επὶ τοσοῦτον ἦ διέλαμψεν ἔτι ὁ Ιάκωβος ἐν τῷ λαῷ ἀπὸ δικαιοσύνη, ὡς Φλάβιον Ιώσηπον, ἀναγράψαντα ἐν ἔσχατοις βιβλίοις τ Ιουδαϊκῶν Αρχαιολογίαν, τ αἰτίαν ἀπολογήσασθαι βουλόμενον ἦ τὰ τοιαῦτα πεπονθέναι τ λαὸν, ὡς κ τ ναὸν κατασκαφῆναι, εἰρηκέναι, κ μηνιν Θεοῦ ταῦτα αὐτοῖς ἀπηντηκέναι, [c] ἅτε τὰ εἰς Ιάκωβον, τ ἀδελφὸν Ιησοῦ, ἦ λεγομένου Χριστοῦ, ὑπ᾽ αὐτῶν πεπολεμημένα. κ τὸ θαυμαστόν ἐστιν, ὅτι, τ Ιησοῦν ἡμῶν [d] ἦ καταδεξάμενος εἶναι Χριστὸν, [e] ὅδεν ἧττον Ιακώβῳ δικαιοσύνῃ ἐμαρτύρησε τοσούτῳ· λέγε ἦ ὅτι κ ὁ λαὸς τοῦτο [f] ἐνόμιζε ἅτε τ Ιάκωβον πεπονθέναι.

XIII. *Idem contra Celsum, l. 1. p. 14. Edit. Cant.*

Licet enim volentibus legere duos libros *Flavii Josephi* de *Judæorum Antiquitate*, ubi longam Scriptorum seriem citat in gentis ejus antiquitatis testimonium.

Δυνατὸν γὰρ τ βουλόμενον ἀναγνῶναι τὰ γεγραμμένα φλαβίῳ Ιωσήπῳ περὶ τ τ Ιουδαίων ἀρχαιότητος ἐν δυσὶ· ὅπου καὶ πλείω συναγωγὴν συγγραφέων φέρει μαρτυρουντων τῇ Ιουδαίων ἀρχαιότητι.

XIV. *Idem*

a In *Suidæ Codd. Μάνεθως.* al. *Μανεθών.*

b Idem *Clemens* Strom. 5. meminit ἦ συναξαμένου τινὸ τ Μακκαβαϊκῶν ἐπιτομέως. Vide *Huet.* D. E. p. 464. Edit. 8.

c Vide *Euseb.* Hist. Eccles. lib. 2. c. 23. p. 65. & *Syncellum* p. 339.

d Vide *Martini* Dissert. de Loco *Josephi*, p. 249.

e Vide doctiss. *Huet.* D. E. p. 32.

f Hac de re plura mox infra.

TESTIMONIA.

XIV. *Idem iterum, p. 35.*

Εν γὰρ τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς Ιουδαϊκῆς Αρχαιολογίας ὁ Ιώσηπος μαρτυρεῖ τῷ Ιωάννῃ ὡς Βαπτιστῇ γεγυμνέῳ, καὶ καθάρσιον τοῖς βαπτισαμένοις ἐπαγγελλομένῳ. ὁ δ' αὐτὸς, [g] καίτοιγε ἀπιστῶν τῷ Ιησοῦ ὡς Χριστῷ, ζητῶν τε αἰτίαν τῆς Ιεροσολύμων πτώσεως, καὶ τοῦ ναοῦ καθαιρέσεως· δέον αὐτὸν εἰπεῖν, ὅτι ἡ κατὰ Ιησοῦ ἐπιβουλὴ τούτων αἰτία γέγονε τῷ λαῷ, ἐπεὶ ἀπέκτειναν τὸν προφητευόμενον Χριστόν· ὁ δὲ, καθάπερ ἄκων ἐκ μακρᾶς τῆς ἀληθείας γυόμενος, φησὶ πῶς συμβεβηκέναι τοῖς Ιουδαίοις [h] κατ' ἐκδίκησιν Ιακώβου τοῦ δικαίου· ὃς ἦν ἀδελφὸς Ιησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, ἐπειδήπερ δικαιότατον [i] αὐτὸν ὄντα ἀπέκτειναν.

Nam *Josephus* in XVIII. *Antiquitatum* teſtatur Joannem exſtitiſſe Baptiſtam, expiationemque baptizatis eſſe pollicitum. Idem, quamvis Ieſum parum cognoſcens pro Chriſto, dum quærit cauſam Hieroſolymorum excidii, Templique demolitionis (cum debuiſſet dicere id accidiſſe propter ejus populi contra Ieſum inſidias, quia Chriſtum à prophetis promiſſum interemiſſent) quaſi invitus haud procul à veritate diſcedens, ait hæc contigiſſe Judæis in ultionem Jacobi cognomento Juſti, fratris Ieſu qui dicitur Chriſtus, quia juſtiſſimum hominem occiderant.

XV. *Idem Lib. 2. p. 69.*

Τοῦτο γὰρ ἤρξατο μὲν ἐπὶ Νέρωνος βασιλεύοντος, παρέτεινε δὲ ἕως τῆς Οὐεσπασιανοῦ ἡγεμονίας, ἧς ὁ υἱὸς Τίτος καθεῖλε τὴν Ιερουσαλήμ· ὡς μὲν Ιώσηπος γράφει διὰ Ἰάκωβον τὸν δίκαιον, τὸν ἀδελφὸν Ιησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, ὡς ἂν ἀληθῆ παείσῃ διὰ Ιησοῦν τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ.

Hoc enim fieri cœptum eſt ſub Neronis imperio, duravitque uſque ad Veſpaſiani tempora, cujus filius Titus ſolo æquavit Hieruſalem; ut *Joſepho* videtur propter Jacobum juſtum, qui vocabatur frater Ieſu Chriſti, ut vero res ipſa clamat, propter Ieſum Chriſtum Dei filium.

XVI. *Idem rurſus, p. 167.*

Καὶ ὁ βουλόμενός γε [k] ἀναγινώτω τὰ τοῦ Φλαβίου Ιωσήπου περὶ τῆς Ιουδαίων ἀρχαιότητος δύο βιβλία, ἵνα γνῷ πόσῳ πρόσθεν ἀρχαιότερος ἦν Μωϋσῆς τῶν χρόνων μακρὰς περιόδους κατακλυσμοὺς καὶ ἐκπυρώσεις φησάντων γίγνεσθαι ἐν τῷ κόσμῳ.

Si quis certiora cupit cognoſcere, legat *Flavii Joſephi* libros duos de *Judæorum Antiquitate*, ut ſciat Moſem longe ætate ſuperiorem fuiſſe iſtis, qui juxta temporum viciſſitudines diluvia in mundo fieri & exuſtiones tradiderunt.

XVII. *Porphyrius de Abſtinentia, lib. 4.*

Οἱ μὲν τρίτοι [Εσσαῖοι] τοιοῦτῳ ἐπιοῦντι τὸ πολίτευμα, ὡς πολλαχοῦ Ιώσηπος τε πεπραγματεῦται ἀνέγραψεν. καὶ γὰρ ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς Ιουδαϊκῆς ἱστορίας, ἣν δι' ἑπτὰ βιβλίων συνεπλήρωσε, καὶ ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς Αρχαιολογίας, ἣν διὰ εἴκοσι βιβλίων ἐπεραγματεύσατο, καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ τῷ πρὸς τοὺς Ελληνας, εἰσὶ δὲ δύο τὰ βιβλία. "Εἰσὶ τοί- "νυν οἱ Εσσαῖοι, Ιουδαῖοι μὲν τὸ γένος. ——

Tertius igitur iſte ordo hujuſmodi inſtitutis vivebat, ut ſæpius *Joſephus* in ſcriptis ſuis teſtatum reliquit: in ſecundo nempe libro *Judaïcæ Hiſtoriæ*, quam ſeptem libris abſolvit, & in decimo octavo *Antiquitatum*, quas viginti libris compoſuit; & in ſecundo *ad Græcos*, quod quidem duos libellos complectitur opus. "Eſſæi, "Judæi quidem natione ſunt, &c.

SÆCULO IV.

XVIII. *Euſebius Cæſarienſis lib. 8. Præparat. Evangel. c. 10. Edit. Pariſ.*

Τῶν δ' οἰκείων οἱ περιφανέστατοι καὶ μνήμης ἀληθοῦς τούτους ἠξίωσαν, Ιώσηπος τε καὶ Φίλων, καὶ ἕτεροι πολλοί.

At Gentilium ſuorum clariſſimi, *Joſephus* & Philo, aliique complures, eoſdem memoriæ poſteritatis ſempiternæ, ſuis etiam operibus, commendare voluerunt.

XIX. *Euſeb. Demonſtr. Evangel. l. 3. p. 124. Edit. Pariſ.*

——— αὐτάρκης μὲν οὖν καὶ ἡ τῶνδε τυγχάνοι περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μαρτυρία. οὐδὲν ἂν οἶον τε περισσὸν καὶ τῷ ἐξ Εβραίων Ιωσήπῳ μάρτυρι χρήσασθαι, ὃς ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς Ιουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας, τὰ κατὰ τοὺς Πιλάτου χρόνους ἱστορῶν, μέμνηται τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐν τούτοις.

"Γίνεται δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον Ιησοῦς σοφὸς "ἀνὴρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. ἦν γὰρ παρα- "δόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων "τἀληθῆ σεσομένων. καὶ πολλοὺς μὲν τοῦ [l] Ιουδαϊκοῦ "πολλοὺς δὲ καὶ Ελληνικοῦ ἐπηγάγετο. ὁ Χριστὸς οὗ- "τος ἦν. καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν παρ' ἡμῖν ἀρχόν- "των σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου, οὐκ ἐπαύ- "σαντο οἱ τὸ πρῶτον ἀγαπήσαντες. ἐφάνη γὰρ αὐ- "τοῖς τρίτην ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφη-

——— ego licet talium hominum de Salvatore noſtro teſtimonium nobis abunde ſatisfacere debeat, tamen nihil me præter propoſitum facturum arbitror, ſi quaſi ex abundantia quadam, Hebræi quoque *Joſephi* teſtimonio utar: qui in XVIII. Judaïcæ Antiquitatis libro, Pilati tempora in hiſtoriam ſuam referens, de Salvatore noſtro mentionem facit, his verbis:

"Exiſtit per idem tempus Ieſus ſapiens vir, ſi "modo virum eum dicere oportet, quippe qui "earum rerum auctor fuerit, quæ humanam fi- "dem ſuperant. Docebat porro hic homines, "ſi quos veritatis ſtudioſos reperiebat: ergo mul- "tos ſibi Judaicæ, multos etiam Græcæ factio- "nis adjunxit. Chriſtus plane hic fuit: ſiquidem "cum magiſtratibus noſtris accuſantibus, illum "crucis ſupplicio affeciſſet Pilatus, non deſite- "runt, qui ab initio complexi fuerant: apparuit "enim illis tertio die iterum vivens, quemadmo- "dum

[g] Vide Cl. *Spenceri* Annott. in *Orig.* p. 30. & *Huet.* ubi ſupra.
[h] Eadem fere habet *Euſebius*, paulo infra; & *Cedrenus* vol. 1. p. 206. *Edit. Pariſ.* Vide Epiſt. Cl. *Picquii* in *Bibl. Crit.* R. P. *Simonii*, Vol. II. p. 34.

[i] Legendum potius, ἄνδρωπον.
[k] Al. ἀναγινώσκω.
[l] Deeſſe videtur πρόσωπα, aut ſimile.

"dum divini prophetæ & hæc, & alia innumera-
"bilia de illo prædixerant, ex quo ad hunc uſ-
"que diem Chriſtianorum non defecit genus.

"τῶν παῤ αὐτοῦ τε καὶ ἄλλα μυρία περὶ αὐτοῦ εἰρηκό-
"των. ὅθεν εἰσέτι νῦν ἀπὸ τῆδε τῶν Χριστιανῶν οὐκ
"ἐπέλιπε τὸ φύλον.

XX. *Idem l. 6. c. 11. p. 291.*

At *Joſephus vice eorum*, quæ in ſacris libris ſcripta ſunt, *Judaicas traditiones* ſumma diligentia perſequutus eſt, utpote qui Hebræus ab Hebræis exiſteret.

Ὁ δέ γε Ἰώσηπος καὶ τὰς ἔξωθεν Ἰουδαϊκὰς [m] διαδοχὰς ἀπηκριβωκώς, ἅτε Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων τυγχάνων.

XXI. *Idem l. 8. p. 397.*

Atque optimus hujus rei teſtis eſt Hebraicus auctor *Joſephus*, qui in XVIII. Judaicæ Antiquitatis libro, quæ ad illa tempora pertinent, exponit: "Herodes, &c.

Μάρτυς δ' ἀξιόχρεως τούτων ὁ ἐξ αὐτῶν Ἑβραίων Ἰώσηπος, ὧδέ πως ἱστορῶν τὰ κατὰ τοὺς χρόνους ἐν [n] ὀκτωκαιδεκάτῳ Ἀρχαιολογίας. "τλὼ δὲ βασιλείαν, κ. ε.

XXII. *Idem in Hiſt. Eccleſiaſt. l. 1. c. 4. p. 17. Edit. Valeſii. 1659.*

Hujus porro deſcriptionis ſub Quirinio celeberrimus apud Judæos Hiſtoriarum ſcriptor *Flavius Joſephus* mentionem facit: aliam quoque narrationem de Galilæorum ſecta, qui iiſdem temporibus emerſit, ſtatim ſubnectens.

Ταύτης δὲ τῆς κατὰ Κυρήνιον ἀπογραφῆς καὶ ὁ τῶν παρ' Ἑβραίοις ἐπισημότατος ἱστορικῶν Φλαύιος Ἰώσηπος μνημονεύει, καὶ ἄλλην ἐπισυνάπτων ἱστορίαν περὶ τῆς τῶν Γαλιλαίων καὶ τὰς αὐτὰς ἐπιφυείσης χρόνους αἱρέσεως.

ς. Cum autem, postquam Deus signum dederat, pluere incepisset, aqua quadraginta continuis diebus *cœlo* descendebat, adeo ut usque ad quindecim cubitos super terram eveheretur. atque id causæ erat, cur plurimis salus omnis adimeretur, non habentibus quo se reciperent. Cessante autem pluvia, vix spatio centum & quinquaginta dierum aqua decrescebat; mense quasi septimo ejusque die septima *eâ* sensim recedere desinente. Deinde, cum arca ad summitatem quandam montis in Armenia substiterit, sentiens *hoc* Noëus aperuit eam; & videns circa ipsam aliquantulum terræ, in meliori spe jam constitutus quiescebat. Post paucos vero dies magis recedente aqua corvum emisit; cupiens cognoscere, si qua alia terræ pars, ab aqua derelicta, egressui jam esset idonea. At ille, comperto totam adhuc stagnare, ad Noëum reversus est. Post septem vero dies columbam, ad explorandum terræ statum, præmisit. quæ cum *pedes* lutulenta & frondem olivæ ferens ad ipsum rediisset, intellecto terram diluvio liberatam esse, postquam alios septem dies exspectarat, animalia ex arca dimisit; & ipse quoque cum liberis

Arvei ab arca emissæ, ipsam amjam be repetunt.

triarcha, annorum quidem CLXV. Quod editum fuit *Bas.* & subinde *Genevæ*, γίγονεν ἔδομον καὶ ὀγδοηκοστὸν καὶ ἑκατοστὸν, λάμεχον &c ad Mathusalam παιδοποιΐαν, non ad Enochum pertinet. *Bern.*

p Περὶ ἔτη] Ita cum *Codd.* aliquot *Epiphanii*, & LXX. *Interpretibus.* in *MSS. Gr.* & plerisque *Latinis*, ἐφ' ἓν γίγονεν ἐπὶ καὶ ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν, ᾧ τὴν &c. in *Editis* [illegible] ἑπτὰ δὲ καὶ ὀγδοήκοντα καὶ ἑπτακοσίοις.

q Πρὸς ἐννακοσίοις.] Ita *Big.* & *Cas.* καὶ *Samb.* ἐπὶ *Bas.* & *G.*

r Λάμεχος] Λάμεχ bis terque *Samb.*

s Ἐπὶ] Sic *Big.* & *Codex Hebræus* & *Eutychius Alexandr.* ἑπτὰ καὶ ἐπ ακοσίοις *Samb.* & *Vat.* ἑπτὰ καὶ ἐπὶ ἑπτακοσίοις *Cas.* ἑπτὰ ἐπὶ ἑπτακοσίοις *Bas.* & *G.* & *Vet. Interpr. Judeis Alexandrinis* placuit numerus DCCLXXII.

t Νώεον] Νώεον *Big. Samb.* & *Cas.* velut supra; unde νώεον falso calamo accepisse liquet codd. Italicos. νῶχον adhuc retinent *Bas.* & *G.* Bern.

v Δεύτερον] Ita *Big. Epiphanius* & *Eutychius.* Verum καὶ ἑκατοστὸν non agnoscunt *Samb. Cas. Vat. Bas. G.* & *Vet. Interpr.*

x Πεντήκοντα] Sic ex *MSS.* & *Epiphanii Codd.* illa πεντήκοντα καὶ in *Editis* desiderantur. *Huds.* Hanc lectionem præbent *Big. Epiphanius* & *Eutychius.* Tota tamen centuria jam deficiunt *Samb. Cas. N. Gall. Bas.* & *G.* præter fidem Christianorum atque Judæorum. Typographi enim sic referunt, δεύτερον καὶ ὀγδοηκοστὸν ἔτος ἤνυσεν, ἐννακοσίοις ἔτεσιν. Verum *Samb.* & *Cas.* δεύτερον καὶ ὀγδοηκοστὸν ἔτος ἤνυσεν, πεντήκοντα καὶ ἐννακοσίοις ἔτεσιν, &c. Nemo autem nescit Noeum duntaxat quinquaginta minus quam mille annos vixisse, adversus typos *Bas.* & *Gen.* DCCCCL. etiam observant MSS. *Josephi* & Græca & Latina. *Bern.*

y Ἦρξε τοῦ] *Samb.* & *Cas.* ἤρξατο τοῦ *Big.* ἤρξατο σταγιω. *Bas.* & *G.* Bern.

z Τὸν προαναγεγραμμένον] Ita *Samb. Vat.* & *Vet. Interpr.* in reliquis προγεγραμμένον.

a Ὕειν ἀρξαμένου,] Pro ἐπισημ. καὶ ὕειν ἀρξαμένου *Hen.* ὄντος, quasi pius. Idem post pauca, ἐφ' ἡμέραις. *Bern.*

b Ὑπερέχειν.] Illud ex *Big.* & *Cas.* ὑπερεχεῖν *Samb.* in *Editis* ὑπερείχον denique ὑπερείχε *Hen.* Huds. Ὑπερεχεῖν in verba Josephi infero, non nuperis grammatistis fretus, sed melioribus, atque etiam scriptione *Big.* & *Cas.* ὑπερεχεῖν *Samb.* ἀδοκίμως. Impressum erat ὑπερέχον. *Hen.* denique modo alio ὑπερείχε. *Bern.* Ne autem fraudi Josepho sit versio *Hudsoni*, qui πλείονας *plurimis* vertens ad verbum, ambiguam facit sententiam. Græca enim significant universam multitudinem periisse, paucissimis exceptis, ita enim apud Polyb. Lib. 1. Cap. 3. οἱ πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων omnes fere Græcos significat, & apud Xenoph. Cyrop. lib. 3. in initio, Armeniorum, veniente Cyro, οἱ μὲν πολλοὶ κατέμενον, quo universa multitudo, regio comitatu excepto, significatur. Sed & apud Arrianum Lib. 1. Cap. 3. τῆς Ἀραξείας τὰ πολλὰ, totam fere gentis partem & longe maximum numerum denotant, ut & alibi. Neque suum πλείονας aliter accipi voluisse Josephum patet ex pag. 13. pr. ubi clarissime omnes, *Noacho* cum suis excepto, periisse dicit. *Hav.*

c Ἐφ' ἡμέραις] Ita *Samb. Hen.* & *Vat.* ἐφ' ἡμέρας *Bas. G.* aliique. Huds. Mox *Ph Burius* ex versione τοῦ ὀ. emendat ὡς μηνὶ ἑβδόμῳ, ἑβδόμη καὶ εἰκάδι τοῦ μηνός. *Bern.*

d Ἑσταμένου] Φθινοπώρου malit *Bern.*

e Κατ' ὀλίγον] Illa κατ' ὀλίγον ὑπον. ἀπολ. ex *MSS. Big. Samb. Cas.* & *Vat.* Aliud quiddam in suo Codice habuisse videtur *Epiphanius*, qui vertit, *quo instante paulatim inchoavit latens parere.* Huds. *Henneb.* vero pro illis Josephi ὡς μηνὶ ζ. ἑσταμένου δὴ ἤδη ἑβδόμη producit ex S. Bibliis κατὰ τὴν ἑβδόμην τοῦ ἑβδόμου μηνός. *Bern.*

f Περὶ ἄκρου] Περὶ ἄκρου ὄρους *Vat.*

g Ἐπὶ χρηστοτέρας] Ita ex *MSS.* in *Editis* ἐπὶ & dein γέγονεν.

h Εἴ τι] *Big. Cas.* & *Samb.* εἴ τι καὶ τὸ ἄλλο *Bas.* & *G.* Bern.

i Πρὸς Νώεον] Ita in omnibus *Codicibus Græcis* tam *MSS.* quam *Impressis* excepto uno *Henneb.* qui (*Josephi* textum, prout sibi visum est, ubique mutans) cum paucis *Latinorum & Interpretibus LXX* supponit hoc loco, πρὸς Νώεον οὐκ ἐπανῆλθε. Non ita *Mich. Glycas*, p. 127. & *Comestor*, qui vulgatam lectionem testimonio suo comprobant. *Huds.* Πρὸς νώεον ἐπανῆλθε *Big. Samb.* & *Cas.* πρὸς νῶχον ἐπανῆλθε *Bas.* & *G. Epiphanii* pariter exemplaria meliora. Accipe illa *Comestoris. Et emisit corvum qui non revertebatur. Tamen Josephus ait, Quod cuncta reperiens inundantia, regressus est ad Noe.* Jungendus etiam hisce *Michael Siculus* p. 127. Ὁ μὲν Ἰώσηπος ὑποστρεψαι πρὸς τὴν κιβωτὸν λέγων καὶ τὸ κόρακα, ἐναντιόρρημα φαίνεται τῇ τοῦ Μωσέως ἱστορίᾳ Gen. c. 8. 7. Unus *Henneb.* ex Græcis codd. cujus ingenium supra satis dignovimus, & pauci Latinorum cum LXXII. Interpretibus, supponunt hoc loco, πρὸς νῶχον οὐκ ἐπανῆλθε. Quin etiam de eo corvo alibi nos fusius fabulabimur. *Bern.*

k Ἐπανῆλθε.] Ἐπανῆλθεν *Coll. Bigot.*

l Ἧς ἐπανελθούσης] Ita in omnibus *MSS.* in *Editis* ὑπανελθούσης ὃ πεπλ.

m Καὶ] Γυὸς *Hen.*

n Τὰ ζῶα] Τά τε *Hen.* & codices quidam *Epiphanii.*

• Μέ-

Navis ejus reliquiæ apud Armenios.

beris egressus, Deoque sacrificans, una cum suis epulabatur. Hunc autem locum Armenii apobaterion *vel egressorium* vocant: illic enim arcæ servatæ reliquias etiam nunc ostendunt indigenæ.

Diluvii Noëi meminerunt Berosus, Hieronymus, Mnaseas, & Nicolaus Damasc.

6. Hujus autem diluvii & arcæ meminerunt omnes qui Barbaricas scripsere historias; quorum unus est Berosus Chaldæus: nam, de diluvio referens, in hunc ferme modum loquutus est; „dicitur autem etiamnum in Armenia in Cordyæorum monte pars esse aliqua ejus navigii: & „quosdam bitumen ex ea avellentes circumferre. „eo autem ablato utuntur homines maxime pro „amuleto ad mala avertenda.„ Sed & Hieronymus Ægyptius horum meminit, qui Antiquitates Phœnicum scripsit, & Mnaseas, & multi alii. Quin & Nicolaus Damascenus libro nonagesimo sexto de his rebus narrat in hæc verba: „est super Minyada in Armenia mons ingens, Baris dictus, in quem multos diluvii tempore confugientes fama est servatos esse, & quendam in „arca vectum ad summum ejus jugum appulisse, „lignorumque reliquias diu conservatas esse. Iste „fortasse idem ille est de quo etiam scripsit Moyses Judæorum legislator.

Immolatis hostiis Deo supplicat Noëus.

7. Noëus autem veritus, ne Deus, damnatis ad interitum hominibus, per singulos annos terram aquis obrueret, Deo incensis victimis de cætero supplicabat, ut pristinum rerum ordinem servaret, & nullam in posterum tantam induceret calamitatem, per quam universum animalium genus salutis discrimen adiret: sed, cum de malis pœnam sumpsisset, parceret iis quos ob bonitatem superstites esse voluit, & clade miseranda liberare decrevit: alioqui illis fore ipsos infeliciores, & gravius damnatos, si non omnino salvi essent & incolumes, sed alteri diluvio reservarentur; cum & terrorem, quem primum incutiebat, experirentur, & interitum, quem posterius afferret. Deum igitur orabat,

σιν· αὐτός τε μὴ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀπολέσῃ, καὶ θύσας τῷ Θεῷ, σωθῆναι τοῖς οἰκείοις. ἀποβατήριον [o] μέντοι τὸν τόπον τοῦτον [p] Ἀρμένιοι καλοῦσιν· ἐκεῖ γὰρ ἀναστῆναι τὸν λάρνακα [q] ἔτι νῦν οἱ ἐπιχώριοι καὶ λείψανα [r] ἐπιδεικνύουσι.

5'. [s] Τοῦ δὲ κατακλυσμοῦ τούτου καὶ τὸν λάρνακος μέμνηται [t] πάντες οἱ τὰς Βαρβαρικὰς ἱστορίας [v] ἀναγράφοντες· ὧν ἐστι καὶ Βηρωσσὸς ὁ Χαλδαῖος. διηγούμενος γὰρ τὸ περὶ τὸν κατακλυσμὸν ἔτω πως διέξεισι· „λέγεται δὲ καὶ „τοῦ πλοίου ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ πρὸς τῷ ὄρει τῷ [x] Κορδυαίων „ἔτι μέρος τι εἶναι· καὶ κομίζειν τινὰς τὸ ἀσφαλτοῦν ἀ„φαιρέσεως. χρῶνται δὲ μάλιστα οἱ ἄνθρωποι τῷ κομι„ζομένῳ πρὸς τὰς [y] ἀποτροπασμούς.„ μέμνηται δὲ τούτου καὶ Ἱερώνυμος ὁ Αἰγύπτιος, ὁ τὴν ἀρχαιολογίαν τὴν [z] Φοινικικὴν συγγεγραφώς, καὶ Μνασέας δὲ, καὶ ἄλλοι πλείους. καὶ Νικόλαος δὲ ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῇ ἐνενηκοστῇ καὶ ἕκτῃ βίβλῳ ἱστορεῖ περὶ αὐτῶν, λέγων οὕτως· „ἔστιν ὑπὲρ τὴν [a] Μινυάδα μέγα ὄρος κεῖται τὴν „Ἀρμενίαν, [b] Βάρις λεγόμενον· εἰς ὃ πολλοὺς συμφυ„γόντας ἐπὶ τῷ κατακλυσμῷ λόγος ἔχει σωθῆναι, „καί τινα ἐπὶ λάρνακος ὀχούμενον ἐπὶ τὴν ἀκρώρειαν „[c] ὀκεῖλαι, καὶ τὰ λείψανα τῶν ξύλων ἐπὶ πολὺ σω„θῆναι. φήσειε δ' ἂν τις, ὃν τινα καὶ Μωυσῆς ἀνέ„γραψεν [d] ὁ Ἰουδαίων νομοθέτης.

ζ. Νῶε ὁ, φοβούμενος μὴ καθ' ἕκαστον ἔτος ἐπικλύζῃ τὴν γῆν ὁ Θεὸς, φθορὰν ἀνθρώπων κατεψηφισάμενος, ἱερεῖα καύσας, ἐδεῖτο τοῦ λοιποῦ τὸν Θεὸν ἐπὶ τῆς πρώτης μένειν διαξίας, καὶ [e] μηδὲν ἐπὶ τοσοῦτον ἐπενεγκεῖν πάθος, ὑφ' ᾧ [f] κινδυνεύσειε πᾶν ἀπολέσθαι τὸ τῶν ζώων γένος· ἀλλὰ τιμωρησάμενον τοὺς πονηροὺς φείσασθαι [g] τοιούτων τῶν μηδὲν ἀφελουμένων, καὶ τὸ δεινὸν διαφυγεῖν κεκελευσμένων. κακοδαιμονεστέρους γὰρ τούτους ἔσεσθαι ἐκείνων, καὶ [h] χείρω κακίαν καταδικασθέντας, εἰ μὴ πρὸς τὸ παντελὲς εἶεν ἀπωλωλεκότες, τηρηθεῖεν δ' ἑτέρῳ κατακλυσμῷ· τοῦ μὲν πρώτου τὸν φόβον καὶ τὴν ἰσομοιρίαν [i] μαθόντας, τοῦ δευτέρου δὲ τὴν ἀπώλειαν. δύνασθαι τε οὕτω αὐτὸν προσδέχεσθαι τὴν θυσίαν παρεκέλει,

• Μινύαι] Illud μέγιστον ex *MSS.* deerat in *Editis.*

p Ἀποβατήριον] Scilicet Armenii sua lingua vocabant locum eo nomine, quod Græce translatum ἀποβατήριον sonat. *Strabonis* (l. 13. p. 591.) locus ad Sestum ab exscendendo è navibus Ἀποβάθρα dicitur. Vide *Gallæum* de Orac. Sibyll. Vol. 2. p. 593. *Dausqueium* in notis ad *Basilium Seleuc.* p 333.

q Ἔτι νῦν] Sic in *Editis* & plerisque *MSS.* verum in *Samb.* & *Vat.* ἔτι νῦν αὐτῆς οἱ. *Huds.* lege ἔτι καὶ νῦν. ut Cap. VII. *Cocc.*

r Ἐπιδεικνύουσι.] Videsis quæ in hujus rei testimonium attulit Cl. *Falconerus*, in lib. *de Inscriptionibus Athleticis*, p. 202.

s Τοῦ δὲ κατακλυσμοῦ] Totam autem illam periochen denuo ex versione *B. Hieronymi* huc adponam; quorsum intelligatis plerique, quam præclare discrepat interpres ille a nostro Græculo. *Meminit quoque Josephus horum montium in primo antiquitatum Judaicarum libro, secularium literarum historicos proferens. Animadvertens, inquit, Noe terram diluvio liberatam, septem alios dies abire permisit: & universa animalia bestiasque patentibus claustris emittens, ipse cum sua prole egressus est, immolans Deo hostias gaudensque cum liberis. Hunc locum Armenii exitum vel egressum vocant: siquidem ibi cultores illarum regionum, arcam primum se dixisse testantur; & lignorum quædam supereſſe monumenta. Arcæ hujus & Diluvii, omnes qui Barbaras scripsere historias, recordantur. Quorum unus est Berosus Chaldæus, qui super diluvio referens, hæc locutus est: Dicitur autem hujus navis in Armenia propter montem Carduenorum pars aliqua permanere, & quosdam bitumen ex ea avellentes circumferre; quo utuntur vel maxime hi qui lustrantur, vel se expiant. Sed & Hieronymus Ægyptius, qui antiquitates Phœnicum pulchro sermone conscripsit: & Mnaseas, [aut Manaseas] & multi alii. Nicolaus quoque Damascenus in XCVI libro refert: Est in Armenia super Myniadem [Minuadem] mons nomine Beris [Baris;] ad quem multos in diluvio confugisse autumant, ibique salvatos esse: alios vero in arcæ alveo supernatantes, ad ejus verticem pervenisse, & usque ad multas ætates ligna arcæ monstrari solita: quos quidem ego puto non esse alios, nisi eos quos Moyses legifer Judæorum in suis voluminibus edidit.* Bern.

t Πάντες] Nonnulli illud πάντες abjiciendum esse censent.

v Ἀναγεγραφότες·] Ita in *MSS.* & Eusebio. in *Editis* ἀναγεγράφοντες.

x Κορδυαίων] Vide *Zosimum* p. 191. *Edit. Oxon. Epiphan.* adv. Hæreses p 5. & 6. & *Petavii* notas. *Bocharti* Geogr. Sacr. l. 1. c. 3. *Grotium* in Gen. c. 8. & in Annott. ad lib. 1. de Ver. Chr. Relig. & *Bochartum* Hist. Sacr. in Exercit. 18. p. 553. &c. & *Gallæum* de Orac. Sibyll. vol. 1. p. 156.

y Ἀποτροπασμούς.] Hac de re *Dausqueius* ad *Basilium Seleuc.* p. 333. *Falconerus* in Inscript. Athlet. p. 200. *Gallæus* de Orac. Sibyll. p. 156.

z Φοινικικὴν] Reponendum est Φοινικικῶν, nam Φοινικὸς pro Punico, non Phœnicio, solet usurpari. Ita mox testatur Hieronymum τὰ Φοινικικὰ scripsisse. Et ita plane ex Josepho profert Eusebius. *Rel.*

a Μινυάδα] Nonnulli (contra fidem *MSS.*) malint Μιλυάδα. minus recte, ut ostendit *Gallæus* de Sibyll. Orac. Vol. 1. 158, 159. & Vol. 2. p. 594. Vide & *Bocharti* Geogr. Sacr. l. 1. c. 3. & *Drusium* in loca diffic. *Genes.* p. 38.

b Βάρις] Βᾶρις circumflexe malit *Scalig.* Monti hoc nomen inditum esse plerique censent ab arca *Noëi*; quod Βάρις navigium sonet, ut constat ex *Ammonio*, *Hesychio*, & *Scholiis* ad *Æschylum* & *Euripidem.* Vide *Scaligerum* in notis ad *Fragmenta Veterum Græcorum*, p. 44. *Bocharti* Geogr. Sacr. l. 1. c 3. *Huetii* Quæst. Alnet. p. 187, 189. & de Demonstr. Evangel. prop. 4. c. 2. §. 38. & *Berneggeri* Hist Sacr. Exercit. 18. Verum Cl. *Joach. Schroderus* Μάσιν legendum esse contendit. Est enim (ut inquit ille in suis ad me literis) *Masis* præruptus ille mons in campestri provincia *Araratensi* situs, in quo *arcam* resedisse, præter constantem apud Armenos traditionem, testatur ipse Geographus Armenus *Moyses Cherenensis.* Vide Dissertationem ejus præliminarem ad *Thesaurum Linguæ Armenicæ*, p. 55.

c Ὀκεῖλαι,] Ὠκείλαι legit Eusebius. *Rel.*

d Ὁ Ἰουδαίων] *Al.* ὁ τῶν Ἰουδαίων νομ.

e Μηδὲν ἔτι] Ita *Big. Cas.* & *Vat.* μηδὲν ἔτι τοιοῦτον *Samb.* & *Vet. Interpr.* μηδὲν ἐπὶ τοσοῦτον *Bas.* & *G.*

f Κινδυνεύσοι] Κινδυνεύσαι *G.*

g Τοιούτων] Ita *Big. Cas.* & *Samb.* τοιοῦτος *Vat.* τοιούσδε *Bas.* & *G.*

h Χείρω κακίαν] Sic *Big. Samb. Cas. Vat.* & *Vet. Interpr.* in *Editis* χεῖρον κατεδικασμένους.

i Μαθόντας,] Ita *Samb. Cas.* & *Vat.* παθόντας *Big.* παθόντες in *Editis*, utrumque viderat *Epiphan.* hic quidem, τὴν ἰσομοιρίαν μαθόντας, & mox infra τὴν ἀπώλειαν παθόντας.

k Ἔτι

πάλιν, καὶ μηδεμίαν ὀργὴν [k] ἔτι τὴν γῆν ὁμοίαν λαβεῖν, ὅπως [l] ἔργοις τε τοῖς τούτῳ σφετλιπαρῆντες, καὶ πόλεις ἀναστήσαντες, εὐδαιμόνως ζῆν ἔχοιεν· καὶ μηδενὸς, ὧν καὶ πρὸ τῆς [m] ἐπομβρίας ἀπήλαυον, ὑστερήσειν ἀγαθῶν, [n] εἰς μακρόν τι τὸ γήρας καὶ βίου μῆκος ὅμοιον τοῖς [o] πάλαι ἐπερχόμενοι.

η'. Νωέᾳ δὴ ταῦτας ποιησαμένῳ τὰς ἱκετηρίας, ὁ Θεὸς, διὰ δικαιοσύνην τὸν ἄνδρα ἀγαπῶν, ἐπένευσεν αὐτῷ τὰς ψυχὰς εἰς πάλιν ἄξειν· ἔτι τοὺς διεφθαρμένους αὐτὸς λέγων ἀπολέσαι, [p] κακίᾳ δὴ τῇ οἰκείᾳ ταύτην αὐτοὺς ὑπαρχεῖν τὴν δίκην· ἔτ' ἂν εἰ γεγονότας ἀνθρώπους ἀφανίσαι διεγνώκει, οὐδ' ἂν [q] ἄγειν αὐτοὺς εἰς τὸν βίον. σῶφρον γὰρ εἶναι [r] τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς μηδὲ χαρίσασθαι [s] τὸ ζῆν, ἢ δόντα τούτους ἀφαιρεῖσθαι. ἀλλ' οἷς ἐξύβριζον εἰς τὴν ἐμὴν εὐσέβειαν καὶ ἀρετὴν, τούτοις ἐξελιάσαντό με ταύτην αὐτοῖς ἐπιθεῖναι τὴν δίκην. παύσομαι δὴ δ' λοιπὸν μὴ τοσαύτης ὀργῆς τὰς τιμωρίας ἐπὶ τοῖς ἀδικήμασιν [t] εἰσπραττόμενος, καὶ πολὺ μᾶλλον σοῦ παρακαλέντος. εἰ δ' ἐπὶ πλέον ποτὲ χειμάσαιμι, μὴ δείσητε τὸν ὄμβρων τὸ μέγεθος· ὑ γὰρ ἔτι τὴν γῆν ἐπικλύσει τὸ ὕδωρ. παύσομαι μέντοι σφαγῆς ἀνθρωπίνης ἀπέχεσθαι, καὶ καθαρεύειν φόνου, [u] τοὺς δράσαντάς τι τοιοῦτον κολάζοντας· χρῆσθαι δὲ τοῖς ἄλλοις ζώοις ἅπασι, πρὸς ἃ βέλεσθε καὶ τὰς ὀρέξεις ἔχετε. δεδώκασι γὰρ ἁπάντων ὑμᾶς εἶναι πεποίηκα τῶν τε χερσαίων καὶ νηκτῶν, καὶ ὅσα τῷ μεταρσίων χώραν ἔχει καὶ φορὰν, χωρὶς αἵματος· ἐν τούτῳ γάρ ἐστιν ἡ ψυχή. [x] σημανῶ δὲ ὑμῖν παύλαν ἐσομένην τοῦδε τῆς ἐμῆς· τῷ ἔμ' ἀποσημαίνων, τόξον γὰρ εἶναι δι' ὑμᾶς παρ' αὐτοῖς ἐκεῖνο νενόμικα. καὶ ὁ μὲν Θεὸς, ταῦτ' εἰπὼν καὶ ὑποσχόμενος, ἀπεπλάσατο.

θ'. Νωεος δὲ, βιοὺς μὴ τῷ ἐπομβρίαν πεντήκοντα καὶ τριακόσια ἔτη, καὶ πᾶσαν τὸν χρόνον τοῦτον [y] εὐδαιμόνως [z] διαγαγὼν, τελευτᾷ· ζήσας ἐτῶν ἀριθμὸν [a] ἐννακοσίων καὶ πεντήκοντα. μηδεὶς δὲ πρὸς τὸν νῦν βίον, καὶ τὸν βραχύτητα [b] τῶν ἐτῶν ἃ ζῶμεν, συμβαλὼν τοῖς τῶν παλαιῶν, ψεύδη νομιζέτω τὰ περὶ ἐκείνων λεγόμενα· τῷ μηδὲ νῦν τοσοῦτον ἐν τῷ βίῳ διαμένειν χρόνον, πεπεμμένου μηδ' ἐκείνους εἰς ἐκεῖνο τὸ μῆκος τῆς ζωῆς [c] ἀφῖχθαι. οἱ μὲν γὰρ [d] θεοφιλεῖς ὄντες, καὶ ὑπ' αὐτοῦ δὴ Θεοῦ ἡγούμενοι, καὶ πρὸς τροφὰς ἐπιτηδειοτέρας πρὸς πλείονα χρόνον [e] εἶναι, εἰκότως ἔζων πλῆθος [f] τοσούτων ἐτῶν. ἔπειτα καὶ δι' ἀρετὴν καὶ τὴν φιλοσοφίαν, ὧν ἐπενόουν, [g] ἀστρολογίας καὶ γεωμετρίας, πλέον ζῆν τοῦ θεὸν αὐτοῖς παρασχεῖν. ἅπερ οὐκ

sacrificium animo placato acciperet, neve ulli posthac tantæ iræ terram subjiceret; ut in ea excolenda assidui, urbesque exstruentes, vitam beatam agerent; nec bona ulla, quibus ante diluvium fruebantur, desiderarent, etiam ad extremam usque senectutem, longo vitæ spatio exacto, more majorum pervenientes.

Noëi precibus annuit Deus.

8. Postquam vero Noëus hasce preces effuderat, Deus, virum ejus ergo justitiæ diligens, annuit, ut ei omnia ex votis evenirent; dicens se *diluvio* absumptos non perdidisse, sed ipsos pœnas pertulisse malitiæ suæ debitas: non enim ipsos in vitam introduxisset, si homines factos perimere secum statuisset: nam præstiterat vitam non omnino dedisse; quam eos, quibus data fuerit, perdere. Sed tantis, *inquit*, contumeliis, quibus pietatem meam violarunt & virtutem, me compulerunt ad has pœnas ab illis repetendas. De cætero autem cessabo iracunde adeo maleficiorum vindictam ab eis exigere; multoque magis, si tu pro illis intercesseris. Nam si unquam tempestates solito majores excitavero, non est ut imbrium vim pertimescatis. orbem enim terrarum aqua deinceps non inundabit. Jubeo tamen ut ab nece humana abstineatis, ut cædis vosmet puros servetis, qui hujusmodi aliquid patrârint pœnis afficientes: aliorum omnium animalium usu vobis ad voluntatem & libitum vestrum permisso. Dominos enim vos omnium esse feci, tam terrestrium quam natatilium, & eorum quæ per sublime volatu feruntur, tantum ne *carnem* cum sanguine *comedatis:* nam in eo est anima. Vobis enim cessationem fore *ab ira* arcus meus indicio erit: (iridem innuens, nam arcus Dei apud illos iris esse putatur.) Et Deus quidem, hæc effatus atque promittens, abiit.

Sanguinem humanum effundere nefas.

De Diluvio altero Iris interdicit.

9. Verum Noëus, cum vixisset post diluvium trecentos & quinquaginta annos, atque omne hoc tempus feliciter exegisset, è vivis excessit, annos agens numero nongentos & quinquaginta. Nemo autem, qui cum vita hodierna ejusque brevitate illam antiquorum conferet, falsa putet quæ de illis memorantur: inde, quod jam vita hominum eo usque non producatur, conjiciens, neque illos ad vitæ illius longitudinem pervenisse. Nam illi sane cum Dei essent amantes, & ab ipso Deo *recens* facti, victuque commodiore ad vitam longiorem uterentur, verisimiliter tantum annorum numerum complerunt. Præterea tum propter studium virtutis, tum propter accuratiorem Astrologiæ & Geometriæ, quas ipsi artes invenerant, usum & *experientiam*, Deus illis

Vixit Noëus à Diluvio an. 350. ætate integrâ annos 950.

Primi hominum, recens opus & carum Deo, salubriori victu, Astronomiæ perdiscendæ causa mille prope annos vixerunt.

[k] Ετι τὴν] Επὶ malit *Schotanus.*

[l] Εργοις τε] Ita *Big. Samb. Vat.* & *Epiphan.* in *Editis* ὅπως τε τοῖς ἔργοις ταύτην σφετλιπ. *Huds.* Recte hæc legebat, & lepide interpretatus fuit, (quod sane *Comestor* mallet,) Scriba ille *Cassiodori*, *ut ejus operibus impinguati.* Honestius tamen multo oraverat Princeps εὐσεβίαν, *ut in tellure excolenda assidui*, &c. *Bern.*

[m] Απήλαυον] Sic *Big.* & *Samb.* απίλαβον, υστερήσειν *Vat.* απίλαβον, υστερήσειν *Basil.* & *G.* απήλαυον, υστερήσειν edidit *Bernardus*; qui tamen fatetur Atticismum velle υστερήσειν præ alio modo. *Huds.* Απίλαβον υστερήσειν *Casaub.* ἀγαθῶν &c. *Basil.* & *G.* απίλαυον υστερήσειν ἀγαθῶν· εἰς μακρὸν αὐτῶν γῆρας (αὐτῶν χρόνον *Big.* & *Casaub.*) καὶ βίου μῆκος ὅμοιον τοῖς τάχιον ἐπερχομένοις. *Samb. Big.* & *Casaub.* Atticismus etiam vult υστερήσειν præ alio modo. *Bern.*

[n] Εἰς μακρὸν] Εἰς μακρὸν αὐτῶν χρόνον γῆρας *Big. Samb.* & *Vat.*

[o] Πάλαι ἐπερχόμενοι.] In iisdem *MSS.* τάχιον ἐπερχομένοις.

[p] Κακίᾳ] Ita *Big. Samb. Casaub.* & *Vat.* in *Basil.* & *G.* κακίας ἢ τὴν οἰκείαν ταύτην.

[q] Αν αὐτοὺς] Ex *MSS.* nam *Editis* abest ἄν.

[r] Τὴν ἀρχὴν] Τὴν ἀρχὴν vero *omnino*, *prorsus*, non *principium* aut *principio*. Vide *Jensii* Lect. Lucian. p. 352. *Huds.* Impressum fuit μηδὲ τὴν ἀρχὴν αὐτ. χαρ. ᾗ (& *Basil.* τὸ) ζῶ. Genev. autem fefellit, Buriumque nostrum, poëtæ celeberrimi locutio οὐδ. α'. 140. *Bern.*

[s] Τὸ ζῆν,] Ita *MSS.* & *Basil.* ᾗ ζῶ *Gen.* nescio an ex *Typotheturum* errore, an ex locutione *Homerica*, Od. α'. v. 140.

[t] Εἰσπραττόμενος,] Εἰσπραττόμενος, mendum certius *Gen.* Et non longe, ἐπὶ πλέον *Hen.* Bern.

[u] Τοὺς δράσαντάς] Sic *MSS.* καὶ δράσαντάς τι *Basil.* & G. Huds. Editi εὐδαιμονῶν, sed Georgius Syncellus chronographiæ pag. 42. ubi hæc Josephi citat, legit εὐδαιμόνως quod præfero. *Rel.*

[x] Σημανῶ] Ex *MSS.* σημαίνω *Basil.* & *G.*

[y] Εὐδαιμόνως] Εὐδαιμονῶν *Basil.* & G. prelo forsan errante.

[z] Διαγαγὼν,] Syncellus legit ἀλύων. *Rel.*

[a] Εννακοσίων] Εννακόσια *Vat.* Huds. Per literas duas numerales id exprimitur apud Syncellum: atque ita & in aliis codicibus Josephi factum puto: unde tot errores in numeris. *Rel.*

[b] Τῶν ἐτῶν] Syncellus, τὸν ἐμπρῶν καὶ τὸν ἐτῶν ἀπολείπων ἃ ζῶμεν, συμβαλὼν τοῖς τῶν παλαιῶν. *Rel.*

[c] Αφῖχθαι.] Αφικέσθαι Syncellus. *Rel.*

[d] Θεοφιλεῖς] Reddi etiam potest *Deo chari.* Vide *Gallæum* de Orac. Sibyll. Vol. 1. p. 72.

[e] Εἶναι, εἰκότως] Caute quidem *Samb.* subjicit εἰ μὴ ὄντας. Legerant enim Eusebius Pamphili, & G. Syncellus Tarasii, ἀλλὰ τὰς, sive ἀλλὰ τὰς τροφὰς --- χρόνον ὅσον. Et supra G. Sync. ἀφικέσθαι pro ἀφῖχθαι. *Bern.*

[f] Τοσούτων ἐτῶν.] Τοσούτου *Samb.* cæteris renuentibus. πλήθη τοσούτων *Hen.* Mox, ἔπειτα δι' ἀρ. &c. G. Sync. ἔπειτα καὶ δι' ἀρ. καὶ εὐχρησίαν Euseb. *Bern.*

[g] Αστρολογίας] Ita in *MSS.* in *Editis* & *Syncello* ἀστρονομίας. *Huds. Big. Samb. Casaub.* Euseb. & Epiphan. ἀστρονομίας Impressio utraque, & Georgius Chronogr. subinde πλέον ζῆν Syncellus iste. εἰς ἔτη πλείονα ζῆν Eusebii Exemplaria excusa: εἰς πλείονα ζῆν, scripta manubus. Et post duo verba, παρέχειν more Attico, pro παρέχειν aut παρεῖχεν Vigeri correctoris. *Bern.*

lis prolixiorem largitus est vitam. quippe qui nisi ad sexcentos *minimum* annos (totidem enim magnus annus absolvitur) vivendo attigissent, nihil certi prædicere potuissent. Testes autem mihi sunt quotquot Græcos inter Barbarosque antiquitates literis prodiderunt. Nam & Manetho rerum Ægyptiacarum scriptor, & Berosus Chaldaïcarum auctor; & Mochus & Hestiæus, prætereaque Hieronymus Ægyptius, qui Phœnicum res prosequuti sunt, uno mihi omnes ore suffragantur. Imo etiam Hesiodus, & Hecatæus, & Hellanicus, & Acusilaus, Ephorus item & Nicolaus veteres mille annos vixisse tradunt. Ac de his quidem, prout sibi visum fuerit, quisque existimet.

Annus Magnus DC. communes colligit.

λῶ ἀσφαλῶς [h] αὐτοῖς προειπεῖν, μὴ ζήσασιν ἐξακοσίους ἑαυτούς· ἀφ' τοσούτων γὰρ ὁ μέγας ἑαυτὸς πληροῦται. μαρτυροῦσι δέ μοι τῷ λόγῳ πάντες οἱ παρ' Ἕλλησι καὶ βαρβάροις συγγεγραμμένοι τὰς ἀρχαιολογίας. καὶ γὰρ καὶ [i] Μανεθὼν ὁ τὰ [τ] Αἰγυπτίων ποιησάμενος ἀναγραφὰς, καὶ Βηρωσσὸς ὁ τὰ Χαλδαϊκὰ συναγαγών, καὶ [k] Μῶχός τε, καὶ [l] Ἑστιαῖος, καὶ πρὸς αὐτοῖς [m] ὁ Αἰγύπτιος Ἱερώνυμος, οἱ τὰ [n] Φοινικικὰ [o] συνταξάμενοι, συμφωνοῦσι τοῖς [p] ὑπ' ἐμὲ λεγομένοις. [q] Ἡσίοδός τε καὶ Ἑκαταῖος, καὶ Ἑλλάνικος, καὶ Ἀκουσίλαος, καὶ πρὸς τούτοις Ἔφορος καὶ Νικόλαος ἰσοροῦσι τοὺς ἀρχαίους ζήσαντας ἔτη χίλια. [r] περὶ μὲν οὖν τούτων, ὡς ἂν ἑκάστοις ᾖ φίλον, [s] ἔστω σκοπεῖσθαι.

V. CAP. IV.

De turri Babylonica, deque linguarum mutatione.

ΚΕΦ. δ'.

Περὶ τῆς πύργου Βαβυλῶνος, καὶ ἀλλοφωνίας τῶν ἀνθρώπων.

Noëi nepotes descendunt in Sennaar.

NOëi autem filii tres erant, Semas, Japhetus, & Chamas, centum annis ante diluvium nati: qui, primi de montibus in camporum planitiem descendentes, illic habitare constituerunt: & aliis, qui propter diluvii memoriam campestria metuebant, & segnes erant ad descensum ex locis celsioribus faciendum, suaserunt, ut fidenti animo eorum exemplum sequerentur. Et campus quidem, quo eos primum deduxerant, Sennaar appellatur. Cæterum Deo jubente eos ad incrementum hominum coloniis alias regiones occupare, (ut nulla invicem paterentur dissidia, sed, ampliori terrarum spatio culturam adhibentes, fructuum abundantia potirentur) *illi* rerum imperiti dicto ejus non obtemperarunt. quapropter in calamitates incidentes, sibimet erroris conscii esse cœperunt. Postquam vero juventutis multitudine florebant, Deus ipsis iterum consilium dedit, ut *hinc* colonias ducerent. Illi vero, rati se

Colonias hinc ducere nolunt, ἄθεοι καὶ ἀντίξοοι.

Οἱ δὲ Νωέου παῖδες τρεῖς ὄντες, [t] Σήμας, καὶ Ἰαφέθας, καὶ Χάμας, ἑκατὸν ἔτεσιν ἔμπροσθεν τῆς ἐπομβρίας γεγονότες, πρῶτοι κατελθόντες ἀπὸ τῶν ὀρῶν εἰς τὰ πεδία, τοῦ ἐν τούτοις οἴκησιν ἐποιήσαντο· καὶ τοὺς ἄλλους, σφόδρα δεδιότας ἀφ' ἧς κατακλυσμὸν τὰ πεδιὰ, καὶ ὀκνηρῶς ἐχοντας πρὸς τοῦ ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν τόπων καταβασιν, ἔπεισεν [v] θαρσήσαντας μιμητὰς αὐτῶν γενέσθαι· καὶ τὸ μὲν πεδίον, εἰς ὃ πρῶτον [x] αὐτοὺς κατῴκισεν, καλεῖται [y] Σενναάρ. ἐπεὶ δὲ Θεοῦ κελεύσαντος [z] αὐτοῖς εἰς πολυανθρωπησίαν χέλειν ἀποικίας· ἵνα μὴ στασιάζοιεν πρὸς ἀλλήλους, ἀλλὰ γῆν πολλὴν γεωργοῦντες, ἀφθονίας [a] ἀπολαύοιεν τῶν καρπῶν· τοῦτο ἀμαθίας παρήκουσαν τοῦ Θεοῦ. καὶ ἀφ' τοῦτο συμφορᾶις περιπεσόντες [b] ἤρξαντο τῆς ἁμαρτίας. ἐπεὶ γὰρ ἤνθουν νεότητος πλήθει, πάλιν ὁ Θεὸς αὐτοῖς [c] συνεβούλευσε ποιεῖσθαι τὴν ἀποικίαν. οἱ δὲ κατὰ τὴν διάνοιαν τοῦ ἐκείνου νομίζοντες

h Αὐτοῖς προειπεῖν] Αὐτὰς προειπεῖν μὴ ζήσαντας *Hen.* & mox, Διὰ τοσούτων ἐτῶν G. Sync. Ἀφ' οὗ τούτων Eusseb. edita & privata. Post paucula, οἱ παρ' ἐμὲ. καὶ βαρβάροις Eus. & G. Sync. *Bern.*

i Μανεθὼν] Varie scribitur, *sc.* Μανέθως, Μάνεθως & Μανέθων. *Huds.* Μάνεθως aut Μανεθὼ: *Big. Samb. Cas.* Eusseb. & alii sexcenti. μανεθὼν *Hen. Gen. Bas. G.* Sync. & Epiphan. exitu tonoque trito Josephi. Notabis tamen simplicius poni μανεθῶν, pro καὶ γὰρ καὶ μανέθως, in Chron. G. Sync. Proxime, ὁ τοῦ τὰ αἰγυπτίων ποιησάμενος ἀναγραφὰς. *Big. Bas. Gen.* G. Sync. & Epiphan. ὁ τοῦ αἰγυπτίων π. ἀναγραφὰς *Samb.* & *Hen.* ὁ τοῦ τὰ αἰγυπτιακῶν π. ἀναγραφὰς Eusseb. Præp. Ev. p. 415. & MS. ὁ τοῦ τὰ αἰγυπτίων π. συναγαγὼν *Hen.* & *G.* Cedrenus. *Bern.*

k Μῶχός] *Gallæus* (de *Orac. Sibyll.* Vol. 1. p. 62. & 63.) malit Μόλος vel Μόλων ex *Eusebio* de Præp. Evang. l. 9. c. 13. *Huds.* Μόλος incuria Eusebii, quando hanc periodum in suam συναγωγὴν jam dudum adscripserit, nescio an recentioris manus. MSS. enim Eusebii hic invasit error. Puri autem ejus manent libri omnes Josephi, & μῶχος præferunt, Græci, Latini, editi, inediti, ut omittam Cedrenum aliosque Josephi defloratores. Denique in Eusebiana Molonis historici nomen, Josepho quidem ingratum, fraudem illam attulit. Prætereo jam αἰσιαῦος, ἰκταῖος, ἐλλανικὸς, & consimilia codicum vitia: atque obiter adnoto ἰσιαῖος placuisse Ionibus, ἑσιαῖος idem nomen populo Attico. *Bern.*

l Ἑστιαῖος,] Αἰσιαῖος Syncellus. Vulgatam scripturam sequitur Eusebius. *Rel.*

m Ὁ Αἰγύπτιος Ἱερώνυμος,] Ὁ αἰγύπτιος *Hen.* τοῖς αἰγυπτίοις G. Syncellus p. 42. αἰγύπτιος G. alius. Mox, Φοινικὰ, errore *Hen. Gen* atque Cedreni exscriptoris. Ibidem οἵτε τὰ φοινικικὰ, Eusseb. Edit. & MS. *Bern.*

n Φοινικικὰ] Φοινικὰ Syncellus. Hæc frequenter permutantur, qua de re alibi. mox idem συγγεγραμμένοι, & παρ' ἐμοῦ. *Rel.*

o Συνταξάμενοι,] Sic *Big. Samb. Cas. Bas. G.* & *Vet. Interpr.* συγγεγραμμένοι *Vat. Hen. Syncell.* & Cedren.

p Ὑπ' ἐμὲ] Al. παρ' ἐμοῦ.

q Ἡσίοδος] Ita in omnibus *MSS. Græcis.* in *Latinis* autem *Isiodus, Esiodus, Isiodorus,* & *Isidorus.* unde *Vossius* (de Hist. Gr. l. 1. c. 10.) malit Ἰσιόδωρος, aut Ἰσιώρεος, intelligendo *Isidorum Characenum;* qui (ut constat ex *Luciano* de Macrobiis) in Historia sua attulit exempla regum longævorum. *Huds.* Facit mentionem quoque Hesiodi & in Lib. 1. Contra Appionem, non longe ab initio. *Corc.*

r Περὶ μὲν οὖν τούτων,] Hac aut simili loquendi modo sæpe utitur Josephus, non quod dubitet an verum sit quod traditur, sed ut liberum faciat arbitrium unicuique e Gentibus fidem habendi dictis ejus. Syncellus in chronographia totam hanc formulam omisit. Sed Eusebius habet loco citato. *Rel.*

s Οὕτως] Οὕτω *Big.*

t Σήμας, [illegible]φέθας,] Ita *Big. Cas. Vat.* Σήμας καὶ Ἰάφθας &c. *Bas.* & *G.* usus Græcorum Σήμης & Χάμης postulat. *Huds.* Σήμας καὶ Ἰαφέθας, καὶ [illegible]άμας *Big. Cas.* &, excepto medio fratrum, *Bas.* & *G.* Usus quidem Græcorum postularet σήμης & χάμης, χάμεω, in dissyllabis: quod tamen inter Canones Grammaticorum nec dum receptum vidi. Rectum est Ἰαφέθας, Ἰαφέθ, & melioribus codicibus adprobatum: laudo itaque *Big. Samb.* & *Cas.* Hoc nomen, contra etymon, contrahunt *Bas. Gen. Hen.* atque Tarasii Adjutor in Ἰαφθᾶς. ς illi pariter cum circumflexu ultimæ dicunt σημᾶς, χαμᾶς, atque etiam oblique σημᾶ, χαμᾶ, ingrata Minerva. Iterumne memorem *Hen. Gen. Bas.* & G. Sync. νώχε scripsisse, quoties *Big. Samb.* & *Cas.* νωέ. Inferius pro δεδιότας, legit Eustath. δεδοικότας. *Bern.*

v Θαρσήσαντας] Θαρσήσαντας *Big. Cas.* & Georgius Abbas. Θαρσωσάντας alii: a mendo *Bas.* Θαρσύσαντας. *Bern.*

x Αὐτὸς κατῴκισεν,] Huic lectioni vulgatæ adversantur *MSS. Gr.* & *Lat.* αὐτοὶ κατῴκησαν *Samb.* & *Hen.* αὐτοὶ κατῴκισαν *Big.* & *Vat.* αὐτὰς κατῴκησαν *Cas.* & *Syncell.* Huds. Hanc lectionem teneo juxta cum Editoribus, atque interpretor, *quo eos deduxerant.* Adversantur adhuc MSS. Græca & Latina. αὐτοὶ κατῴκησαν reperio apud *Samb.* & *Hen.* αὐτοὶ κατῴκισαν in *Big.* αὐτὰς κατῴκησαν, vel αὐτὸ, permitto G. Sync. & *Cas.* Bern.

y Σενναάρ.] Al. Σεναάρ.

z Αὐτοῖς εἰς πολυανθρωπησίαν] Ita *Samb.* & *Cas.* à prima manu. αὐτοῖς, εἰ πολυανθρωπήσαν manus altera. αὐτοῖς εἰς πολυανθρωπήσαν *Big.* αὐτοῖς εἰς πολυανθρωπίαν *Vat.* αὐτὰς εἰς πολυανθρωπίαν *Hen. Bas. G.* & *Syncell.*

a Ἀπολαύοιεν] Sic *Big. Samb. Cas.* & *Vet. Interpr.* ἀπολαίοιεν *Hen. Bas. G.* & *Syncell.* Huds. Verbum illud accentu submolestum, ex *Big. Samb. Cas.* & Epiph. ita adsero. ἀπολαίοιεν jam peccavit festinus calamus, ut litera secunda sæpius solet: cui omnino errori indulgent *Hen. Bas. Gen.* & Georgius Monachus, qui producit ἀφθόνως ἀπολαίοιεν, p. 45. sui Chronici. Mox ἀμαθίας haud recte scripsit Samb. propter ἀμαθῶν, τὸ θεμίζειν. *Bern.*

b Ἤρξαντο] Ita *Cas.* & *Epiphan.* ἤρξοντο *Big. Samb. Vat.* & *Syncell.* ἤρχοντο (*sc.* ἐλυπεῖτο) *Bas.* & *G.*

c Συνεβούλευσε] Ex *Big. Samb.* & *Vat.* συνεβούλευε *Bas.* & *G.* συνεβούλευσε τοῦ ἀποικίαν præcise *Syncell.*

d Τῷ

ζοντες ἔχειν τὰ ἀγαθὰ, τῷ ἢ ἰσχὺι αὐτοῖς τὴν οἰκείαν αἰτίαν τ δυσελπίας ὑπολαμβάνοντες, οὐκ ἐπείθοντο. προσπίπτουσι ἢ [d] τῷ θρασύνειν τ Θεοῦ γνώμης καὶ τὸ κατ' ἐπιβουλὴν ὑπονοεῖν εἰς ἀποικίαν αὐτὰς παρορμᾶν, ἵνα διαιρεθέντες [e] ἀσθενέστεροι ἦσιν.

β'. Ἐξῆρε δ' αὐτὰς πρός τε ὕβριν Θεοῦ καὶ καταφρόνησιν [f] Νεβρώδης, [g] υἱὸς μὲν ὢν Χάμυ τ Νωέως, τολμηρὸς ἢ ἐς κεῖρα γενναῖος. [h] ὃς ἔπεισεν αὐτὰς μὴ τῷ Θεῷ δίδοναι τὸ δι' ἐκεῖνον εὐδαιμονεῖν, ἀλλὰ τὴν ἰδίαν ἀρετὴν πάντα παρέχειν αὐτοῖς ἡγεῖσθαι. καὶ πεισθέντες κατ' ὀλίγον εἰς τυραννίδα τὰ πράγματα, μόνως ἅτως νομίζων ἀποστήσειν τοὺς ἀνθρώπους [i] τ φόβου τ θεοῦ, εἰ χρώμενοι τῇ αὐτοῦ δυνάμει διατελοῖεν· [k] ἀμυνεῖσθαί τε τ Θεὸν [l] ἠπείλει, πάλιν τὴν γῆν [m] ἐπικλύσειν μελήσασαν. πύργον γὰρ οἰκοδομήσειν, ὑψηλότερον ἢ τὸ ὕδωρ ἀναβῆναι [n] δυνησόμενον, μετελεύσεσθαι ἢ ἐς τὸν τῶν πατέρων ἀπωλείας.

γ'. Τὸ ἢ πλῆθος πρόθυμον ἦν τοῖς Νεβρώδου δόγμασιν ἕπεσθαι, [o] δειλίαν ἡγούμενον τὸ εἴκειν τῷ Θεῷ· καὶ τ πύργον ᾠκοδόμουν, οὐδὲν [p] ἀπολείποντες ἀργοῦς, οὐδὲ πρὸς τὸ ἔργον ὀκνηρῶς ἔχοντες. ἐλάμβανε ἢ μᾶλλον ὕψος, ἢ προσεδόκησεν ἄν τις, ὑπὸ πολυχειρίας. τὸ μέν τοι πάχος ἦν ἰσχυρὸν τοσοῦτον, [q] ὥστ' ὑπ' αὐτοῦ μεγέθους τοῖς ὁρῶσι τὸ μῆκος. [r] ᾠκοδόμητο δ' ἐκ πλίνθου ὀπτῆς, [s] ἀσφάλτῳ συνδεδεμένης· ὡς ἂν μὴ περιῤῥέοι. ἅτως ἢ μεμισωότας ὁρῶν αὐτοὺς ὁ Θεὸς, ἀφανίσαι μὲν ἐκ παντὸς οὐκ ἐκρίνεν, ὅπ [t] μὴ δι' ὑπὸ τ πρώτων ἀπολωλότων συμφρονισθεῖεν· εἰς στάσιν δ' αὐτοὺς ἐνέβαλεν, ἀλλογλώσσους ἀπεργασάμενος, καὶ ὑπὸ πολυφωνίας ποιήσας ἑαυτῶν ἀσυνέτους εἶναι. ὁ ἢ τόπος, ἐν ᾧ [v] τ πύργον ᾠκοδόμησαν, νῦν Βαβυλὼν καλεῖται, διὰ τὴν σύγχυσιν ἣ περὶ τὴν διάλεκτον πρῶτον ἐναρχθῆς· Ἑβραῖοι γὰρ τὴν σύγχυσιν Βαβὲλ καλοῦσι. πεῖ ἢ ἣ πύργου τούτου, καὶ τ ἀλλοφωνίας τ ἀνθρώπων, μέμνηται καὶ [x] Σίβυλλα, λέγουσα οὕτως· „[y] πάντων ὁμοφώνων ὄντων [z] τ ἀνθρώπων, πύργον ὑψικοδόμησάν τινες ὑψηλότατον, ὡς ὀπὶ τ οὐρανὸν ἀναβησόμενοι δι' αὐτοῦ. οἱ ἢ [a] θεοὶ, ἀνέμους ὀπιπέμψαντες, [b] ἀνέτρεψαν τ πύργον, καὶ ἰδίαν ἑκάστῳ φωνὴν ἔδωκαν. καὶ διὰ τοῦτο Βαβυλὼνα πυέσθη κληθῆναι τὴν πόλιν.„ πεῖ ἢ [c] τοῦ πεδίου τοῦ λεγομένου Σεννααρ ἐν τῇ [d] Βαβυλωνίᾳ χώρᾳ μνημονεύει Ἑκαταῖος, λέγων οὕτως· „τ „ἢ ἱερέων τοὺς διασωθέντας, τὰ τοῦ [e] Ἐνυαλίου Διὸς „ἱερώματα λαβόντας, εἰς Σεννααρ τ Βαβυλωνίας ἐλ„θεῖν.

non ipsius benignitate vitæ commodis perfrui, sed propriam felicitatem suis viribus deberi existimantes, *Deo* non paruerunt: quin & huic, quod illius voluntati morem non gererent, adjecerunt, suspicionem esse, *Deum* ad colonias deducendas illos impellere, ut dispersi facilius possent opprimi.

2. Ut eo contumeliæ in Deum & despicientiæ procederent, fecit Nebrodes, nepos Chamæ, filii Noëi, vir audax, & manuum viribus præclarus: qui persuasit eis ne Deo concederent, felicitatem illi acceptam ferri, sed in ea perstarent opinione, virtutem suam bonorum omnium causam illis exstitisse. Ac paulatim res in tyrannidem vertebat; ratus hoc uno modo homines à Dei timore abduci posse, si ipsius potentiæ fidere perseverarent: Deumque se ulturum esse minitabatur, terram *nova* aquarum illuvie operire meditantem. Turrim enim se exædificaturum esse, celsiorem quam ut aqua eo usque posset ascendere, majorumque suorum interitum *vindicta* persequuturum. *Nebrodes tyrannidem affectat.*

3. Multitudo autem iis libenter assensa est, quæ facienda visa sunt Nebrodi, ignaviam reputantes Deo cedere: turrimque exstruere instituerunt, nulli labori parcentes, neque in opere segniter occupati. Surgebat enim in altitudinem, supra quam speraverant, numerosa operantium manu. Verum adeo crassitudine valida erat, ut spectantibns ab ea videretur imminui molis sublimitas. Ædificabatur autem ex lateribus coctis bitumine colligatis, ne forte ab aqua circumfusa solveretur. Sic illos insanientes Deus conspicatus, delere quidem universos noluit, quamvis ne priore quidem clade in meliorem mentem profecerint: sed, linguis eorum variatis, dissidia in eos immisit, faciens ut ob sermonum diversitatem alii alios non intelligerent. Locus autem, in quo turrim ædificaverunt, propter confusionem linguæ, quæ prius omnibus ex æquo clara fuerat, nunc Babylon appellatur: nam Hebræi confusionem nominant Babel. De turri autem hac, deque linguis hominum mutatis meminit etiam Sibylla, ad hunc modum loquens: „cum omnes homines una lingua uterentur, altissimam turrim „ædificare quidam cœperunt, velut per eam in „cœlum scansuri. At Dii,' ventis emissis, turrim „hanc evertêre, & suam cuique linguam attri„buêre. unde urbi Babylon factum est nomen.„ Ejus vero campi, qui Sennaar appellatur, in Babylonia regione siti, mentionem facit Hestiæus, Jove Enyalio & Sennaar dicens: „qui vero de sacerdotibus servati e„rant, ablatis Jovis Enyalii sacris, in Sennaar „Babyloniæ venerunt. *Nebrodes auctore.* *Turris amplissima in Sennaar exstruitur,* *Dialectis variis dissipatur humanum genus.* *Babel, confusio.* *Turris Babylonia procellis corruit, Sibyl. la accinente.* *Hestiæus de Jove Enyalio & Sennaar.*

d Τῷ θρασύνειν] Τὸ θρασυν. τ. τ. θ. γν. καὶ κατ' ἐπιβουλὴν ἐπινοεῖν. *Bas.* Bern.

e Εὐεπιχειρητότεροι] Ita in plerisque *MSS.* & *Bas.* & *G.* δυσεπιχειρητότεροι γίνοιντο *Hen.* & *Syncell.*

f Νεβρώδης,] Sic passim *Big. Samb. Cas.* & *Vat.* Ναβρώδης. *Hen. Bas.* & *G.* Νεμβρώδης *Syncell.* Νεβρὼδ *Niceph.* Forsan tamen Νεμρώδης. nam β & μ in *MSS.* facile commutantur.

g Υἱὸς] Ita ex *MSS. Vet. Interpr.* & *Eusthatio* ad Hexaëmeron. ὃς ἦσος μὲ —— ἡγεῖτο, ἔπειθεν *Bas. G. Hen.* & *Syncell.*

h Ὃς ἔπειθεν] Deest in *Edit.* ὃς, additur vero recte ex MSS.

i Τῦ φόβου] Sic *Big. Samb.* & *Cas.* τ φόβου τ Θεοῦ *Vat. Epiphan.* & *Syncell.* θεοῦ τ Θεοῦ *Bas.* & *G.*

k Ἀμυνεῖσθαί] Ἀμυνὰς *Hen.* & *Syncell.* ἀντιμισθάσας *Epiphan.*

l Ἠπείλει,] Ex *Big. Samb. Cas. Hen.* & *Vet. Interpr.* πάλιν ἠπείλει *Vat. Bas. G.* & *Syncell.*

m Ἐπικλύσειν] Ita *Big. Samb. Cas.* & *Vat.* ἐπικλύσαι *Hen.* & *Syncell.* ἐπικλύσασθαι *Bas.* & *G.* Huds. ἐπικλύσασθαι θελήσουσα. *Cocc.*

n Δυνησόμενον,] *G. Sync.* μὴ δυνησόμενον. In negativis ita luxuriant Athenienses. Mox μετελεύσεσθαι, Cor Criticum Schotani. *Bern.*

o Δειλίαν ἡγούμενοι] Δυλείαν ἡγούμενοι τὸ εἶκ. *Big. Samb. Cas.* & *Vat.* δυλείαν ἡγούμενοι εἶκειν *Syncell.* & *Epiphan.* δειλείαν ἡγούμενοι τὸ εἶκ. *Bas.* & *G.*

p Ἀπολείποντες] Ἀπολιπόντες *Bas.* & *G.*

q Ὥστ'] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* ὡς *reliqui.* paulo ante ἰσχυὸν omittit *Syncellus.*

r ὨΙκοδόμητο] ὨΙκοδομεῖτο *Samb.* & *Vat.* Huds. ὨΙκοδομεῖτο *Samb.* Bern.

s Ἀσφάλτῳ] Ἀσφάλτου *Hen.* Mox αὐτὰς ἐρῶν *Cas.* Ἀπὸ *Hen.* & Georg. Abbas. Isti mox ἑαυτῷ, pro ἑαυτῶν. *Bern.*

t Μὴ] Μηδ' *Cocc.*

v Τὸν πύργον] ὨΙκοδόμουν τ πύργον *Hen.* Bern.

x Σίβυλλα,] Vide *Theophilum* ad *Autol.* p. 758. Edit. Oxon. *Cyrillum* contra *Julianum*, p. 9. *Edit. Lips. Cedrenum*, Vol. 1. p. xi. *Gallæum* de *Orac. Sibyll.* Vol. I. p. 337. & Vol. II. p. 459. *Beveregii* Cod. Can. Vindic. p. 142. & *Cotelerium* in notis ad *Patres Apostol.* p. 48. *Huds. Samb.* eam quidem vocem προπαροξυτόνως. Cæteri tamen omnes mediam acuunt, contra jus Grammaticum. *Bern.*

y Πάντων ὁμοφώνων] *Hen.* & *G. Sync.* illa serie, ὁμοφ. ὄντων π. ἀνθρώπων. Tum *Big.* & *Samb.* πάντων ὁμοφώνων ὄντων ἀνθρώπων *Hen.* denique paucis interjectis, καὶ ἐπὶ pro ὡς ἐπὶ. *Bern.*

z Τῶν ἀνθρώπων,] In plerisque *MSS.* deest τῶν.

a Θεοὶ,] In *Sibyll. Orac.* singulari numero Θεός.

b Ἀνέτρεψαν] Ἀνέτρεψαν *Vat.*

c Τῦ πεδίου] Illa τ πεδίου ex *MSS.* in *Bas.* & *G.* desiderantur.

d Βαβυλωνίᾳ] Ita *Hen. Bas. G. Euseb.* & *S. Hieronym.* Βαβυλωνίαν *Vat. Big.* & *Samb.*

e Ἐνυαλίου] Sic in *MSS.* & *Eusebii* Codd. in Præp. Evang. p. 416. Ἐνυαλίᾳ in *Editis*, perperam. Vide *Seldenum* de DIs Syris, p. 213.

VI. CAP. V.

Quomodo Noëi posteri per totum terrarum orbem sedes sibi occupaverint.

ΚΕΦ. ε'.

Ως οἱ Νώχε ἔκγονοι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπῴκησαν.

Gentium dispersio.

DE cætero igitur inde dispersi sunt, propter diversitatem linguarum coloniis passim deductis; & singuli terram *istam* occuparunt, in quam inciderunt, eosque duxit Deus; ita ut omnis terra continens, tam mediterranea quam maritima, eis repleretur. Nonnulli autem etiam navibus trajicientes, insulas habitarunt; & gentium quædam nomina quidem à conditoribus imposita *hactenus* servant, at quædam etiam mutaverunt; aliæ vero, ut ad accolarum captum magis accommodarentur, *nominum* inversionem habuerunt. Græci autem hujus rei auctores exstiterunt: qui, posterioribus sæculis rerum potientes, veterum gloriam sibi propriam effecerunt; dum gentes nominibus sibi intellectis insigniunt, illisque, ut à se oriundis, reipublicæ formam constituunt.

Græci devitis gentibus nova dant nomina.

[f] Σκίδναντο δὴ τὸ λοιπὸν ἐνθεῦθεν, κατὰ τὴν [g] ἀλλογλωσσίας τὰς ἀποικίας ποιησάμενοι πανταχοῦ· καὶ γῆν [h] ἕκαστοι καθελάμβανον τὴν [i] ἐντυγχάνουσαν, καὶ εἰς ἣν αὐτοὺς ἦγεν ὁ Θεός· ὡς πληρωθῆναι πᾶσαν αὐτῶν ἤπειρον, [k] μεσογείων τε καὶ παραλίων. εἰσὶ δ' οἳ καὶ περιωσάμενοι νᾶσοι, τὰς νήσους κατῴκησαν· καὶ τῶν ἐθνῶν ἔνια μὲν διασώζει τὰς [l] κατὰ τὴν κτίσιν κειμένας παρωνυμίας, ἔνια δὲ καὶ [m] τὰ μὲν πρὸς τὸ σαφέστερον εἶναι δοκοῦντα τοῖς παροικοῦσι, μικρὸν ἔλαβον. Ἕλληνες δ' εἰσὶν οἱ τούτοις καταστάντες ἄριστοι· ἰσχύσαντες γὰρ ἐν τοῖς ὕστερον, ἰδίαν ἐποιήσαντο καὶ τὴν πάλαι δόξαν, καλλωπίσαντες τὰ ἔθνη τοῖς ὀνόμασι πρὸς τὸ σωφρονέστερον αὐτοῖς, καὶ κόσμον θέμενοι πολιτείας [n] ὡς ἀφ' αὐτῶν γεγονόσιν.

VII. CAP. VI.

Quæ gentes singulæ à suis auctoribus nomina traxerint.

ΚΕΦ. ς'.

Οτι τὰ ἐθνῶν ἕκαστον ἀπὸ τῶν [o] οἰκησάντων προσηγορεύθη.

Europæi ab Japhetho profusi.

FIliis Noëi nati sunt filii, quorum in honorem gentibus nomina imponebant *homines*, ut quisque terram aliquam occuparat. Siquidem Japhetho filio Noëi nati sunt septem filii. Isti vero terram possederunt, à Tauro & Amano montibus incipientes; & processerunt, in Asia quidem usque ad fluvium Tanaïm, in Europa vero usque ad Gadira; terram in sedem capientes, sibi forte oblatam, quamque nemo ante habitaverat, gentibus sua indiderunt nomina. Qui enim nunc à Græcis Galatæ appellantur, olim vero Gomarenses dicti, Gomarus condidit; Magoges autem Magogarum à se denominatorum coloniam duxit, qui ab ipsis vocantur Scythæ. Ex Japhethi autem filiis Jovano & Made, *scilicet* ex Made quidem Madæorum gens descendit, qui à Græcis Medi nominantur; ex Jovano vero, Ionia & Græci omnes oriuntur. Quin & Thobelus Thobelis sedem dedit, qui nostra ætate Iberi

Gen. c. 10. & 1 Par. c. 1. Japhethi genus.

1. *Gomarus, à quo Galatæ.*
2. *Magoges, Scythæ.*
3. *Mades, Medi.*
4. *Jovanus, Græci.*
5. *Thobelus, Iberi.*
6. *Mosoches, Cappadoces.*
7. *Thiras, Thraces.*

Ἦσαν δὴ τοῦ Νωέ παῖδων ἑπτὰ, ὧν ὅπῃ τιμῇ τοῖς ἔθνεσι τὰ ὀνόματα ἐπέθεσαν οἱ γῆν τινα [p] καταλαμβάνοντες. Ἰαφέθ μὲν οὖν ὃς Νωέ παιδὸς ἦσαν ἑπτὰ υἱοί. καθοικοῦσι δ' ἔτοι, ἀπὸ Ταύρου καὶ Ἀμάνου τῶν ὀρῶν ἀρξάμενοι· καὶ προῆλθον ὅπῃ μὲν τὸν Ἀσίας, ἄχρι ποταμοῦ [q] Ταναΐδου, ὅπῃ δὲ τὸν Εὐρώπης ἕως [r] Γαδείρων, γῆν ᾗ ἔτυχον καταλαμβάνοντες, καὶ μηδενὸς προκατοικήσαντος, τὰ ἔθνη τοῖς αὐτῶν σκάλεσιν ὀνόμασαν. τοὺς μὲν γὰρ ὑφ' Ἑλλήνων Γαλάτας καλουμένους, [s] Γομαρεῖς δὲ λεγομένους, Γόμαρος ἔκτισε· Μαγώγης δὲ τοὺς [t] ἀπ' αὐτοῦ Μαγώγας ὀνομαζομένους [v] ὤκισε, Σκύθας δὲ [x] ὑπ' αὐτῶν προσαγορευομένους. τῶν δὲ Ἰαφέθ παίδων, [y] Ἰωυάνου καὶ Μάδου. ἀπὸ μὲν τοῦ [z] Μάδου Μαδαῖοι γεγόνασιν ἔθνος, οἱ πρὸς Ἑλλήνων Μῆδοι κέκληνται· ἀπὸ δὲ Ἰωυάνου Ἰωνία καὶ πάντες Ἕλληνες γεγόνασι. κατοικίζει δὲ καὶ [a] Θώβηλος Θωβήλους, [b] οἳ-

[f] Σκίδναντο] Διασπορίζονται, manus Italica (in ora *Big.*) quoniam Hesychius notaverat σκίδναντο, διασπορίζονται. *Bern.* Sed Σκίδνανται retinet Eusebius, qui hæc citat ac si Hestiæi essent non Josephi. *Rel.*

[g] Ἀλλογλωσσίας] Male ὁμογλωσσίας in *Eusebii Codd.* tam impressis quam editis. *Huds.* Ὁμογλωσσίας Euseb. edita scriptaque Exemplaria: facile enim discedit M in bina ΛΛ Græca. Aut hoc illud maluit Demonstrator Evangelicus Præparat. suæ p. 417. σκίδνανται δ' τὸ λοιπὸν ἐντεῦθεν, κατὰ τὴν ὁμογλωσσίας τὰς συνοικίας ποιησάμενοι πανταχοῦ. Is enim ita scripsit. *Bern.*

[h] Ἕκαστοι] Ita *Big. Samb. Caf.* & *Euseb.* in *Vat.* & *Editis* ἑκασός.

[i] Ἐντυγχάνουσαν,] Ἐντυχοῦσαν *Samb. Vat.* & *Euseb.* Huds. ἐντυγχανοῦσαν. *Big.*

[k] Μεσογείων τε] Μεσογαιών τε *Gen.* Hujus capituli & sequentis διαποίησιν vide in *Eustathio* ad Hexaëmeron.

[l] Μετέβαλον,] Μετέβαλε *Cocc.* & mox idem ἔλαβεν pro ἔλαβον.

[m] Τὰ μὲν,] In *Baf.* & G. ἃ μὲν.

[n] Ὡς ἀφ' αὐτῶν] Ὡς ἂν ἀφ' αὐτῶν *Baf.* & G.

[o] Οἰκησάντων] Οἰκισάντων. *Cocc.*

[p] Καταλαμβάνοντες.] Καταλαβόντες *Vat.*

[q] Ταναΐδου,] Ταναΐδου Typographi *Baf.* aliique. Urbs autem tonum illum postulat, non fluv. Tanais. *Hen.* ibidem μίχεε πολέμῳ ταν. *Bern.*

[r] Γαδείρων,] Ita distincte *Samb.* in aliis *MSS. Editisque* Γαδείρων γῆν ᾗ, haud congrue. Quin & verba ista, γῆν, ᾗ ἔτυχον καταλαμβάνοντες, quæ nec *Hieronymus*, nec *Epiphanius* videtur agnovisse, commode abesse posse existimat *Bernardus.* Huds. Quin verba ista, γῆν, ᾗ ἔτυχον καταλαμβάνοντες, si uncos subire jussero, sive penitus expungi, damnum adeo nullum Hieronymus aut Epiphanius, Interpretes, forte nec passurus Josephus. At vero quis me liberabit hac Babylone? Video enim hujus capitis corrupta pleraque & confusa, turpissime quidem apud Librarios Latinos. Dum illi vocabula propria à formâ Atticâ ad simplicitatem Hebraicam conantur reducere, dum male audiunt, male legunt, intelligunt pessime, surgit sponte moles aut arx atra errorum. *Bern.*

[s] Γομαρεῖς] Γομαρεῖς à γομαρὸς præstant *Baf.* & G. ἀνάλογον. Ita ἀλικαρνασσός, ἀλικαρνασσεῖς. ταρσὸς, ταρσεῖς. Alio accentu *Samb.* γομάρεις abs γόμαρος. Dein ut ἄψυρτος ἀψυρτίς, sic in cod. *Hen.* γομαρεῖς illic, hic γάμαρος: observat etiam γομαρεῖς Zonaras Secretarius, sed à γάμερ deducit, ut *Gameritas* suas Epiphan. scriba, & Pseudo-Eustathius γαμαρεῖς, persuasi auctoritate τοῦ δ. Neque omittendum videtur γομαρεῖς derivari à γομαρὸς lectionis *Caf.* (& *Big.*) modo facillimo, quam ἀληθὸς, ἀληθεῖς: siquidem ita amat Josephus. *Bern.*

[t] Ἀπ' αὐτοῦ] Ita *Samb. Hen. Caf. Vat.* & *Vet. Interpr.* ἐξ αὐτοῦ *Zonaras.* τοὺς ὑπ' αὐτοῦ *Baf.* & G.

[v] Ὤκισε,] Male in *Editis* ᾤκησε.

[x] Ὑπ' αὐτῶν] Νῦν pro ὑπ' αὐτῶν habent *Eustath. Zonaras*, *Aliique.* diserte ὑφ' Ἑλλήνων *Vet. Interpr.*

[y] Ἰωυάνου] Ita *Big. Caf. Samb.* & *Vat.* Ἰαύνου *Hen. Baf.* & G. nominum varietatem portentosam pete, si lubet, ex *Hieronymo* in Traditionibus Hebraïcis, *Zonara*, *Eustathio* in Hexaëm. notisque *Allatii*, *Syncello*, *Auctore* Chron Pasch. *Cedreno*, *Malela*, *Anastasio Sinaïta*, *LXX. Heideggero* in Hist. Sacr. *Aliisque.* Vide *Bocharti* Geogr. Sacr. & *Grotium* in Annott. ad Lib. 1. *de Verit. Chr. Relig.*

[z] Μάδου] Μάδυ priorum Typothetarum incuria exciderat: iidemque mox struxerant, γίνου, ἔθνος ὁ πς. De Madæis videsis *Jos. Medum* Lib. 1. p. 273, 281.

[a] Θώβηλος] Ita *Samb.* unde soluto ω, Θόβηλος Θοβήλους apud *Hen.* & *Eustath.* Θόβηλος & Θοβήλους *Big. Caf. Vat. Baf. G. Huds.* Epiphanii codices omnes *Iobel*, *Iobelos*, propter consimiles

[b] οἳ-

[b] οἵτινες ἐν τοῖς νῦν Ἱβηρες καλοιῦνται· καὶ [c] Μοσυχηνοὶ ἢ ὑπὸ Μοσυχα κτισθέντες, [d] Καππαδόκαι μὲν ἄρτι κέκληνται. τὸ δὲ ἀρχαίας αὐτῶν πατρίδος σημεῖον δείκνυται· πόλις γάρ ἐστι παρ' αὐτοῖς ἔτι καὶ νῦν [e] Μάζακα, δηλοῦσα τοῖς συνιέναι δυναμένοις, ἔτως ποτὲ προσαγορευθὲν [f] πᾶν τὸ ἔθνος. [g] Θειρᾶς δὲ Θείρας μὲν ἐκάλεσεν, ὧν ἦρξεν· Ἕλληνες δὲ Θρᾶκας αὐτὰς μετωνόμασαν. καὶ τοσοῦτα μὲν ἔθνη ὑπὸ τῶ Ἰαφέθου παίδων καλοικεῖται. Γομάρου δὲ τριῶν υἱῶν ἡγουμένων, [h] Ἀσχάναξος μὲν Ἀσχανάξιος ὤκισεν, οἱ νῦν [i] Ῥηγῖνες ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων καλοῦνται· Ῥιφάθης δὲ Ῥιφαθαίους, τοὺς Παφλαγόνας λεγομένους· [k] Θυγράμμης δὲ Θυγραμμαίους, οἱ δόξαν Ἕλληνι φρύγας ὠνομάσθησαν. Ἰωυάνου δὲ τοῦ Ἰαφέθου, [l] τριῶν καὶ αὐτοῦ παίδων ἡγουμένων, [m] Ἐλισσᾶς μὲν Ἐλισσαίους ἐκάλεσεν, ὧν ἦρχεν, Αἰολεῖς δὲ νῦν εἰσί· [n] Θαρσεὶς δὲ Θαρσεῖς, ἔτως γὰρ ἐκαλεῖτο τὸ παλαιὸν ἡ [o] Κιλικία. [p] σημεῖον δέ, [q] Ταρσοὶ γὰρ παρ' αὐτοῖς τῶν πόλεων ἡ ἀξιολογωτάτη καλεῖται, μητρόπολις οὖσα· τὸ πᾶν ἐκ τὴν κλῆσιν ἀφτὶ τοῦ ῆτα [r] μεταβαλλόντων. [s] Χέθιμος δὲ Χεθιμαὶ τὴν νῆσον ἔσχεν· [t] Κύπρος αὐτὴ νῦν καλεῖται. καὶ ἀπ' αὐτῆς νῆσοί τε πᾶσαι, καὶ τὰ πλείω τῶν ἐφεξῆς θαλάσσης, [u] Χεθιμ ὑπὸ Ἑβραίων ὀνομάζεται. μάρτυς δέ μοι τοῦ λόγου, μία τῶν ἐν Κύπρῳ πόλεων ἰσχύσασι τὴν προσηγορίαν φυλάξαι· [x] Κίτιος γὰρ ὑπὸ τῶν ἐξελληνισάντων αὐτὴν καλεῖται, [y] μὴ δὴ οὕτως ἀφθόγγοις τοῦ Χεθίμου τὸ ὄνομα. Ἰαφέθου μὲν δὴ παῖδές τε καὶ ἔθνη τοσαῦτα ἔσχον ἔθνη. ὁ δὴ ἴσως ὑφ' Ἑλλήνων ἀγνοεῖται, τοῦτο προειπὼν, τρέψομαι πρὸς τὴν ἀφήγησιν ὧν [z] κατέλιπον. τὰ γὰρ ὀνόματα ἀφ' ὧν τὰς γενεαλογὰς ἀνέγραψε, [a] ἡδονὴν τῶν ἐντυγχανόντων ἐργάσεται.

vocantur: & Mosocheni à Mosoche conditi, nunc quidem Cappadoces dicti sunt. Antiquæ autem appellationis *non obscurum* indicium habetur: urbs enim etiam hodie apud eos est Mazaca *nominata*, ostendens harum rerum peritis, quod universa gens olim ita fuerit appellata. Thiras autem Thires *de se* vocavit, quorum fuit princeps: Græci vero nominis mutatione Thracas fecerunt. Et tot quidem gentes à Japhethi filiis ortæ sunt. Trium autem Gomari filiorum, *unus* quidem Aschanaxus Aschanaxos condidit, qui nunc Rhegines nominantur à Græcis: Rhiphathes vero Rhiphathæos, qui vocantur Paphlagones, & Thygrammes Thygrammæos, qui, ut visum est Græcis, Phryges vocantur. A Jovano autem Japheti filio, & ipso tres filios habente, ortus Elysas Elysæis nomen dedit, quorum fuit princeps, nunc vero Æoles habentur: Tharsus autem Tharsensibus; sic enim olim appellabatur Cilicia. indicio autem est, quod urbs apud eos celeberrima, eademque Metropolis, dicta sit Tarsus; theta ad nomen variandum ab eis conversо in tau. Chethimus autem Chethimam insulam occupavit: ipsa vero nunc Cyprus vocatur. & ab ea insulæ omnes, & pleraque loca maritima ab Hebræis Chethim dicuntur. Ejus vero, quod dico, testis mihi una urbium in Cypro, cui accidit ut nomen suum *adhuc* servaret: Citium enim appellatur ab his, qui eam in formam Græcam immutarunt; ne sic quidem à Chethimi nomine multum discrepans. Japhethi itaque filii & nepotes tot gentes condiderunt. Cæterum hoc unum, quod Græcis forsan parum exploratum, præmittam, deinde ad ea quæ supersunt narranda revertar. Nomina siquidem propter scripturæ decorem Græci ad delectaμες ἢ Θοργαμμαίους *Big.* & *Casf.* Huds. Legerat pariter ante aliquot secula Zonaras, Θοργαμᾶς ἢ Θοργαμαίους. Hunc nepotem Japeti appellat S. Hieronymus *Thogorma*, Judæi fere *Thogarma*, sed vetustiores Θοργαμά. *Bern.*

Gomari tres.
8. Aschanaxus, Rhegini.
9 Riphathes, Paphlagones.
10. Thygrammes, Phryges.
Jovani tres, omisso Rhodiorum patre.
11. Elisas, Æoles.
12. Tharsus, Cilices.
13. Chethimus, Cyprii.

Hellenismum sectatur Josephus. Chamas Palestinam obtinet atque Africam.

miles literas antiquas ι & τ. Rabbinis autem debet S. Hieronymus forte illud *Thubal*. Bern.

b Οἵτινες] Sic in *Basf. G.* & *Vet. Interpr.* οἵτινες τῶν *Big. Samb. Vat.* & *Casf.*

ממקן *Onc. Jon. Jeroſ. & Uz.*	יקן *Onc. Jon. Uziel. & Jeroſ.*	ברקן *Onc. Jon Uz. & Jeroſ.* Κιγάνιος *Symmacho.*	

μάθ. τῷ δὲ Δραχένῳ ᵍ τάτε ᾧ ἐνδύμαθ. ʰ שוהם fructum amplitudine palmi, auro & iisdem quibus Epho-

יהלם 6. נפתלי.
Jahalom. *Naphthali.*
Ιασπις LXX. & *Hieron.*
Σάπφειρος *Joſ.*
סבהלום *Onc.* & *Jon.*
כרכורין *Uziel.*

ספיר 5. דן.
Sapphir. *Dan.*
Σάπφειρος LXX. *Hier. Uz.* & *Jeroſ.*
Ιασπις *Joſ.*
שבוז *Onc.* & *Jon.*

נפך 4. יהודה.
Nophec. *Juda.*
Ανθραξ LXX. & *Joſ.*
Carbunculus Hier.
אומרגרין *Onc. Jon.* & *Uzel.*

אחלמה 9. יששכר.
Achlamah. *Iſaſchar.*
Αμέθυστος LXX & *Hieron.*
Αχάτης *Joſ. in Ant.*
Λιγύριον *Joſ. περὶ ἀλ.*
עין עגלא *Onc.* & *Jon.*

שבו 8. אשר.
Schebo. *Asher.*
Αχάτης LXX. & *Hier.*
Αμέθυστος *Joſ.*
טרקיא *Onc.*
ערקין *Jon.*

לשם 7. גד.
Leshem. *Gad.*
Λιγύριον LXX. & *Hier. ex MSS.*
Λιγύριος *Joſ. in Ant.*
Αχάτης *Joſ. in Bell.*
קנכירי *Onc.* & *Jon.*

ישפה 12. בנימן.
Jaſphe. *Benjamin.*
Ονύχιον LXX. & *Hier. ad Eſ.*
Beryllus Hier. ter.
Βηρύλλιος *Joſ. in Ant.*
Χρυσόλιθος *Joſ. περὶ ἀλων.*
מגזרין *Onc. Jon.* & *Uziel.*

שהם 11. יוסף.
Shoham. *Joſeph.*
Βηρύλλιον LXX. & *Hier. ad Eſ.*
Onychinus Hieron. ſæpius.
Ονυξ *Joſ. in Ant.*
Βηρύλλος *Joſ. de B.*
בורלא *Onc. Jon.* & *Uz.*

תרשיש 10. זבולון.
Tarshish. *Zabulon.*
Χρυσόλιθος LXX. & *Hier.*
Χρυσόλιθος *Joſ. Ant.*
Ονυξ *Joſ. de Bell.*
כרום ימא *Onc. Jon. Uz.* & *Jeroſ.*

Tabula poſterior ex Rabbinis aliquot, & Ainſvortho, & Braunio.

יעקב	יצחק	אברהם
3. לוי. ברקת	2. שמעון. פטדה	1. ראובן. אדם
Smaragdus.	*Topazius.*	*Sardius.*
6. זבולון. יהלם	5. יששכר. ספיר	4. יהודה. נפך
Adamas Braun.	*Sapphirus.*	*Carbunculus.*
Sardonyx Ainſ.		*Chalcedonius Ainſ.*
9. גד. אחלמה	8. נפתלי. שבו	7. דן לשם
Amethyſtus.	דן *Braun.*	נפתלי *Braun.*
	Achates Braun.	*Hyacinthus.*
	Chryſopraſus Ainſ.	
12. בנימן. ישפה	11. יהוסף. שהם	10. אשר. תרשיש
Iaſpis.	*Beryllus Ainſ.*	*Chryſolithus.*
	Sardonyx Braun.	

שבטי ישראל

1. אדם, ادم, ὁδὲμ, lapidum Pontificalium primum, & Reubeno principi Iſraelitarum merito conceſſum, Joſephus jam in hiſce Originibus interpretatur σαρδόνυχα, pariterque *Commentator Major* ex Rabbinicis שורנגין, & ab illo R. Nathan Lexicographus. Nam *Sarda gemma*, quod ait facundiſſimus Plinius, *nomen cum Sardonyche communicavit*, imo cum aliis, unde σαρδαχάτης. Alibi tamen Joſephus σάρδιον, ut l. 6. αἶλω. & Scriptor *Semot rabbot* אדום *Rubeum*, vel, ut, Barbari amant *Rubinum*. Quinetiam LXX. ubique S. Literarum σάρδιον, totieſque S. Hieronymus *Sardium*, quos imitantur Syri Arabeſque ad Ezech 28. 13. Abrahamo Medico *Rubinus*, itemque Judæis per Hiſpaniam, niſi quod Abarbanelis *Granatum* exponat, alii aliquot ejus tribus *Carneolum Corneolumve*. Cæterum aio אדם ad Sacrum cor, fuiſſe *Sardiorum* ex genere fœmineo, quod rubicundius aliis viderat περὶ λίθων diſcipulus Ariſtotelis, imo perſpexerat, ſanguinis quam unguium humanorum ſimilius. Hanc *Sardam* vocat Plinius Naturalium ultimo, *ut Sardibus* (Lydorum puta) *primum repertam*, (aut ibi ſane crebrius venditam una cum veſtibus pretioſis Perſarum eodem fuco,) *jed laudatiſſimam circa Babylonam*. Neque aliter diſſerit de hoc lapide Antiſtes Salaminius, qui Cæcilium nunquam legerat. Τὸ λογεῖον ὁ μὲ πρῶτος λίθος σαρδὶς. ἔστι δὲ πυρωπὸς τῷ εἴδει, καὶ αἱματοειδὴς, (ita in Orphicis σαρδία δ' αἱματόεντα.) ἐμβαίνουσι δὲ τῇ τοῦ ἄστεος ἐλάᾳ γίνεται. ἔστι δὲ διαυγὴς ὁ λίθος. Idem ſuadet omnis terme antiqua Interpretatio. Ita סמכן *Samcan*, ἰσχυρὸν, *ſuave rubens* Onceloſo perveteri ſane Legis paraphraſtæ, veroque Jonathani ad Prophetias. סמוקתא *Semucta* Uzielidæ, סמקתא Syro ad Exodum, סמוק Interpreti Samaritarum, סמקתא Targ. Jeroſolymitano. Et ex eadem indole ياقوت احمر Arabi Walt. & احمر *ahmaro* Interpr. Samaritanorum alteri, Judæoque Africano. Inde אחמר apud Targum Cantici Salomonici c. 6. 14. Hoc etiam confirmatur ſcholiis ad Acharnenſes Pacemque Ariſtophanis, καὶ τί ῥάψω βάμμα σαρδιανὸν τετάσι, μᾶζίζων τι ἐρυθροποίσω τοῖς αἵμασι. ὅτι εἰς τὴν σάρδιν (nam σαρδὼ vitioſum) τὸ λυδίας πυρὸν βάμμα γίνεται. Veruntamen & ruborem præcellentis lapidis & interpretationem Joſephi tuetur quaſi Epiphanius ad Diodorum ubi agit de Sardiis. ἔστι δὲ καὶ σαρδόνυξ, ὃς καλεῖται μολοχίς. (*præcipuum illud* interpretator & βασιλικὸς ملكاع, vel ملاحة *pulcrum formæque excellentis*: τὸ δὲ αὐτῆς ἰδέας τυγχάνει ὑποχλωρίζων. Ubertim Plinius de illis, *Inveniuntur in India trium generum, Rubrum, & quod Demium vocant à pinguedine*, (emendari placet, *& quod Demium* دموي & دموي *vocant à ſanguine: tertium quod argenteis bracteis ſublimitur*: id quidem ſignificat Arabum ملحة. Verum שוהם Ezechielis nihil ad Sardios facit, neque aliud denotat quam *amuſſis* סרט Syrorum Chaldæorumque, quicquid viri docti docent poſt Cimchios.

2. Sequitur gemma Simeonis פטדה πιτδὰ, פטדא: cujus de colore diſſentiunt Judæi Chriſtianique nuperi, fulvus is eſſet, an prorſus viridis. De nomine tamen mira illorum & veterum conſenſio. Τόπαζον appellat Joſephus, qua forma Orpheus fictus & Dionyſius Periegeta erant uſi: τοπάζιον Alexandrini, S. Hieronymus, & infinitus numerus Theologorum præter Græcos profanos. Imo vero ab Hebraico פטדה *pitda*, *poteda*, aut *patda* venit τοπάξιον antiquum, & τοπάζιον vulgi, necnon πιάξιον, aut lenius πάζιον Heſychii. Veriſimilius autem habeo πάζιον & τοπάζιον λίθος πολύτιμος, in Lexicon Heſychii cum multis aliis commigraſſe ex Scholiis SS. Patrum, præſertim de ψ. ριθ. σλιχ. ἐκδ. ἠγάπησα γὰρ τὰς ἐντολάς σου ὑπὲρ τὸ χρυσίον καὶ τὸ πάζιον, מזהב ומפז, *mizzahab umippaz*: quomodo antiquitus lectum fuiſſe arguit MS. Alexandrinum. Magis tamen obtinuit ὑπὲρ χρυσίον καὶ τοπάζιον, quod eſt Theodoreto interprete, ὑπὲρ χρυσίου καὶ λίθων πολυτελῶν. Doctores enim LXX. antea vocem illam Hebraicam פז λίθον τίμιον interpretati fuerant ψ. ριθ. καὶ κ'. pro Obryzo, quod oportuit cum S. Hieronymo & Paraphraſta Chaldæo, niſi ſi propter fulgorem flavedinemque ſuam Topazus, quandoque פז inter Hebræos, velut χρυσολιθος & χρυσοχρως apud Græcos dici meruerit. Pergit Epiſcopus Cyrenſis, τὸ γὰρ τιμιώτατον λίθων τοπάζιον. εἰκὰς δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τοῦτον (hiſtoria quidem Agatharcidæ tantum comprobat) σπουδάζεσθαι τὰ ἄλλων. Hæc exſcripſit quidem Theodorus, & ſimilia ab Athanaſio S. Auguſtinus ad ψ. ριθ. *Super aurum & topazion. Hoc enim in alio ψ. legimus, Super aurum & lapidem pretioſum multum. Topazion enim perhibent eſſe lapidem pretioſum.* Τοπάζιον vero Arabicum quid ſonare & Troglodyticum præter Plinium nemo doctus, ſpero, negabit; aut valere verbum *quærendi* Græcorum aſſeret nemo. Pauci etiam lapidi huic inſulam Topaziorum nomen ſuum dediſſe, ſed accepiſſe quidem eam putabunt à lapide, ſicut in ſinu eodem à Sapphiro revera tulit inſula Sapphirena: adverſa licet his tradiderint Alexander Polyhiſtor, Rex Juba, Plinius Secundus, necnon Ambroſius, Epiphanius, & è noſtris alii. Haud vero mirandum, ſi Topazii patriam fecerint Stephanus Byzantius νῆσον τινα ἰνδικὴν, Epiphaniuſve πολιν τῆς ἰνδίας. Solet enim Troglodytica totaque Arabia apud Scriptores Græcos Indiæ nomine comprehendi, parique amplitudine vocis כוש in Bibliis Divinis. Unde lapis iſte Arabicus in Jobi libro πιτδακὸς כוש פטדת כוש nuncupatur. Audiamus vero de Topazii origine Agatharcidam Ptolemæo Philometori haud ignotum, hujus adeo verba ultro ſequuntur Diodorus Straboque viri in hiſtoria celebres, hos etiam Euſtathius Theſſalonicæ aliique. Τὰς μὲ μελιτάζεσθας καὶ τὸ ἀκήθαστον κόλπον σχεδιάζουσι, ait Cnidius; νῆσος ἐκεῖ,

Essenes, *Logion sive Oraculum, vulgo Rationale.*

Ephodes coloribus eleganter intertextum. Essenes τεκμήριον ἀπαθείας τὸ μέγεθος, χρυσῷ τε καὶ τοῖς αὐ-

κενῇ), τῷ μὲ θίξαι πελαγία, μήκος ἔχουσα σταδίων ὡς ὀγδοήκοντα· ἣν καλοῦσιν ἰφιώδη. Dixeres חבוט & חבה *Serpentaria*. Videant alii, an hoc idem adstruat C. Plinius. *Egregia etiam nunc Topazio gloria est suo virenti genere*, (id jam distinguit vir clarissimus ab altero χρυσοφαεῖ & Iaventiore:) *& cum reperta est, prælata omnibus. Id accidit in Arabiæ insula, quæ Chytis vocatur, in qua Trogodytæ prædones, cum diutius fame ac tempestate pressi herbas radicesque effoderent, eruerunt Topazion. Hæc Archelai sententia est.* Hanc etiam diducit S. Ambrosius ad ψ. εικ'. Aut idem Caius in Geographicis l. 6. c. 29. *Omisit Juba & tertiam Berenicen, quæ Epideros, insignem loco. Est enim sita in cervice longe procurrente, ὃν κόλπον βαθυζώνου* Arrianus dicit, *ubi fauces Rubri maris* VII. *M. D. passuum*, (sic libri meliores, & LX. *Stadia* Strabonis Arrianique bene conveniunt. Puto itaque *Chytin* insulam, hodieque *Cambela* vocari in Geographia Arabica, quæ cc. M. passibus abest à Babolmandabo, & oppositæ Jemanæ castellum *Hacam* prospicit.) *ab Arabia distant. Insula ibi Chytis Topazion ferens.* Pergit modo Agatharcides, ὕστερον μὲ γίνεσθαι παῦσιν ἐρτικῆς, ἐφ' ἡμῶν ὃ ἱλασθέρων τόπων. Hoc ita pridem fecerat Ptolemæorum Euergeta, monumento Adulitano nobilis. Unde paulo demissius loquitur ea de re ὁ γεωγράφος. Ὧν ἠλευθέρωτε τὴν ἐρετικὴν ὁ βασιλεύς, ἅμα καὶ ἀφ' ἡμῶν φίλους τὸ σεσωσμένον ἀνθρώπων σὺν τοῖς θηρίοις, καὶ ἀφ' ἡμῶν τὰ τοπάζια. Pariter Diodorus, qui & Agatharchidæ Peripateticus (ut claret) Regumque Ægyptiorum Commentaria hac de causa versaverat, ὃν ὃ τοῖς μεγαλομερέσι χρήσιος ὑπὸ τὴν κτῆσιν τὴν ἀλεξάνδρειαν βασιλέων ἐτῶν ἐξημερώθη φιλοτίμως, ὡς μηδὲν εἶναι κατ' αὐτὴν ἱερᾶς τὸ σεσυρμένον ζώων. ὁ δ' Ἀγαθαρχίδης ὃ τὴν αἰτίαν τοῦ σεσημέωσθαι Φιλοτιμίας. δύσκολος δ' ὢν τὴν νίκην ταύτην τὸ καλούμενον τοπάζιον. ἔστιν λίθος ἀφανιόμενος ἐπιτερπής, ὑάλῳ παρεμφερής (hinc ὑαλοειδὲς τόπαζος Orpheo gemmario) καὶ θαυμαστὴν ἔλλαμψιν παρεχόμενος· διόπερ ἀνεπίφατος τοῖς ἄλλοις τηνικῆ, θαυμασμὸν παντὸς δ' ἀποσπάσαντος ὑπὸ τὴν καθεσαμένων ὑπ' αὐτῶν φυλάκων. Hujus descriptionis fontem jam vide. ὃν δ' ταύτην γίνεσθαι τὴν πόσφ, ait Cnidius, καὶ τὸ καλούμενον τοπάζιον. ἔστι δ' τῶν λίθος ἀφανόμενος, ὑάλῳ παρεμφερὴς, ἠδέως δ' χρυσῷ (malo cum Diodoro ἴλλαμψιν) θεωρίαν ἀπιδεῖν. Idem & verbis vix aliis princeps Geographorum. λίθος ἔστι τοπάζιον ἀφανὴς, χρυσοειδὲς ἀπολάμπων φέγγος, ὅσον καθημερὰν μὲν ῥᾴδιον ἰδεῖν ἐστι· παραυγέστερα γὰρ νύκτωρ ὁρᾶται, καὶ συνδέουσιν &c. Agatharchides enim tradiderat, ὁ δ' ὑπὸ ταῖς πέτραις λίθος τὴν μὲν ἡμέραν ὑπὸ δ' φέγγος κρατούμενος, ἀφ' τὸ πνίγος ἐ γίνεται σύνδηλος. σκότος δ' ἐπισκιάζος, ὑπ' ὧ ποτ' ἂν ἡ πέφυκεν, ἀφαλάμπει πάντοθεν. Diodorus etiam illa transcripsit in suam Bibliothecam, ὁ δ' σεσιερημένος λίθος, φύσμος δ' ἐν ταῖς πέτραις, τὴν μὲν ἡμέραν ἀφ' τὸ πνίγος ὀχ ὁρᾶται, κρυπτόμενος ὑπὸ δ' σέλας τὴν ἡλίου φέγγος· τὴν δ' νυκτὸς ἐπιγινομένης ὑπὸ σκιᾶς ἀφαλάμπει, καὶ πόρρωθεν δῆλόν ἐστιν ὧ ποτ' ἂν ᾖ τόπῳ. Jam decolore Topazii conciliare licet Judæos scriptores Græcosque, Braunio aliisque invitis. Constat enim ex tribus probatissimis scriptoribus & pervetustis, hanc gemmam tam flavedinem auri præ se quam vitri virorem ferre: aut, nisi nos nimirum fallat Pictavii honos Hilarius, *Topazion diversorum colorum permixtione omnium pretiosissimarum gemmarum speciem continere.* Vel etiam Doctor Hipponensis ad Psalterium: *Aureum colorem Topazius & æthereum habet claritatem, & cum splendore solis tangitur, omnium superat claritatem gemmarum.* Judæi quidem *jarcan* ירקן pro פטרה exponunt. Sic Jonathan ad Ezech. & in Lege Onceloſus: similiter Uzielides & Interpres Solymitanus ירוקתא *jeructa* & *jarcatha*, Samaritani ירק *jaric*, Chaldaicus Jobi Paraphrastes מרגלא ירקא. His autem vocabulis gemmæ Topaziæ viror indicatur, atqui ὑποξανθὸς & πράσινος, ut matura porra solent venire. Unde ירקון *jeracun* in volumine Hebræo, & يرقان *jarcan* in Lexicis Arabum τὸ ἴκτερον πάθος, *morbum sub aureum* certo denotant. Acceperat etiam Plinius à Lithographis sui ævi (maxime à Xenocrate Ephesio, ut statim patebit) *circa Alabastrum oppidum Thebaidis Topazios* duplici genere enatos *Prasoiden atque Chrysopteron* (pro hoc nomine, aut *Crysocleron* S. Ambrosii, vel χρυσόπαν Eusebii, nam illi omnes ex Lithognomone Ephesio hæc talia descripserant, repono *Chrysophaen*, χρυσοφαῆ; aut verius χρυσόχρων, *Chrysochron*) *similem Chrysopraso.* Ille sane virebat magis, hic rutilabat. Cecinit & Dionysius Alexandrinus γλαυκιόωντα λίθον καθαρσίον τοπάζου. Neque aliter interpretabere Alexandrum Cornelium, quando ait ἀείσεται καὶ σὺ τὴν τοῦ τοπαζίου λίθου ὁμώνυμον τηνίκα, ὁποίου ὃ τὴν χροιὰν τὴν δὲ νέας ἐλαίας· succum enim Palladis flavere suave quis nescit. Excusabis idcirco Epiphanium Pontificem Christianum, quod de Topazio hunc in modum constituat. Λίθος ὃ τοπάζιον ἐρυθρὸς τῷ εἴδει ὑπὸ τὴν ἄνθρακα· (cujus ille mox εἶδος ὀξυφοίνικον declarat:) εὑρηται δ' σὺν τοπάζῃ πόλει τῆς ἰνδίας ὑπὸ τῶν ἐκεῖσέ ποτε λίθους λατομούντων σὺν καρδίᾳ ἑτέρου λίθου· ὃν οἱ λατομοῦντες θεατάμφιοι φωδεῖν, καὶ ὑποδείξαντες ἀλάβαστρόν τινι (lego ἀλαβαστρίτιδι τινὶ· eandem quippe historiolam attingit Salaminius, quam recentem sua ætate legerat è Græco Plinius, legerat post aliquot secula Eusebius Pamphili.) ἀπέδοτο ὀλίγου τιμήματος. Θηβαῖοι δ' σεφιλήκασι τῇ κατ' αὐτὸν κώμῃ βερενίκην. (*Berenicen* dedit, cujus nomen diu servabat *Ophiusæ* proxima ripa: non *Arsinoen* quod affirmat Abrahamus in Shilte hagibborim, ex libris Christianorum recentium cum fastu judaico & perridiculo, plane adversus Plinium philosophum, Jubam regem, & S. Ambrosium) ἣ δ' λατόμος σὺν τῷ αὐτῆς ἀφθόνως μισθὸν δ' μείωσιν σεσίθοι. Cape colorem hujus gemmæ à Theodoro Heracleæ ad ψ. εικ'. ρκε'. ἐγὼ, ait Paraphrastes ille ante Theodoretum, τιμιωτέρας ἡγημαι τὰς σὰς σύβολος χρυσίου καὶ λίθων πολυτελῶν. ὁ γὰρ τοπάζιος ἴσως τότε μᾶλλον τιμώμενος ὡς· ἔστι δ' τὸ χρῶμα πρασοειδὴς, καὶ χρυσόχρους, αὐγοειδὴς καὶ ἀφανὴς καὶ εὐανθής. Compertum etiam est *asfaro* اصفر, quo nomine, פטרה Moysis interpretari solent Samaritæ, subflavi, icterini, citrinique coloris quicquid indicare. ורגא *zarga* insuper Syrorum in Pentateucho eximie notat fucum χρυσάφεζον. Quapropter ex duum generum Topaziis, viridius seu *zaberged* ubique S. Literarum intellexit Arabs per *Pitda*, & Clarissimus Saadias ad Jobi caput metallicum; ubi legi ex MS. optimi Huntingdoni الزبرجد الخبشية loco פטרת כוש. Pariter Judæi per Hispanias hodieque Pontificis M. gemmam secundam *Smaragdum* vocant nimis honeste. Verum à زبرجد, ne hoc reticeam, rite deducitur Græca vox σμάραγδος: sed ex Græco ad Arabes Persasque iterum rediit vocabulum زمرد *zommored*, aut *esmeralda* à labio Hispano; alii forsan aliud credent. Deinde שמפון in *Semot rabba* corruptum satis ex voce τοπάζιον: attamen סקיף Targumistæ ad Canticum Salomonis, & כרכרנא Interpretis Arabici Ezech. c. 28. ad Chalcedonios & Amethystos pertinere scio, non ad hunc lapidem. Fuse denique præ cæteris de Topazio agunt ad Hymnorum sacrorum longissimum Eusebius Pamphili, & abs illo Nobilissimus & sanctissimus Ambrosius, quorum verba Epiphanii causa adscribere haud piget vel meipsum hucusque provectum. Περὶ δ' τοπαζίου λίθου τοιαῦτα συμφώνως ἱστορήσαντα τῷ ἐπιγεγραμμένῳ ξενοκράτους λιθογνώμονι· ὅτι γίνεται τὸ θηβαϊκὸς πρὸς πόλιν ἀλάβαστρον, ἔνθα σεσαγορεύεται ὑπὸ δ' φέρητος αὐτόθι τόπου· ὧν ἱστορίαν σεσαγορευομένου τοπάζιον. καὶ μικτὸν ὀλίγα· τὸ χρῶμα δ' τοπαζίου πρασοειδὲς καὶ χρυσοειδὲς (vel χρυσόχρουν: nam χρυσόπασον nil valet) χρυσοπράσου δίδαξασθαι. κατ' ἄμφω δ' ἐπιτείνεται τὰς χρόας καθαιρόμενον. ἔστι δ' καὶ (injicio huc πρόσληψιν ex καθαρὸν ἄγαν ex χρυσόχρουν· τῷ δ' μεγέθει καὶ πάντας ὑπερέχει τοὺς χρυσοπράσους. ἔστι δ' καὶ τὸ εἴδεσι ὁ λίθος διαφανὴς ἑκατὸς καθαφιγόμενον ὑπὸ ἡλίου. ἔστι δ' καὶ ἀριστόστομος καθέσηκεν. καὶ νῦν ἔστι ὁ πάνυ σεσιτευόμενος, καὶ ἔλαττον θαυμαζόμενος διὰ τὸ πλῆθος, ἢ τὸ (lego τότε) καὶ τὴν πρώτην εὐρεσιν. ἄγαλμα δ' καὶ σεσιτοδότην νενόμισται· φύσιν δ' ἔχει διαυγέστερον τοπάζιον πρασινίζον, καὶ ὑπὸ ταῖς χρόαις μειδιᾶν. ἔστι δ' καὶ τὸ λίθων εὐγλυφος. Latina rarius soleo adponere, sed jam Antistes Mediolanensis suadet ad ψ. εικ'. *De Topazio quidem invenimus scriptum in historia Xenocratis, qui scripsit quasi lithosnomon* (scribe tu, *quasi lithognomon*) *nasci eum vel inveniri* (imo γίνεσθαι lectum est pro εὑρεθῆναι apud Epiphanium de Pectorali Pontificis Hebraici) *circa Thebaidis civitatem Alabastrum: vel circa Topazion, ut aliqui putant; unde & nominatus est ab eo loco in quo gignitur.* Mox idem Ambrosius, *Ducrum colorum est in hoc lapide crasis, hoc est, quadam temperata permixtio, Prasoides & Chrysocleron* (MSS. *Chrysopa*) *similis Chrysopraso secundum utrumque velut quajdam extendens colorum figuras, & plenius quidem à peritis fertur extendere. Est autem parychrus* (*parochrus* lego) *& satis purus, & Chrysochrus, & pinguis & resplendenti similis, maxime cum solis splendore percutitur.* (Aliter sane Gentium Historici. Vides heic quantum in Græcis conturbat bonus Ambrosius) *Est autem pulcherrimus & mirabilis super omnes Chrysopraso magnitudine, ut dixi, usu pinguior. Natura hujusmodi, ut si polire & levigare eum velis, asperetur magis, usu minuitur. Est autem quodam genitali opere natura englyphus, hoc est, bene figurabilis, & summo studio dignus habetur. Difficile invenitur & repertus insignitur: raro tamen in usu hominum est.*

3. Versus primi lapidem ultimum Levi sacræ tribui datum נפתלי *Βαλείκθ*, & Ezech. 28. *Βαρεκάθ*, برقش, aut ad dialectos suas deflectunt Judæi, unde ברקן *barcan* Onceloſi, Jonathanis, & Paraphrastæ ὁ ἀσμαῖος, ברקתא *barcatha* Uzielidæ, & Solymitani, ברקא *σκεδίζοντος*, בארק & ארנב etiam & metathesi Samaritica: aut hunc potius naturæ virorem nitidissimum *Smaragdum* interpretantur; quod volunt οἱ ο'. (etiam Ezech. c. 28. ubi alium profecto ordinem illi tuentur, quam habet Hebræus) Josephus, S. Hieronymus ex placito istorum, & Interpres Samariticus per suum اخضر ἄξαρ. Verum Rabbinorum pars maxima commutant hanc gemmam oculorum delicias cum sequente נפך: ברקת vero nunc aliter exponunt, Arias à Judæis suæ gentis *Chrysolithus*, Abarbanelis, & Interpretes Anglicani *Carbunculus*, lapis quatenus præfulgidus. Abrahamus in Shilte Hagibborim, & diu ante ipsum Symmachus S. Bibliorum interpres optimus quidem ex LXXV. κεραύνιος: quo eos profecto induxit notissimus sensus vocis ברק, κεραυνὸς & ἀστραπή. Quanquam & *Ceraunius* (quem σίνωπον appellat Epiph.) locum suum habeat in Dactyliothecis, Tavosus in Pentateucho suo Persico pro *bareceth* reponit Arabicum الماس *Almas*, quod est Adamas, ne forte pretiosissima rerum careret penitus Thorax sacer. Onceloſus denique, Jonathanes, aliique Targumistæ, & abs illis Syrus aliquid gemmarum heic intellexerunt præter Smaragdum, non docent tamen quo in lapidum genere consistat ברקא aut ברקן. Hac & sequente gemma, Jacuto puta rubro & Smaragdo viridi sternitur ὁδὸς Paradisi Mahommadicæ.

4. Incipit autem versus secundus à tribu Judæ ac lapide נפך, نفك, νόφεκ; aut LXXII. Interpr. ναφὲκ Ezech. c. 27. 16. quod *Carbunculum* denotat istis Alexandrinis cum alibi tum Ezech.

αὐτοῖς [i] τῷ ἰφῶδῃ βάμμασι διωφισμένον. [k] ἐστ. ἴνης quidem vocatur: hic vero in lingua Græca λύγιον [Ra-

zech. c. 27. 13. Joſepho etiam, S. Hieronymo, Judæis Hiſpaniarum, Abrahamo Medico, Syriſque interpretibus. Horum enim צדירא *Rubinum* ſignificat, ſicut Arabum صدي *Sadi* rubedinem rubiginemque. Accedit ad hos Targum Solymitanum, in quo כרכדנא *Cadcodna* dicitur κατ' ἀφαίρεσιν pro כרכר *Cadcod*, vel *Chedched* ut Hieronymus ſcripſit de vocis ſignificatu plane ignarus. Eſt autem Pyropus, lapis πυρὶ ἐοικώς, ut cum Epiphanio loquamur, à כרור *Scintilla*, atque *torris*. Eodem plane modo interpretabere Latine Jonathanis בצדירא pro בפוך βασσὰκ Hebraico Eſ. c. 54. i. e. ἐν ἀνθράκι, vel ἀνθρακα quaſi נופך, quomodo legerant LXXII. aut ἐν στίμει cum tribus aliis Judæis. Nam fucus iſte ſcintillæ inſtar micat, ut norant nurus delicatæ. كحلي *Cohli* inſuper Arabum Walt. & Erpen. & כחלי *Chabli* Targumiſtæ Cantici Regii (qui ſolens ἀνθρακίζει) *Stibii* gratiam ſignant. Opportune igitur adnotavit ex Commentariis regiis Jubæ C. Plinius, *Smaragdum, quem Cholon vocant, in Arabia ædificiorum ornamentis includi.* Neque diſſentiunt omnino Ainſworthus aut Commentator major *Semot* f. 96. ubi leges כרכרינין: quippe *Chalcedonius* aut *Charchedonius*, (nam utrumque occurrit apud vetera ſcripta, & vice ἀνθρακος ſimplicius equidem χαλκηδὼν in Apocalypſi ſacra) ex *Carbunculis* præcipuis æſtimatur: ſive ille à magna Carthagine, ſive ab Hebræo potius כרכר (pro quo LXXII. Interpr. χάλαζαν quandoque ſubſtituerunt) nomen forte ducat. E contra, Samaritæ in verſione ſua Arabica נפך interpretantur זמרגדו, زمرد *Smaragdus*, Pariter Onceloſus veruſque Jonathan אזמרגדין *Ejmargedin*: Ben Uziel איזמור. Hi etenim omnes ſignificationem vererem veramque ipſius בנקן ita tranſtulerunt in *Nophec* lapidem quartum: cui quidem rei tinnitus gemmularum proximarum ירקן ברקן *jarcan, barcan* occaſionem fortaſſean dederit. Idem ſane adfectant per verſus omnes Pectorales ritu magico ac ridendo Samaritæ in verſione vernacula, *Samuc, ſamac, ſamacmac* &c.

5. Quintus lapis Dano datur nomine ספיר σαπφείρ, سفير, σαφίρ Etymologo Magno Græcorum, S. Hieronymo & τοῖς ὁ. vel decies σάπφειρος. Inde Uzielidæ & Paraphraſtæ Solymitano ספירינון & סמפורינא, Targum Cantici אספור, Syro perpetim ספילא, ſemelque Paraphraſtæ Samaritico ספירה, & in Hebræo Tobiæ ספירי. Onceloſo quidem ubique, & ſæpius vero Jonathani rara voce שבוז *Shabzuz*, Jobique interpreti Aſſyrio שבויא, & Paraphraſtæ Samaritico ſemel שבון *Shabzun*. Sic dictum credo fuiſſe Sapphirum vel Jaſpida πολύγραμμον, tanquam שבש, שבץ & שבץ, *ramulis lineiſque variam*, elementis ז & צ permutatis, & vocabulo quadrato, ut fieri ſolet. In verſionibus Arabicis Samaritarum, Judæorum Africanorum, & Clariſſimi Saadiæ tam ad Legem quam ad Hagiographa ספיר redditur الماء *Maha*, eſt enim generis Cryſtallini: & in Onomaſtico Coptitarum, Cαπφιρος, العقيق i. e. Carchedonia, aut ex Barbahlul Jaſpis quædam. Tavoſo is vocatur زمرد Smaragdus. Non multum ſane abludunt ſuo fuco à Sapphiris Chalcoſmaragdi Cyprii, aut Smaragdi Medici, *quos equidem è Sapphiro* ait Plinius, condus ipſe gemmarum omniſque pretioſæ naturæ. Quinetiam ad Logium ſacrum adnotavit Sophiſta Gazæus, *Sapphirus haud abſimilis perhibetur Smaragdo:* utriuſque ſpecies quædam colorem cœli præferunt. Adamantius idem dixerat ad Lamenta Jeremiæ c. 4. 7. σαπφείρου λίθῳ εἰκὼς αὐτῶν. οἱ ἑκάτεροι, ὁ δηλοῖ τὸ λίθῳ εἰκάσματα, πολιτείαν ἡρμόσθαι ἔχει· τοιοῦτο δὲ ἔστι σαπφείρου τὸ χρῶμα. Hieronymus ad Eſaiam, *Porro Sapphirus qui ponitur in fundamentis cæleſtis Jeruſalem, cæli habet ſimilitudinem & ſuperioris aëris; ἀερόεσσαν νῦν καὶ αἰθέριον τὴν ἡλιον. Ezechielis quoque Scriptura commemorat, quod locus in quo thronus Dei ſit, Sapphiri habeat ſimilitudinem, & gloria Domini in hoc colore conſiſtat, qui portat imaginem ſupercæleſtis.* Vel Græce eadem accipe à Procopio Cæſarienſi, ἡ δὲ σάπφειρος ἐοικέναι ἔχει τὸ χρῶμα. καὶ δὴ τὴν ἰξικιὰ καὶ ὁ τόπος ὁ ὑποκάτω δὲ θρόνου δὲ θεοῦ ὡς σάπφειρος (campus quidem cæruleus auro interſtinctus) ὅτου τοίνυν εἵνεκεν, ἀλλὰ τὸ τῶν εἰκόνα δὲ ἐπιπλοκὴν φοβεῖν. Deinde de indole hujus gemmæ rectius ſenties, ſi colores Saadiæ atque Eſdraidæ Judæorum inter ſe miſcueris: nam cærulum conſtat ex rubro & albo (ſive Cryſtallino Gaonis quem laudavi, ſive Adamantino Medrash veteris:) nimirum quo vultu emicare ſolet ῥοδοδάκτυλος ἠώς. Unde verſus ſeculo non bono nati,

Sapphiri ſpecies digitis aptiſſima regum,
Egregium fulgens puroque ſimillima cælo

Proponit etiam nobis Epiſcopus Salaminis Cypriæ inter ſacrorum lapidum fulgores σάπφειρον πορφυρίζοντα, ὡς βλάττης τὸ εἶδος. πολλὰ δὲ ἤδη τέτε ὑπάρχειν. ἔστι γὰρ ὁ βασιλικὸς χρυσοπλυνὲς. Aut verbis Plinii, *Sapphirus aureis punctis collucet. Cæruleæ & Sapphiri, varioque cum purpura. Optimæ apud Medos. Quæ ſunt ex eis Cyanei coloris, mares exiſtimantur.* Quod vero apud Flavium Sacerdotem, qui duodecim hoſce ignes de pectore Principis ſui ordinis reſplendentes ſæpius viderat, ספיר bis redditur ἴασπις, totieſque ſextus lapis יהלם, σάπφειρος, vel vitio communi librariorum in totum deputandum, vel erit cognationi evidenti ipſarum gemmarum. *Cyanos* enim Plinii, ſive *Jaſpis ſtellata rutilis punctis*, aut *Jaſpis Phrygia & purpuraſcens* Epiphanii, aliorumque ἴασπις ἀπείκασα à Sapphiris nihil aut perparum differunt, quod & Theophraſto ſummo Lithographo videbatur. Sapphirus autem Arabum medicis & interpreti Prophe-

tarum Sacrorum الغبروزج *Fairuzeg*, ſeu per ora Perſica Turcicaque بيروزج (niſi quis dicat utramque vocem à πράσινος deflecti. Nam ex Philone jam vidimus Sapphirum videri λίθον πράσινον.) aut peculiarius *Sapphirus opaca*, quam noſtri Gemmarii Turcoida appellant. Poſtremo Commentarius major tam *Semot* quam *Bemidbar* explicat ספיר Moſis per כוחל; quod *Stibium*, aut maxime *cæſium cæli fucum* ſignificat vagis Judæis, Arabibus & atræ genti Æthiopum, aptumque fuerat vexillo Iſaſcharis ſolis lunæque orbibus nobili, ut priſci Rabbini imaginabantur. Pretioſus hic lapis ex quo Veritatem πεφίκασιν ob pectus geſtabat Pontifex Ægyptius, Æliano referente, imo de quo exciſæ ſunt Tabulæ δεκάλογοι, ſicut tradunt Rabbini, nomen præbuit *Sapphirenæ* inſulæ Arabicæ, & ille vel ſua *pulchritudo* mali ingenii fœminæ Sapphiræ. Venit autem ספיר gemma ab Arabum صفر *Saphar*, quod *nitorem, almam lucem*, & *Auroræ decus* eximie ſignificat: unde ספר Jobi c. 38. *decoravit* ex mente Cimchii parentis. Imo ספיר laxius aliquando interpretanti Jonathani אבן טבא *lapis bonus ac pulcher.* Nam *Saphir*, ait Hieronymus ad Michææ vaticinium, *Syro Hebræoque ſermone dicitur pulchrum.* Breviter itaque expendimus, ut cum Dionyſio canere licet,

Χρυσείης κυανῆς τε καλὴ πλάκα σαπφείροιο.

6. Verſum ſecundum claudit ἰκλὸμ יהלם, gemma Naptalis: بحلم Tavoſo, Jonathani priſco atque Onceloſo πεζογυμνάζει *Sabbalom*, indeque interpreti Samaritico צבלום *Zabalom*. Hanc vetuſtiſſimi Criticorum. S. Jaſpida interpretantur, ut LXXII. Alexandrini, etiam ad Ezech. c. 28. 13. S. Hieronymus ubique ex profeſſo, tum etiam Epiphanius Cypri. Qui facit & כרכודנון Uzielidæ, forte & χαλκηδόνιος; Johannis Revelatoris. Nam כרכור Eſaiæ vatis Symmachus quidem χαλαζοειδὲς reddidit, ſed Hieronymus & LXXII. ἰάσπιδα. Præter Theologos Chriſtianos, Abarbanelis, Abrahamus Medicus, Judæi Byzantii Hiſpaniæque יהלם Adamantem interpretantur, atque adeo لماس Almas Rabbinus quidem Hiſpanus, quem præter morem ſuum valde laudat Abeneſdras. Adamas enim ab infracta ſua duritie alios omnes lapides יהלם i. e. ירשם וישבר, domare ſolet & deterere. Nam ut Hieronymus refert ex Xenocrate ad Amoſi c. 7. *Cum vitiatum aurum longo uſu conſumatur, ſolus adamas non atteritur, & nulla lima minui poteſt; ſed è contrario limam terit, & quicquid attigerit, lineis ſulcat.* Tavoſus aliquando اللازورد *Lazured* aut corruptius *Lazuli*, quod eſt κύανος. Ab hoc minimum abluđit σάπφειρος Fl. Joſephi tam in Originibus quam Bellis patriis. Pro יהלם Arabica Waltoni Erpeniique ponunt بهرمان *Carbunculum*, Syrorumque ſimplicior verſio نصا *Necatho*. Targum Cantici גיהר *Gihar* à *claritate*. Idem Targumiſtæ Jeroſolymitano dicitur עין ענלא, *Ocellus vitulinus*, aut Plinio *Ægophthalmos*. Cognatos autem admodum & conſimiles aliqua ſui ſpecie exiſtimabis Adamantem, Cryſtallum, ἐκ ὑδατείαν ἴασπιν, quod canit Poëta Afer. *Jaſpidum enim multa ſunt genera*, ait Hieronymus. *Alius eſt enim Smaragdi habens ſimilitudinem, qui reperitur in fontibus Thermodoontis fluminis, & vocatur Grammatias: quo omnia phantaſmata fugari autumant. Alius viridior mari & tinctus quaſi floribus: hunc in Phrygiæ monte Ida & in profundiſſimis ſpecubus ejus naſci autumant. Alium vero juxta Iberos Hyrcaniſque & mare Caſpium reperiri*, (hunc Dionyſius appellitat ſubnigrum, ſeu ὑπόμελαν ἴασπιν) *& præcipue circa lacum Neuſin.* Talia carpſerat ex libello Epiphanii ille Aſceta, ἴασπις, ait Epiphanius, ἔστι τῷ εἴδει σμαραγδίζων. ἔστι δὲ τὰ χείλη δὲ διαφέροντος ποταμὸς ὑάκιστος, ἐκ τῶν ἀμαθῶν τῶν ὑπὸ κύπρου. τοῦτο δὲ ἄκρον εἶναι φαντάσματων οἱ μυθολόγοι λέγουσι. ἄλλη δέ ἐστι γλαυκοτέρα θαλάσσης, ἄλλη δὲ βαθυτέρα τῷ εἴδει τῇ βαρῇ, ὡς τοῖς ἀπηλιώτης, ὡς τῷ ὄρει τὸ ἴδης ὡς τῇ φρυγίᾳ, ὁμοιάζουσα πορφύρᾳ τῇ λίθῳ δὲ αἵματος κόχλου, διαυγεστέρα μᾶλλον, ὥσπερ οἶνῳ ὁμοιάζουσα, ἢ ἀμεθύστῳ ξανθοτέρᾳ. ἡ γὰρ μιᾶς χροιᾶς, ἐδὲ τὸ αὐτῆς δυνάμεως. ἀλλ' ἡ μὲν ἔστι χαυνοτέρα καὶ λοιπὸν τέρα, ὅτε πάνυ φίλοῦσα, ὅτε πάλιν ἀπεῖσα. ἄλλη δὲ κρυσάλλῳ ὕδατι ὁμοία· σύνεθη δὲ καὶ παρ' ἔνιοις καὶ ποιμέσι ὑγιαινῶν τοῖς κτῆνεσι καστίαν γλῶ· καὶ ἄλλος ἴασπις ὁ παλαιὸς καλούμενος, ἡ πάνυ λάμπουσα, χλωρὸς, ἥτις ἔχει γραμμὰς μίσας· καὶ ἄλλος ἴασπις ὅμοιος τῇ χιόνι ἡ ἀφρῷ θαλάσσης. Vis autem eadem Jaſpidum ac Adamantum, *lymphationes abigunt, metuſque vanos expellunt à mente*, Plin. l. ult. c. 4. ambo ἀναλύουσι. De præcipuis Indiciſque Adamantibus idem adnotavit, *non in auro naſci, ſed quadam Chryſtalli cognatione. Siquidem & colore tranſlucido non differt, & laterum ſexangulo lævore*, &c. Xenocrates de eodem lapide: *Parvus eſt & indecorus ferrugineum habens colorem & ſplendorem Chryſtalli.* Σάπφειρον denique bis poſuiſſe Joſephum pro Hebræo יהלם, pro ספיר ἰάσπιδα, non adeo imperite factum putabit, quiſquis illarum gemmarum ingenia ac cognationem perpenderit; quid enim apparet eſſe Sapphirus, niſi Jaſpis pellucida? Heic quidpiam pervertiſſe Librarios viri docti ſuſpicantur, ſed conjectura ſubleſta.

7. Septimo lapide expreſſum fuit felix nomen Gadis. Hunc לשם, λέσεμ, لشم vocat Moyſes, iſque ſolus inter Scriptores ſacros aut non ſacros. λίγυρον eundem interpretatur Joſephus, λιγύριον οἱ ὁ. & poſt illos B. Hieronymus. Onceloſus equidem, & ille Uzielides, Syra natio, Sectaque Samaritica *Cancrin*, קנכירין, קנקינון, קנתרין, קנכירין, totidem à Græco

[Rationale] significat. Ad amussim autem com-

μὲν καλεῖται. [1] σημαίνῃ δὲ τοῦτο καὶ τὴν Ἑλλήνων γλῶτ-

τὴν

κιγχρίτης, *milii granis velut sparsis*, ut Plinius ait. *Topazium* Judæi aliquot Hispani; nam qui ad Constantinopolim confugerant, eum βέγλωσσον sunt interpretati. R. Saadias, R. Jonas in Lexico Cimchiano, Judæi Africani, in Syria Samaritæ *Lesem* explicant clarius quam reliqui Interpretes Arabica voce جرع *gizâ*, quæ ὀνύχιον significat. Ainsworthus, Braunius, & diu ante hos S. Chrysostomus, Epiphanius, Hieronymus, & Scholiastes Græcus ad Biblia Græca, & Glossator ad Latina *Hyacinthum* reddunt; neque abest longe יהוק *jeruc* Samaritani Paraphrastæ, aut يشم *Jasim* Persici: imo vox hæc prope accedit ad Mosaicam, ut Asia ludere amat in sonis. ἰσοδυναμοῦσι γὰρ يشب, يشم, لشم, & *Jaspidas virescentes* significant. Multum etiam valet, quod B. Johannes de pectore pretioso P. M. fundamina Novæ Urbis desumens, *Hyacinthum* substituerit vice *Ligurii*. Posuit autem pro *Lesem*, Bemidbar rabba τὸ σαπφείρινον, Semot rabba כרחלין *Cærulum χρυσοειδές*: pariterque *Turcoida* & *Cyanon* interpretatur Abrahamus Harophe, & alii recentium Judæorum. Targumista Solymitanus זוין *zuzin*, quia sic voluit. *Amethystum* autem Abarbinelis, *Beryllum* Targumistæ ad Canticum, *Achatem* aliorum prætereo. Audiamus potius quid ad Fabiolam piam fœminam dixerit Monachus Bethleemitâ. *Satis miror, cur Hyacinthus pretiosissimus lapis in horum numero non ponatur, nisi forte ipse est alio nomine Ligurius* (perperam edidit Erasmus *Lyncurius* adversus codices priscos. Nam hoc aliud est, & *Succinum* potius quam *Hyacinthi* quoddam genus aut alterius gemmæ, quod suo ævo videre potuit reconditæ naturæ diligentissimus scrutator Plinius. Recte Hesychius λυγκούριον, ἤλεκτρον. Theophrastus quidem, Demostratus, aliique veterum cum Lyncurio Electro majoris pretii gemmam λιγύριον aut λιγγύριον male confuderunt: unde Plinius Epiphaniusque misere palpant.) *Scrutans eos qui de lapidum atque gemmarum scripsere naturis, Ligurium invenire non potui.* Videbis jam quam expresse hæc ab Epiphanio transcripserat celeberrimus iste Asceta. Τὸ δὲ λιγύριον τῷ εὑρεῖν ἀμαυρῶς ἔγνωμεν. ὅτε δὲ παρὰ φυσιολόγοις (non apud Theophrastum? λυγκούριον itaque rescribes aliquoties in libello istius Peripatetici περὶ λίθων.) ὅτε δέ τινι τῶν ἀρχαίων τῶν περὶ τούτων μεμελετηκέναι. [Hinc Psellus λυγκούριον recenset inter ἀγνώστους gemmarum] εὑρομεν δὲ λαγκούριον ὅτου κοκκάμιον λίθον, (Zenothemis id tradidit:) ὅν τινες τῇ τραπῇ Ἀφελέκτῳ λαγκούριον καλοῦσι. καὶ τάχα τοῦτο αἱμαῖ τὸ λιγύριον. ἐπειδὴ αἱ θεῖαι γραφαὶ τὰ ὀνόματα ἑτέρως μετεποιήσαντο· ὡς τὸ σμάραγδον πᾶσιν [at innuit אבן השהם, quem LXX. Gen. 2. 12. λίθον πᾶσιν interpretantur, sæpius σμαραγδον, quandoque τάσπφειρον & σαρδιον] καὶ ὅτι πῶς ἐν τῇ τῶν λίθων τούτων ὁμοιωσίᾳ, ὅτε ἐμηθρίζαν ἐν ὑακίνθῳ, καὶ τοιγε σαφῶς ἐν αὐτῇμῳ ὄντος λίθου. ὥστε εἰς νοῦν ἡμᾶς λαβεῖν, μήποτε τὸ λιγύριον τοῦτο καλεῖ ἡ θεία γραφή. ὑακίνθος οὖν τὰς μὲν ἰδέας ἔχει ἀμφίσους. ὅταν γὰρ δυσίσκει) βαθύτερος τῇ χροιᾷ, τοιοῦτον ἀναλαμβάνει ἐρὸς ἐστὶ τὸ ἄνθος. ἐοικε δὲ ὑακίνθος τῇ ἐρίᾳ, ὑποτορφυρίζων ποσῶς i. e. quo flore gaudet herba cognominis: τοῦτο δὲ χθὼν ε'. καὶ ὁ μὲν πρῶτος λίθος καλεῖ) θαλασσίτης. (*Vitreus* Plinio.) ὁ δὲ δεύτερος ῥοδινός· ὁ τρίτος νάτιος, (misere hanc vocem torquet Cl. Salmasius, quæ notissima est in Latio) ὁ τέταρτος λέγει) χαπιώος (malo καπίας.) ὁ δὲ πέμπτος περίλευκος, aut παράλευκος, qui est Onyx: *is enim rubri coloris circulos habet albis cingentibus zonis*, ait Beda nostras ex Plinio. Candicantium vero hyacinthorum species diversas accurate recenset Plinius l. ult. magni operis. Uno verbo tot colores induit hyacinthus, tam variam speciem admittit, ut securis liceat eo nomine raram vocem לשם interpretari. Quinimo color masculus igneusque ipsius Lingurii, quem celebrant Theophrastus Pliniusque, Hyacinthum sive *Jacut* perpulchre repræsentat.

8. Pergimus hinc ad *Achaten* Aseri, quod interpretantur LXXII. Judæi, S Epiph. atque Hieronymus, tum etiam Commentator major *Semot*, Mosaphiasque Judæus ex Hebræo שבו στεγὼ سبو: hoc tamen servatur adhuc apud Persas in شوه *Shavah*, vel *Shabah* شبه, ut Tavosus scribit. Convenit & vox Arabica سبج *Sabag* i. e. aliis Arabum سبج *Siha*, & quod reor טבאו apud Targumum Cantici eximii. Quocirca pro שבו in versionibus suis ponunt Judæi Mauritii & Samaritæ necnon in Lexico Hebraico D. Cimchius[5] سبج, & Cl. Saadias سبج, i. e. Achaten, sive lapidem subnigrum & περιλευκον, צבעין שלו מעורב שחור ולבן, ut vult Commentator major *Bemidbar*. Onceliosus reddidit sua dialecto *Tarcia* טרקיא: quo *Dendrachaten*, *Cerachaten*, aut *Thraciam* innui malim, quam *Turcoida* seu *Turcinam*, ut plerique amant Judæi Christianique; recentiora enim reor hæc nomina, quam Onceliosi ætas sustineat. Post Onceliosum *Shebo* exposuit *Tarica* טריקה Paraphrastes Samaritanus, Uzielides bis טרקין *Taracin*: nam ערקין vitii librarii manifestum. Judæi Hispanici atque Byzantini *Turcinam*, seu κύανον explicant, nisi quod Abarbinelis *Topazion*, Abrahamusque Medicus *Hyacinthum* malint suo ex ingenio, & Targumista Cantici βήρυλλον. Λίθος δὲ ἀχάτης, inquit Epiphanius, ὑποειλήφθη εἶναι περίλευκος καλούμενος, ὃς ὑπὸ τὸ ὑακίνθου δυείσκει) · θανμασὸς δὲ ἐστι τῷ ἐπὶ ὑποκυανίζων. ἔζωθεν περὶ δέρεται λόγχῃ ἔχει, μαχμάζει τρόπον ἡ ἐλεφαντίνη. Cedit valde in honorem hujus gemmæ, quod Psellus post alios in eo notavit,

Ἐν δὲ οἱ δῆμες ὀρέων ὑάλωπι ἴκαστο,
Σαρδιαὶ· αἱμαιόεσσα, καὶ αἰγλήεσσα σμάραγδον.

Ἐν δ' ὄγε μιλτοπάρῃσι· ἀτὰρ καὶ χαλκὸν ὀπάζει
Δύεις, καὶ χρυσὸν ἐαροπείρῳ μηλοῖο.
Ἀλλ' οἷος πάντων σαφροφέστατος, εἴκελος εὖρος
Εἶδος ἔχοντα δαφοινὸν ἀμαιμακέτοιο λέοντος.

Ex Judæis unus Josephus semel atque iterum ἀμέθυστος adposuit loco שבו, vel sic patrarunt Librarii. Et pro eodem ὀνύχιον præsertim reponit faber *Shilte hagibborim*.

9. Isaschari tribuitur nonus lapis אחלמה, ἀχλαμὰ, احلم; cujus profecto meminit nemo præter τὸ νομοθέτην, nisi quod חלמה eam inter Arabes appellitari affirmet Cimchius. Hunc vero non male referes inter *Onychas* aut *Amethystos*. Prius ideo genus spectant עין עגלא *Ænegla* Onceliosi, Paraphrastæ Samaritici Syriacique, עין עיגל Uzielidæ, لاوجشم Tavosi, βάτθαλμος Judæorum Byzantinorum: quicum conveniunt Plinii λυκόφθαλμος & αἰγιόφθαλμος, & tam hujus quam B. Johannis in Apocal. σαρδόνυξ: & عين هس αἰλουρόφθαλμος Ægyptiorum. Lædit insuper جزع *Onyx* capita melancholica, quod Serapio post alios fatetur; lædit & *Achlama* secundum Abenesdram, Cimchium, aliosque ejus hæresis. Quinimo אחלמה nomen peterem, non ἀπὸ τὴν ἀνειμένης, על שם החלמות cum Rabbinis plerisque, potius abs Arabum حلمة *Halama* & Syrorum חלמתא *Helmatha*, quod *pupillam* denotat, quomodo & Bar Bahlul in Lexico patrio descripsit עין עגלא, sive ab Hebræo חלמות, Chaldæove חלמון, & *Chalamtha* חלמתא Syrorum, quod *Ovi vitellum* significat: utraque sane *colorem carneum*. Scriptorum pars cætera consentit in אחלמה ἀμέθυστος. Ità οἱ ὁ'. Epiphanius Cyprius, S. Hieronymus, Judæi per Hispanias. Accedit *Heimesin* הימסין *Semot rabba*, quod est Græcum ἀμέθυστος, aut potius ἀκανθίνης: tum etiam Paraphrastæ Samaritani *Bahramân* بهرمان, i. e. *Carbunculus* ἀμεθύστιζων, ut habet gaza Plinii. Deinde Cl. Saadiæ & Judæorum Africanorum البزادي الغبروزج *Fairuzeg*, & in Apocal. S. Johannis *Bazadi* pro ἀμέθυστος inter fundamenta Urbis pretiosæ. Postremo affirmat Commentarius Major τὸ ἀριθμῶν, אחלמה צבע שלו, דומה ליין צלול ἀχλαμὰ οἰνωπὸν εἶναι τῇ χροιᾷ, quomodo & *Amethystum* depingit Peripati decus secundum. Quippe Amethystum existimo dictum, quod sobrie vini colorem biba:, & quasi ad pudorem violæ declinet: sed Magi & Magis gens credula ebrietatem gemma hac purpurea quatenus leniri ex appellatione ipsa suspicati sunt. Quid tandem Epiphanius? ἀμέθυστος ᾗ τὸν αὐτὸν σαφήνειαν φλογίζων ἐστὶ βαθείας· λελύσθαι γὰρ ὃ οἶνος ὃ μέσον, οἰνωπὸν λαμπρύνεται εἶδος· ἡ ὃ μορφὴ αὐτοῦ ἀμέθυστος. ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐστὶν ὑακίνθῳ καθαρῷ σαφηνίσιος, ὁ δὲ ἀμαθὴς κύχλῳ. Scias autem exemplaria Josephi tertio Antiquitatum *Achatem* pro *Amethysto* hodieque ostendere, atque libro penultimo Bellorum *Ligurium* pro eodem.

10. Versus ultimus incipit ab honore Zabulonis תרשיש, ترشيش, quod vocabuli θαρσεῖς scripserunt Doctores Alexandrini ad vaticinia Ezechielis atque Danielis & ad c. 5. 14. Cantici Regii, & θαρσεῖς sæpius οἱ τρεῖς. Hunc fuisse veterem *Chrysolithum* aut *Topazium* recentium gemmariorum, magno consensu interpretum traditur, cui vix obsistere queat pervicacia Rabbinica. תרשיש seu καρχηδόνιον interpretatur الحجر الذهبي Scholion Pentateuchi *Laudini*, & *Bogadi* بجادي ipsum Pentateuchum *Seldeni*, & Lexica Coptica. Χρυσόλιθος equidem pro תרשיש bis terque Judæi LXXII. semel illi ἀνθρακῆ seu بهرمان, de fulgore axium Cherubicorum agentes. Est enim *Carbunculus Carchedonius* (de quo Archelaus, Plinius, Epiphanius, multi multa) ex genere χρυσολίθου. Posuit etiam Josephus loco decimo χρυσόλιθον, Epiphanius istum eodem ordine, & præ cæteris Johannes ὁ θεσπέσιος gemmam eandem ordine alio. *Chrysolithus* ubique transtulerunt Aquila Judæorum & noster Hieronymus, severi interpretes, Syrusque ad Cantici c. 5. 14. Eundum lapidem præstitit Sexta ἔκδοσις, omnisque vetustas, præter *Hyacinthum* Symmachi Triumvirorum prudentissimi, quod à Theodoreto ac Hieronymo discimus Ezech. c. 10. alibique. Nam *Aquila Hyacinthum posuit*, quod nunc legitur apud Hieronymum initio Ezechielis plane vitiosum est pro *Symmachus h. p.* At nihil isti inter se differunt, σμαραγδίζων ὑακινθίζων Plinii, *Hyacinthus aureo colore translucens*, & *Chrysolithus* ejusdem, necnon *Chrysoprasus* apud *Semot rabba*: sic enim explico, קרומסטין, *qui lapis cæli habet similitudinem*. Idem valet & ἐξήγησις Abenesdræ ad Cant. c. 5. 14. כתרשיש שיש בה תמונות מכוכבים נקבצים. Facit huc & Lexicon Cimchii ex Gersamida, תרשיש אבן יקרה ויונרה נוטה לעין התכלת. *Hyacinthum* adeo illud interpretantur Abraham הגבור, Ainsworthus, Braunius, & alii. Arabs Waltonianus posuit hoc loco مشف *Meshaffon*, *Jaspida*, aut *lapidem purum* & ἀμέθυστον. Forsterus aliique Confessionis Lutheranæ *Turcoida*: Abarbinelis Judæus פירולא βήρυλλον exponit. Audiendus est demum Episcopus Cyprius de Logeo Aaronico; ί. λίθος χρυσόλιθος. τοῦτόν τινες χρυσοβήρυλλον κεκλήκασι χρυσίζων μὲ ἔχει· δυείσκει) ᾗ ὡς τῷ φρεατὶ διπίπτῳ. ἀπὸ τὸ τῷ χρῷ τῆς ἀχαμψιτίδος βαβυλῶνος. σωματικοῖς ᾗ ἐν κοιλιακοῖς ἰαματικὸς ὑπάρχει. Inde sic scribit decus Hipponense ad ψ. πδ'. *Chrysolithus aureum habet fulgorem, & scintillas emittere videtur, & nocturnos timores pellere asseritur.* Onceliosus tamen, quem inter vetustissimos Divinæ Legis Inter-

τὴν [m] λόγον. πληροῖ δὲ ἀκριβῶς ᾧ [n] ἐφώδῃ ὅπερ ὑ… plet illud Ephodæ *ſpatium* quod *vacuum* à texen[a] tibus

terpretes recte exiſtimabis, & ab illo Paraphraſtes Samariticus propter Hebraici vocabuli תרשיש latos ſenſus, *pelagi color cæruleus*, כרום ימא κεραμ ἴαμμα interpretatus eſt & Uzieli des peculiarius *cæſius vultus maris Mediterranei*, כרום ימא רבא. Paria ad Danielem ſuadet Eudoxus Commentator, τὸ θαρσεῖς χρυσόλιθον ἔφη. ὁ δὲ ἑρμῆς κυανον τὸ χρῶμα λέγει. Quinimo כרום ימא, aut χρῶμα θαλάσσης denotat ex Græco: aut *gemmam marinam* ab Arabum Carama كرامة *pretioſa res gemmeaque*, quod in animo videtur habuiſſe Tavoſus, cum Perſice verteret مرواريد *Margarita*: aut denique inter Chaldæos כרום ימא *Glaucum mare*, μέλαινα πόντου Mœnidæ. *Cæſium* inſuper ſignificat ازرق *azraco*, quod eſt interpretamentum תרשיש lapidis apud Samaritas, Judæos Libycos, & Illuſtrem Saadiam. Verum non nuper obvenit, quod Judæi θαρσεῖς reddiderint mare ipſum, ימא. Per Prophetas priores cæteroſque id fecit Jonathan perantiquus Targumiſta. Πλοῖα θαλάσσης expreſſerant aliquando οἱ ο'. ex אניות תרשיש Eſaiæ vatis, ſæpius S. Hieronymus: qui etiam à Phariſæis ſui temporis acceperat, *Hebræi putant lingua propria ſua Mare Tharſis appellari: quando autem dicitur Jam, non Hebraico ſermone appellari, ſed Syriaco.* Ad Marcellam idem presbyter Chriſtianus, *Quæris ſi Tharſis lapis Chryſolithus ſit, aut Hyacinthus, quod diverſi interpretes volunt, ad cujus coloris ſimilitudinem Dei ſpecies ſcribatur. Quare Jonas propheta Tharſis ire vellet, &c. Reſpondeo homonymum eſſe vocabulum, quod & Indiæ regio ita appelletur, & ipſum mare; quia cæruleum ſit, & ſæpe ſolis radiis percuſſum colorem ſupradictorum lapidum trahat, & à colore nomen acceperit:* (ut *cærula verrunt* apud Maronem) *licet Joſephum τ pro θ litera mutata, Græcos putet Tarſum appellare pro Tharſis.* Idem ad vatem κηΐδοξον. Tharſis *Joſephus interpretatur Ciliciæ civitatem* (imo plus dicit, ad pontum Euxinum ejectum Jonam:) *quantum vero in Paralip. libris intelligi datur, quidam locus Indiæ ſic vocatur. Porro Hebræi* Tharſis *mare dici generaliter autumant. Secundum illud*, Spiritu vehementi confringes naves Tharſis. *Et in Ejaia*, Ululate naves Tharſis. *Non igitur Propheta ad certum fugere cupiebat locum: ſed mare ingrediens, quacunque pergere feſtinabat.* Iterumque Rector Bethleemiticus, *Joſephus* Tharſis *urbem Tarſum arbitratur*, [LXX. *Carthaginem,*] *alii regionem putant Indiæ: & hoc nomen etiam de duodecim gemmis lapidem appellari, qui apud nos vocatur Chryſolithus, ob marini coloris ſimilitudinem. Neque enim Jonas de Joppe navigans ad Indiam poterat pervenire: ſed ſimpliciter ire in pelagus, & ad quaſcunque inſulas pergere.* Præiverat huic Euſebius in Onomaſtico ſacro, Θαρσεῖς vel θαρσεῖς, *ὅθεν ἔχεθ τῷ θαλασσίῳ χρυσος, ᾧ μ τ ἑπτακαι τακτὰς ἔχει ἡ τ χιλιάδας· ᾧ δ τ ἑξακισχιλ, καχηδ. ἀλλ ἡδ ᾠδὴ τοῖς ο'. κεφ. καχηδόνι τὸ ἑρμαῖον ἔχῃ θαρσεῖς. ἄλλοι δ τὴν ἰνδικὴν ὑπειλήφασιν.* Concedunt autem in opinionem Rabbinicam ex Græcis Paraphraſtes *Corderii*, atque Theodorus Heracleenſis ad ψ. inauguralem οα'. *λέγει ὅτι κ οἱ τὰ ἀπὸ θαλάσσαν οἰκοῦντες ὥσπερ πρόσοικοι. θαρσεῖς γὰρ τὴν ἀπὸ καρχηδόνος καλεῖ τοπικ.* Sic in Catena Græcanica alii. Dico igitur ſtrictim (nam hæc longe perſequi haud licet) תרשיש Carthaginem denotare, ut Doctores Alexandrini Eſ. c. 23. 1. & aliquoties verterunt ad Ezechielem: ſive à mero ac muſto תירוש id nominis meruerit, οἴνασσαν etenim etiam appellari olim memorat Stephanus Byzantii: ſive à ترس *Tars*, *munimentum ac præſidium*, ſicut Tyrus eſt צור, ὀχύρωμα: & ipſa forte Carthago aut כרכתא *carcetha*, quod *Arcem* ſignificat; perinde ac loco eodem *Burſa*, בצרא βύρσα, *Acropolis*, conditore *Zoro* i. e. viro Tyrio, ut recte retulit Philiſtus, ſed non recte accepit Bochartus p. 511. *Punicorum.* Nam à תרשיש Jaonida Tarſum Cilicum conditam ac nobilitatam fuiſſe exiſtimo, potius quam à Sardanapalo Aſſyrio: non ita ab illo Tharſi Tharſiſque nepotibus Carthaginem editam, quæ juxta plurimos nomine *nova* קרתא חדתא, ſed ortu *Urbs antiqua fuit* vel ex nomine Punico קרמרת *καδμεὰ*; hanc *Tyrii tenuere coloni*, non filii Javanis. Verum ſi תרשיש mare ſimpliciter ſignificare oporteat, exponant verborum utut aſtutiores hæc verba ſacra כי אני תרשיש למלך נים, *ὅτι ναῦς θαρσεῖς (θαλάσσης ἄρχ) τῷ βασιλεῖ ἐν τῇ θαλάσσῃ, μᾶ τ νηῶν χιλιάμ. μιὰ* (lege potius alio accentu μιᾷ) *ἀμ τ τελεῖ ἐτῶν ἤρχεθ τῷ βασιλεῖ ναῦς ἐκ θαρσεῖς* (melius אני תרשיש ναῦς θαρσεῖς) *χρυσίε κ ἀργυρίε κ ὀδόντων ἐλεφαντίνων κ πιθήκων κ ταώνων.* Ubi rectiſſime Jonathan אני ספינה אפריקא *Navis quidem Africana &c.* Ita ille alio loco. Quocirca *Tharſis* proprie ſignificat *Carthaginem*, tum quod ex uſu eſſet negotioque *Carthaginienſium*, naves, gemmas, inſulas eorum, & quandoque totum *littus Africanum*, *mareque Mediterraneum.* Hinc LXXII. Judæi qui in Pharo Alexandrina literis divinis olim vacabant, ab Eſaia תרשיש אניות, πλοῖα καρχηδόνος ſunt interpretati, de urbe vicina & θαλασσοκρατούσῃ minime tum decepti. Similiter illi bis terque in vaticinio Ezechielis: atque ſemel contra magiſtros Tiberienſes Hieronymus, Ezech. c. 27 12. *Carthaginienſes negotiatores tui.* Opportune inſuper monet idem Commentator ad Eſ. c. 21. 6. עברו תרשישה, ſive ut Alexandrini rite tranſtulerant, ἀπέλθατε εἰς καρχηδόνα: *Legimus autem in hiſtoriis Aſſyriorum, obſeſſos Tyrios conſenſis navibus fugiſſe Carthaginem, ſeu ad alias Ionii Ægæique maris inſulas* Quis etiam neſcit θεωρὸς καρχηδονίος, quando Tyrum obſidebat maximus Macedo, ſuperſtitione ſua coram Hercule periiſſe? Theodoretus ad γ'. βασιλ κεφ. κβ'. σὺ ταῦτα θαρσεῖς ἰνδικὴν τινα χώραν ὠνόμασεν. οἱ δ τ ἑβδομήκοντα ἑρμηνεύσαντες τὴν καρχηδόνα τ γῆς λίθους ὠνόμασαν. Et verterum aliquis ad ψ. οα'. *βασιλεῖς θαρσεῖς. θαρσεῖς δ οἱ μ τὴν καρχηδόνα τὴν τ λιβύης ὠνομακθηκέναι. οἱ δ τ θαρσὸν, εἰς ὃν ἐφυσᾶτο ἰωνᾶς. οἱ δ χρῶμα ὑακινθ. ὡς οὐ τῷ, ὡς εἰδ θαρσεῖς.* Egregie vero Heracleæ antiſtes Theodorus ad ψ. οζ'. ἡ'. *κατεάξεις πλοῖα θαρσεῖς*, quod eſt, *corrumpes naves mercatorias graveſque*, quales viri Carthaginienſes ædificant & regunt. *Θαρσεῖς δ ἡ ᾗ τόπῳ ὄνομά ἐστι ἃ ταῦτα γεγόνει*, inquit ille, *ἡ θαρσεῖς τὴν λιβυκὴν λέγῃ καρχηδόνα, ἥτις τότε ναυτικῷ σόλῳ πολὺ τ ἁπάντων πόλεων διέφερεν.* Quando igitur *naves Tharſis* dicuntur ex fœdere improbo exſtructæ fuiſſe in Aſiongabero apud ſinum Elaniticum, ad formam modulumque *Actuariarum Carthaginienſium* factas intelliges, בתבניתן האניות הנעשות בתרשיש, *in.tar ſeogγύλων Tunetanarum*, ut inter Judæos vir doctus explicat. Imo vero hujuſmodi *Onerariæ* Ariſtophani Comico diſerte appellabantur *φοινικικαὶ σκάφη*: ſed poſtea Romanis rerum dominis *Naves Alexandrinæ* nuncupatæ. *Tarteſſus* autem Bætica ſive *Gades*, (quas per תרשיש innui Pinedius, Bochartus, Grotius, atque Bootius,) commode ſane aurum, argentum, ſtannumve, ſed nullo modo merces reliquas 1 Reg. c. 10. 22. & 2 Par. 9. 21. ebur, ſimias, aut pavones præſtare poterant Claſſi Regum Palæſtinorum: poterat omnia Carthago, Metropolis Libyæ, & Emporium commune Africanarum gentium & Hiſpanicarum. Carthaginienſes à Bæticis & aliunde metalla deportabant in urbem Didûs, hæc & ſimul Libycas merces ad Tyrum inde invexit Navis Salomonica. Hæc abunde confirmat Divinum Augurium de ampliſſimo imperio Salomonis. ψ. οα'. ἡ'. à mari ad mare dominaturi, ad Mediterraneum à Mortuo. *ἐναντίον αὐτῆ σωτεσπωπαι αἰθιοπες*, ab auſtro: *βασιλεῖς θαρσεῖς*, Reguli Africani ad occidentem, & à borea *νῆσοι* præcipue Ægæi maris Ioniique, *ἀνωφ σωσουσ ζι*: tum ab oriente *βασιλεῖς ἀράβων* (ἤτοι τεβὰ) *κ σαβὰ δῶρα σωσάξουσι.* Ibi Theodoretus, *θαρσεῖς τὴν καρχηδόνα τ λίσσης σωπαπηλίν κ ὁ μακάριος ἡσαΐας κ ὁ δαυμάσιος ἰεζεκιὴλ ὀνομάζουσι. ἀλλὰ λίθους τὰ ἐσπέρια τ οἰκουμένης κατέχοντι τιμαλφ. αὐγιοπες δ τὰ ἴσα τ νοτίου· ἄνθρωπος δ τὴν μέσην ἤπειρον· οἱ δ νησιῶται τ θαλάσσης τὰ μέσα.* Mox Suidas hæc ab eo tranſcripſit. Nondum tamen à nautis repertam credo *Tarſin*, quam in Oceano Indico Judæi Chriſtianique Regibus Hebræis adeo expetitam referunt. Pauciſſimis itaque: תרשיש & אבן תרשיש *Tharſis lapis* ob pectus Aaronis non alius eſſe videtur, me judice, quam *Garamanticus* & *Carchedonius* Theophraſti Hiniique Philoſophorum, *ſic vocatus*, inquit Secundus, *propter opulentiam Carthaginis magnæ.* Notat idem *in Garamantitis fulgere aureas guttas: Arabicaſque fumidæ Chryſolitho ſimiles Sandaſtris* inveniri. Compertum eſt magnam quamlibet aureolam, ſive auri punctis ſive lineis ſive plurima facie illuſtretur, χρυσόλιθον nuncupari apud ſcriptores gemmarios. Veruntamen Chryſolithos quatuor in genera præcipua diſtribuit Abrahamus Medicus. Sunt autem Arabicæ, Germanicæ, Indicæ colore cæruleo & fubaureo, ſeu ſpecie ξανθὴς ἐλάας, quod placet Commentatori Numerorum majori, vel denique κυάνου θαλάσσης, quomodo vati viſæ ſunt rotæ Cherubicæ Ezech. c. 1. & c. 9. Ex quarto genere ſunt Æthiopicæ, ſolis inſtar fulgentes.

† *Effulgebat ſplendor*,] Vide *Philonem Jud. de Monarchia* lib. 2. *Chryſoſt.* 37. adverſus Judæos, & *Auguſtinum* lib. 2. Quæſt. ſuper Exodum. Adde *Prideauxii* Connex. Hiſt. V. & N. T. part. 1. p. 154. &c. HUDS. in *Add.*

i Ἐπαύσατο] Splendorem illum, utpote qui non totam oraculi hujuſce naturam compleverit, poſt Captivitatem, quâ *Urim* & *Thummim* cecidiſſe dicuntur, permanſiſſe verſimile facit *Spencerus* in Diſſertat. *de Urim & Thummim.* cap. 4. §. 8.

k Ἔτεσι διακοσίοις] Annis 200. ante Joſephum lucere deſierunt. At erant nihilominus lapides in pectorali Pontificis, quod & Talmudici fatentur; ſed oracula Deus per illos non edidit. Ne quis errorem in numeris ſuſpicetur, ſciat & Syncellum in chronico ita ex Joſepho citare pag. 134. REL.

‡ *Ducentis*] Vide *Caſaub.* contra *Baronium* p. 231. HUDS. in *Add.*

Θεῷ [1] δυχεραίνοντ@ ὑπὲ τῆ ⸗δικαιοσ τῶν νόμων · πε- conſcriberem, cum Deus moleſte ferret tranſgreſſio-

[1] Δυχειράνοντ@] Δυχεραίνοντ@ *Hen.* Hæc ita delibavit Nicephorus in Eclogis ſuis, Τὰς ἐπὶ τ ὠμων ⸗ ἀρχιερέως ὑο σαρδώνυχας, καὶ τὰς ιβ'. λίθους τὰς ἐπὶ τῷ στήθ σημαίνειν ἀεὶ ἀλλ τ αὐγῆς ἢ καὶ τ ἐπισκοπήσεως τ ἰσομέτρων ἐις τε πόλεμον καὶ τ λοιπῶν τῶν ἐκβαλεῖν · καὶ ἀλλ τοῦτο λόγιον λέγεσθ τὸ ἐπὶ ⸗ στήθους. παύσασθ ὁ τῶν τοιούτων ὑπερογκίαν ⸗ τῶν ἐτῶν σ'. ⸗ ταῦτα τ ἰώσηπον γεγράψαι, ἁμαρτάντ@ ⸗ λαῦ. Similiter Georgius Chronographus, ⸗δὲ τοῦτ λογίου φησὶν ἰώσηπ@ ὡ πρίτῳ, ὅτι οἱ ὺο σαρδώνυχες οἱ ἐπὶ τ ὤμων ἀρχιερέως, καὶ ἐπὶ ⸗ στήθους δωδεκάλιθ@, λόγιον σκαλοῦσθ · ἀλλ τὸ σημαίνειν ἓκ τι τ αὐγῆς τὰ χρηστὰ, καὶ ὡς τ σκοπήσεως τὰ δεινὰ ὑπὲ πολέμους καὶ ἄλλοις παθήμασι τῷ ἰσραὴλ ἢ ὁποίαις τοιαύτη σημασία, δήλωσις εἰλίχθη καὶ ἀλήθεια, ὡ τῷ λογίῳ ⸗θέσθαι ⸗αφασιομένη · ἥτις καὶ ἀμφοῖν ⸗ λαῷ, φησὶν, ἐπαυτὰ θ ὑπεργεῖσα τ ἰσοσπῆ χρησιν ⸗στέγειν ἐτοῖς ἀμφοτέροις. Nec alia mente dixit prædicator χρυσορρήμων concione tertia adverſus Judæos, Κἀγὼ γὸ, ὅτι τὰ τείχη κατασκαψαι ἄνθρωποι, ---- μὴ καὶ τὰς ⸗φήτας ἄνθρωποι ἔπαυσαν; μὴ τὸν ⸗ πνεύματος χάριν ἀπεῖλον; μὴ τὰ ἅγια τὰ σιμικὰ τὰ παρ' ὑμῖν αὐτοὶ κατέλυσαν; οὐκοῦν τὸ φανὲν ὑπ' ⸗ ἱλαστηρίου φέρεσθ τῶν ἐπὶ τῷ χρίσματι ἡμμένων ἐνέργειαν, τῶν δήλωσιν (אורים) τῶν ἐπὶ τ λίθων ⸗ ἱερέως; ὁ γὸ ἄνθρωπ@ εἰς τ ταὶν εἰσῆγε πῦρ, ἀλλὰ φλὸξ ἄνωθεν κατενεχθῆσα ὕτω τῶν ἐπὶ τ θυσίας ἀβροσίαν ἐκλήρω. καὶ πάλιν ἀνὰ μέσον τ χειρῶν ὑπ' ⸗ ἱλαστηρίου φανὴ τις ἐφέρεθ, καὶ τὰ μέλαντα πρὸς λεγε. πάλιν ἐπὶ τ λίθων τ ἐπὶ ⸗ στήθους ⸗ ἀρχιερέως, ὅπερ ἐκάλυπ δήλωσιν, ἐγίνεθ τις ἔκλαμψις, καὶ τὰ μέλαντα ἐσήμαιν. ⸗θ' τοῦτοις, διὰ κενῆς χειλὸς ἔδε, ἡ ⸗ πιδύμαι@ χάρις ἐφίπτασθ καὶ τὸ ἔλαιον ὠσεπίδα, καὶ ⸗φθ' τοῦτοις δικαίων τοῖς ψαλμαῖς. Doctiſſimus etiam Theodoretus in Quæſt. Biblicis haud ſemel, ὡ τῷ στήθ τὸ καλύμμον λόγιον, λογικῶ συνκαλύπτθαι καρδίαν. εἶχε γ' κ τοῦτο ιβ'. λίθους ⸗σημεσμένους, ἀλλόφυλον ἔχοντας χρωτά. Διὸ γ' τούτων ἐνδὺθ πολέμων συνεχομένη ἡ νίκη ἡ ἥτ'α · ⸗σάγαγε γὰρ φησὶν ὁ σαμὰ τὸ ἐφούδ. εἶτα τῶ νίκῃ μαθὼν ἐπήγαγε, συνάγαγε τὸ ἐφούδ · καὶ ὕτως ἐξώπλιζε τ λαόν. Διὰ τοῦτο εἰρηκὼς ὁ τ ὅλων θεός · καὶ ἐπιθήσεις (Ex. c. 28.) τὸ λόγιον τ κρίσεως ἐπὶ τὸ στέθ@ ἀαρὼν, καὶ συνάξεις αὐτὸ τῶν ἐκλογὴν καὶ τῶν ἀλήθειαν. καὶ δήλωσιν μ' ἐκάλεσε τὰ ἐκεῖθεν μυούμενα · ἀλήθειαν γ', τ μυουμένων τὸ ἀψευδές. Dein Procopius ad Exodi c. 28. 30. Καὶ ἐπιθήσεις ἐπὶ τὸ λογεῖον τ κρίσεως τῶν δήλωσιν καὶ τῶν ἀλήθειαν. *Incertum eſt*, inquit, *an alii hic intelligendi ſint lapides, vel capienda ſit duorum nominum quaſi in tabella quadam inſcriptio*: ſic interpres non optimus. Et alibi, ὅτε λαῶν δῆλος αὐτῷ ⸗ ἀλήθεια. *Inter* XII. *enim lapides in pectorali ſitos* Claritas *erat* & Veritas, *per alios duos lapides repreſentata*. Hæc aſſerit Theologus Gazæus propter Cyrillum Alexandrinæ, qui lib. XI. de Adorat. Spiritali inter alia narrat: Καὶ ⸗φέρε τούτοις συναναπλέκεσθαί τι καὶ ἕτερον τοῖς ιβ'. λίθοις ⸗σεπιζήτ, λέγων · καὶ ἐπιθήσεις ἐπὶ τὸ λογεῖον τ κρίσεως τῶν δήλωσιν καὶ τῶν ἀλήθειαν. ὃ μὲν ἴστι καὶ ἀδιαμφιλύτως εὐαρμοῦν, πότερον δὲ λίθους ἢ ὡς ἐν μικρῷ πινακίῳ χθονὸς ⸗σεικόνισται. Paulo poſt idem Patriarcha, εἴτ' οὖν εἶεν καὶ ταῦτα (δῆλος intelligit) λίθοι, εἴτ' ὡς ἐν πίναξι χρυσῇ τ ὑπομάτων γραφὴ, πολυσχεδιάζει δ' ἐν λίθοις ὁ λόγ@. Verum ille ad Oſeæ c. 3. paulo fidentior, εἶτα ⸗στήσταχεν ἐξ ὀνόματ@ τ φυλῶν ιβ. τῷ τιχνήματι σοφῶς ὑπτέχοντας ὑφαίνεσθ λίθους · δύο γε μὴν ἑτέρους μεταξὺ τ ἄκρων, οἷς ὧ ὀνόματα ἡ δήλωσις καὶ ἡ ἀλήθεια. Adamantius etiam ex hoc myſterio ſuum φιλωνισμὸν & allegorizandi cacoethes acriter defendit, Λογεῖον inquit hom. VI. in Lev. *Sapientiæ ſtudium eſt, quia ſapientia in ratione conſiſtit: ſed quæ ſit ſapientiæ hujus & rationis virtus oſtendit. Impoſuit enim ſuper eum Logium, & impoſuit ſuper Logium manifeſtationem & veritatem. Non enim ſufficit Pontifici habere ſapientiam & ſcire omnium rationem, niſi poſſit etiam populo manifeſtare quæ novit, &c. Hoc eſt ergo* ſuperpoſuiſſe rationali manifeſtationem & veritatem. *Infelices illi, qui hæc legentes, omnem intelligentiam ſuam erga ſenſum veſtimenti corporalis effundunt. Dicant nobis quale eſt veſtimentum manifeſtationis, aut indumentum quale eſt veritatis? quæ mulieres iſta texuerint, in quo hæc unquam ſint conſecta textrino?* De *Eſſene* inſuper hæc inſeruit Græculus quidam Lexico Suidæ contra Manuſcriptorum fidem, loco non ſuo ad ἐρῶδ, quod nugacius eſſe arbitror, quam jam repeterem inde, vel de Quæſtionibus Anaſtaſii Niceni, aut de adſumento Epiphanii p. 250. vol. 2. Conſtat tamen iſtum συζητητὸν ex commentariis Cyrilli Alexandrini corrupiſſe ſententiam veterem, maxime ubi ait, ὁ γ' ἱερεὺς λαβὼν λείπων εἰς τὸ ἐφοὺδ, ἔρυθρα τ στόν. καὶ si μὴ ἀρίστον ὧ τῷ ⸗θῷ τὸ ἐρώτημα, εὐθέως ἐρωτῶν ὁ ἀδάμας λέγ@, καὶ ἐφιγγόβολὰ ἀκτῖνας σκεπτόμενον. εἰ γ' οὐκ ἀρίστον, ἵνατι ἐν τῇ ἰδίᾳ τάξει ὁ λίθ@. Prope hinc abeſt opinio Saxonis doctiſſimi Bedæ. *Pones autem in rationali judicii doctrinam & veritatem. Ideo* doctrina & veritas *in rationali judicii ſive literis impreſſa, ſeu nominis tantum ſacramento erant impoſita, ut Pontifex eadem veſte indutus meminiſſet ſe rationibus doctrinæ & veritatis inquirendis per acceptum ſacerdotium fuiſſe conſecratum. Ut quod exterius typicum in veſte præfulgebat, intus in corde verſaciter expreſſum coruſcaret.* Βαθὺ ⸗ λογεῖον τὸ χρῆμα (ut cum Cyrillo & Abeneſdra dicam) ſolicitum habuit S. Auguſtinum, *In quali re vel metallo poneretur ſuper rationale* (haud intra ipſum) *Demonſtratio & Veritas, quoniam talia dicit fieri in veſte ſacerdotis quæ corporaliter fiunt, invenire difficile eſt. Fabulantur tamen quidam, lapidem fuiſſe, cujus color ſive ad adverſa ſive ad proſpera mutaretur, quando ſacerdos intrabat in ſancta: & hoc eſſe quod ait, Et offerat Aaron judicia filiorum Iſrael ſuper pectus ſuum; oſtendens videlicet in illa Demonſtratione & Veritate, quid de illis judicaverit Dominus. Quanquam poſſit intelligi Demonſtrationem & Veritatem literis impoſitam ſuper Logium.* Talia refert Doctor Occidentis. Reſponſi itaque *certi clarique* ſymbolum, ut veri Dei oracula eſſe poſſunt, aut etiam argumentum *ſapientiæ* ac *probitatis* Pontificis Hebræi, (prout gemmea illa ἀλήθεια, quam à collo Sacerdotis Judiciſque pariter ſummi Ægyptiorum dependiſſe legimus, mentem æqui prudentem atque tenacem denotabat,) האורים והתומים. *Urim vethummim*, quod eſt *lumina & perfectiones*, φωτισμοὶ καὶ τελειώσεις in ſevera Tranſlatione Aquilæ, δῆλοι (unde forte Oraculo Apollineo nomen,) & quandoque ἔκλωσις καὶ ἀλήθεια LXXII. Alexandrinis, convenientius quidem periapto Sapphirino Præſidis Ægyptii, aut *doctrinæ & perfectio* in Vulgatioribus Bibliis Latinorum, poſt Joſephum de *luce mera, mira, ac perfectiſſima*, haud diverſa de re exponunt Origines, Chryſoſtomus, Hieronymus, Chriſtianorum quidam alii, & ex Magiſtris Judæorum non pauci. Nemo enim adhuc auſus erat in plicas Sacratiſſimi Thoracis icunculas fatidicas aut par homuncionum Magicorum ante Abeneſdram Aſtrologorum inducere. Hic vero pro אורים ותומים ſubſtituit τελίσματα χαλδαϊκὰ & μορφώματα (quomodo Aquila תרפים interpretatus erat) צורות שיעשה בעלי הכוכבים, referente ad Legem Nachmanide, non Maimonide, quod viri docti ſcribunt. Quorſum ægrius fero ab aliquot Chriſtianorum Doctorum tam pravam conjecturam Abrahami Judæi prolixo ac ſedulo opere defendi, & unicum à rerum conditu verum vereque venerandum Oraculum in ſacerrimum idololatriæ argumentum converti. Prudentius ſane, ſi hiaret unquam larus dextrum Pectoralis, Dei Summi nomen τετραγράμμον, quod Uzielides, Jarchius, Levis Gerſonis, & Iſaacus Aramæ, aliique fecerunt, aut hoc nobile attributum, divinum hunc titulum, φέως ὑέθυμίμ, τὸ φῶς καὶ τὸ τέλειον, aut *Lumen puriſſimum perfectiſſimumque*, ὅτι ὁ θεὸς φῶς ἐστὶ, 1 Joh. I. 5. vel Jus etiam δικαίωσιν, meliori an manu quam Beſeleli in tabella aurea gemmeave expreſſum, loculo ſacro indere. Prudentius porro cum Saliano & Græcis quibuſdam juxta duodecim gemmas ſolidi & clauſi undique Logii, ſic volunt *Urim* & *Thummim* literis ſcriptis adfigere. Non poterant equidem expedire ſe Judæi abs criminationibus Philoſophorum, ſi Abeneſdræ opinio increbuiſſet uſquam, non Idololatriam prorſus evitare & ſuperſtitionis Ægyptiacæ perridendam mimeſin; neque ſe tueri ipſum Pontifex Dei contra verba digiti Divini, ὃ ποιήσεις σεαυτῷ ⸗ פסל εἴδωλον, ὁὺ παντὸς ὁμοίωμα: aut dicto Strabonis hominis incircumciſi de Lege eadem, ἰὼν δεῖ πᾶσαν ξοανοποιΐαν. Idola tamen ſunt tui Teraphim, vir docte: Urim tui ſunt ſimulacra, ſunt ſculptilia. Quis interim Hebræorum vel Sacerdotum, ſeverus licet & cunctator, imagines fata eloquentes & ἀνθρώπινας victoriarum ſponſores illubenter adoraret, tanquam rem ſanctiſſimam Deoque plenam? Aut ex contrario, quis prudens ſcienſque Antiſtes talia teleſmata ſuo de pectore confeſtim non rejectaret odio merito vanitatis Ægyptiæ? Refutat etiam egregie commentum illud toties à Reverendo Viro vocatus laudatuſque Diodorus ſuæ Bibliothecæ libro XI. ἄγαλμα γ θεῶν τὸ σωῖλον ὁ κατεσκάκασεν ὁ μανὸς · ⸗ τὸ μὴ νομίζειν ἀνθρωπόμορφον εἶναι τ θεόν. τὰς γ θυσίας ἐξηλλαγμένας συνεστᾶθ τ ⸗ τοῖς ἄλλοις ἔθεσι, καὶ τὰς κτ τ βίου ἀγωγάς. Διὸ γὸ τῶν ἰδίων ξενηλασίαν ἀπάνθρωπόν τινα καὶ μισόξενον βίον εἰσηγήσατο. Fatetur etiam Strabo Moyſen inter ſuos Religionem & cultum inſtituiſſe liberum quidem θεοφορίας καὶ ἄλλας ⸗ψαλματείας ἀστόποις, liberum itaque duobus geniis Chr. Caſtrenſis. Falluntur autem nimium noſtrates Hegus & Spencerus, quod Philonem Judæum ſuæ ſententiæ patronum exiſtiment, aut ejus hæc verba de idolorum quorundam theca interpretentur, τὸ γ λογίον τετράγωνον διπλοῦν κατεσκάζετο, ὡσανεὶ βάσις · ἵνα δύο ἀρετὰς ἀγαλματοφορῇ, δήλωσίν τε καὶ ἀλήθειαν. Quod eſt Spencero Paraphraſtæ, *Logium eo fine duplex factum, ut illius fundum vel medium* (at nihil tale, concavum nihil intellexit Judæus dixitve, ſed pannum firmitatis cauſa duplum, quo lapides bis ſex cum ſuis palis recte ac fortiter ſuſtineret) *eo felicius duabus imaginibus ferendis inſerviret: quæ quidem imagines Manifeſtatio & Veritas dictæ ſunt.* Alioquin ait ſe neſcire τὰ λογίου ἀρετὰς ἀγαλματοφορεῖν, *virtutes quaſi in imaginibus ferre* dixerit. Aliter tamen Origenes, Hieronymus, Beda, S. Eccleſiæ Patres alii Græci Latinique ſentiebant, qui ob animum oculoſque habuerunt verba illa Philonis. Quinimo qualem rem putarit eſſe δήλωσιν καὶ ἀλήθειαν, ipſe Philo exponit p. 824. ubi phraſis magis claret, quam aliquis judicii non intercepti aut Græce callens obſcuram & difficilem ſentiat. Ecce illum libro II. de Divina Monarchia, ſeu contra Idololatras. σύμπας γ ὁ ταχ@ καλεῖ λογεῖον ἐνύμως · ἐκφδὴ τὰ ⸗ ἀφανῶ πάντα λόγοις καὶ ἀναλογίαις διδημιούργηται καὶ συντέτακται. ἐπὶ γ ⸗ λογείῳ δὲ τῷ ὑφάσματος καταποικίλῳ, ⸗θαγορεύων τὸ μὲ δήλωσιν, τὸ δ' ἀλήθειαν, αἰνίττετ γ Διὰ μ τ ἀληθείας, ὃν ἀφανῆ τὸ ⸗δέκαπαν ψεῦδ@ ἐπιδύσιν ὑ δεμιᾶν · Διὰ τ δηλώσεως, ὧν αἱ κατ' ἀφανοῦς φύσεις ἐκασα δηλοῦσι τ παρ' ἡμῖν, ἃ καθ' αὑτὰ πάντως ὧν ἴσ ἄγνωστα. Dixerat idem p. 670. ex Tralatione LXXII. Alexandrinorum, *Logium quadratum duplexque fecit, inſtar baſis, quo virtutes geminas Manifeſtationem inquam & Virtutem ſuſtineret.* Sic vertenda ſunt Græca ſuperius memorata. Quippe baſium & firmitas & figura quadrata eſſe ſolet: at loculi ratio omnis excluditur. Iterum p. 672. χρῆμα γ τετράγωνον τῷ λογείῳ. χρὴ γὸ τ τ φύτεως λόγον καὶ τ ⸗ ἀνθρώπου βιοκτίσαν πάλιν παρ' ὁ καὶ τὰς εἰσηγμένας ἀρετὰς προτελλόμενος αὐτῷ, δήλωσίν τε καὶ ἀλήθειαν. ὃ μὲν ἀπὸ καὶ δυσὶ λόγοις τοῖς καθ' ἑκασον ἡμῶν, δύο ἀρίστως ἀσύγκριτα οἰκεῖα. τῷ μ προφορικῷ δήλωσιν, τῷ γ καθ' Διάνοιαν ἀλήθειαν. Ne cogites, quæſo, de imagunculis diploidi Rationalis inſerendis, ἀγαλματοφορεῖν ſimplicius ſignificat *geſtare, ferre*, ac *repræſentare*. Leges enim paulo poſt apud hunc Philoſophum, cui quidem id verbum peculiare eſſe videtur & proprium, p. 673 propter

siones legum: de quibus opportunior erit dicendi locus. Nunc autem cœptam narrationem persequar.

εἰ ὧν ἐρῶμεν ὀκαιρότερον. τρέψομαι ἢ νῦν ἐπὶ τ ἑξῆς λόγον.

ι'. Ka-

Ephodam πολύωλον quatuorque quasi elementis variam, τὸ μίμημα ⸗ κόσμυ ὑπυόμβ, ὀρείλᾳ (ὁ Δρχιερεὺς) τῇ Δληθείᾳ τὸ τ ἀγάλμα δεῖσθαι ὠγαλματοφορεῖν (quod est, *Universi ferens exemplar*) αὐτὸς πρέπον τινὰ ὡς τῶν ⸗ κόσμυ φύτιν μεδημόας, καὶ βραχὺς κόσμ εἶναι. Huc sane respexit Hesychius illo interpretamento, ἀγαλματοφόρ, ὡς ἄγαλμα (φέρων, si volo) ἐν τῇ ψυχῇ. Necnon eadem Suidas & Antonius Philosophus in Lexicis, ἀγαλματοφορῶν. ἀγάλματα ἤγυν τύπυς (ideas) τ νοητόντων φέρων ἐν ἑαυτῷ· ὕτως Φίλων. ἄγαλμα πᾶν ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλε, hæc & alia veterum Lexicorum; κἂν᾽ ἐμοῦ ἐμοῦ ἦ, κἂν᾽ τε εἰκὼν, opportune addit Etymologus; Eustathius insuper definite ad ιλ'. δ'. ἄγαλμα λέγε παντα χῶ τῷ ποιητῇ τῶν ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλε· ὐχ ὡς ἡ συνήθεια, τ ξόανον. Etymologus etiam ἄγαλμα, ἀγαλμίαμα, καλλώπισμα, ex scholiis majorum ιλ'. δ'. ad optimum vatem. Ita me legisse memini in Apocryphis Bibliorum ἄγαλμα τ πολυοχλίας in melioribus codd. pro ἀγαλλίαμα. Pariter ex ipso Philone Hesychius ἀγαλματοφορεῖαν, καλλωπίζειν. Fusius adhuc Suidæ Lexicon, ἀγάλματα τὰ τ θεῶν μιμήματα, καὶ πάντα ⸗ κόσμυ τινὸς μετέχοντα. ὅμηρ, βασιλῆι ᾧ κεῖ ἄγαλμα. καὶ ἡσιόδ, τ ὅρμον ἄγαλμα καλεῖ· εὐριπίδης τ ἐπὶ τοιχείς κόμον Cippum: ἄγαλμα, εἴδωλον, βρίτας, χάρμα, καλλοπη, καύχημα, ἀνδριὰς, ἐπιγραφή. Quapropter sidera cœli decora, quæ Templi Dei ἀναθήματα vocat Philo, aliquis gentium ἀρχαῖ ἀγάλματα prius nuncuparat. Quid plura? πολλὰ δ' ἀγάλματ' ἀνῆψεν, ait Mæonides in Ulysse suo γ'. 274. ἰκέλια ὑράντα eadem interpretatur Didymus verus, alii ἀναθήματα, sicut ὀδ. μ, 347. Iterum ὀδ. τ. 257. κείνῳ ἄγαλμ' εἶναι, *quo ornaretur*. Nec omittas incomparabilis Poëtæ versum de indumento non dissimili *Rationalis* Hebraici, ὀδ. σ. 299. Ἑσθλὸν λίτεκεν θεράπων ἀφενηλὲς ἄγαλμα, *Monile servus adportabat, perpulchrum sane ornamentum*. Modeste quidem Magnus Grotius ad Oraculum Pontificale retulerat *Veritatem Sapphirinam*, quæ ob pectus Judicis Ægyptii rite dependebat, tanquam imitamen impotens ac puerile: at majori mox fiducia, majori adhuc errore Spencerus ac Marshamus nostri à gemma illa Ægyptia Divini Urim originem audent deducere. Sive tamen huc traducas, sive illuc, aliena erit Tralatio ac violenta. Aptabatur enim ad tribunal cervici ἀρχιδικασῦ torques pretioso *Veritatis* simulachro gravis, ut insigne necessarium sui officii, jurisque tum dicendi nota. Submonet adeo Historicus Siculus, τ δ' ἀμφισβητήσεων ἤρχοντ, ἐπειδὰν τῷ τ ἀληθείας εἰκόνα ὁ ἀρχιδικασὴς περιθῆται. Præterquam enim quod κλεὸς χρυσᾶς רבד הזהב ab omni ævo dabatur rerum Ægyptiarum administratoribus, ut ex Josephi honore paret atque è monumentis Hieroglyptarum, non symbolum ullum aptius, non circumponi potuit collo Præsulis dignius μνημόσυνον Integritatis illius ac Sapientiæ, quas supra cæteros mortales extolere oportet Fori dominos semperque profiterit. Id factum revera retulit Ælianus l. 14. c. 34. *Variorum*; id significatum voluere Hierophantæ. Has etenim ambas virtutes, Fidem dico ac Sapientiam, tum apud Hypophetas Ægyptios tum Bibliorum S. Scriptores aliam vox אמת & *methimei* i. e. ἀλήθεια interpretando denotabat, sicut in peroratione Josuæ morientis, c. 24. 14. κατεύθυνατε κυρίῳ ἐν εἰκαιοσύνῃ καὶ ἀληθείᾳ, βεταιὰμ ὕειμετ בתמים ובאמת. Easdem quidem virtutes jam à Deo per *miraculum* Pontifici suo affusas, dum nomine ejus Responsa redderet, notione eminenti significabant אורים ותומים. Bulla itaque Ægyptia, quod vides, ad Aaronem nostrum neutiquam pertinet, ἀλλ' ὡς εὐθυσιαστικόν. Ex Octateucho equidem Juris patrii, non aliunde pronuntiabat ἀρχιδικασὴς Ægyptius, melioris partis libello ad icunculam *Veritatis* rite admoto. Præterea Maimonidem in Josephi sententiam concessisse ex Opere Maximo ipsius abunde patet, necnon Josephus Carus Asariasque Idumæus de eo fatentur. Quandoquidem illa Moysis c. 10. §. 10. de *sacra Suppellectile* עשו בבירת שני אורים ותומים כדי להשלים שמנרת כגדים ואיפוד שלא היו נשאלין בהן מפני שלא היתה שם רוח הקדש, *Apparata quidem fuere sub Æde secunda Urim Thummim, haud tamen consulta defectu Sancti Spiritus*, animadvertat auctor *Cejeph Mishne* ex c. 1. *Ciddusim* f. 31. fuisse desumpta בימי בירת שני בקשו חכמים אבנים לאפוד וגו, *Stante adhuc Templo secundo Ascalonem petebant Sapientes quæsitum lapides pro Ephoda*: idem plane denotat *Urim* apud Maimonidem, quod in Talmudo *Abanim*. Dein ut pretium hinc æstimes S. Oraculi, mutescentis licet jam ævo extremo Templi & subobscuri, *Demæ gemmario*, sic referunt Doctores Babylonii, *pro parte quadam decoris ἐωθεκαλίθυ numerabat Rab Cahana* דינרי זהב *Daricos* 80000 sive sexagies mille libras Sterlingicas. Quapropter c. 9. *Cele micdas*, ubi accurate egerat Maimonides de Essene aliisque vestibus Sacerdotum faciendis, ne verbulum injecit de Urim Thummimve: verum enimvero capite sequente Responsum Divinum אורים dictum & תומים; literis gemmarum eminentibus jam olim editum asserit. Quinettam deplorandæ stultitiæ est Gorionidæ isti fidem ullam habere, qui vel Annio pravior, partim ex Talmude, ex Fl. Josepho partim, sed & ab Historiæ Romanæ scriptoribus pessimis opus illepidum compegit. Pro voce non humana, quam auditam contendit vir doctus Urim consulenti, verba Josephi (cujus liquet satis sententia) πνεῦμα ἁγιωσύνης ἡμῖν φωνὴν ἐ δίδωσιν ὁ θεὸς, de Saulo scitatore nequam & frustraneo, nequicquam detorquet: quoties enim responsum erat, Dei organon adstitit Pontifex, Dei sententiam elocutus est. Quomodo de Eleazaro narrant Doctores Babylonii in *Baba batra* c. 8. cum olim distribueretur Palæstina inter victores Israelitas: *Dixit hic Præsul Spiritu Sancto dirigente, adstante tum apud illum Josua Imperatore, adscendit Zabulon, simulque Acco sors sua:* pariterque de cæteris tribuum ipse prænuntiavit, והיה מכוין ברוח הקדש ואמר זבולן עולה והחום יכו עולה עמו וגו׳. Scholæ quidem Jerosolymitanæ hac de re olim disputabant Gemara Jerosol. *Jomæ c. 7.* sed Moyses duo, Maimonides & Cosensis, aliique Judaici juris consulti sententiam alteram de *literis emissitiis* potiorem faciunt suamque. אירת תניי תני הכתוב בולט מאן דאמר הקול הירת שומע ורהאי דכתיב וישמע אירת הקול. Occurram nunc cæteris Doctorum objectiunculis. Frustra illi urgent cum Nachmanide אמ׳. דאיכא Exodi c. 28. 30. ונתת את האורים ואת התומים: dum talia sæpius legantur in Sacris, ut statim in Genesi וישכן את הכרובים, ἔταξε τὰ χερεβείμ, quorum equidem mentio nulla præverterat. Insistunt adhuc impotenter locutioni Hebraicæ ונתת אל החשן המשפט את האורים וגו׳, *Pones autem inde in Rationali Judicii Doctrinam &c.* Jonathan recentior, Salomo, Gersonides ex Judæis, Christianorum etiam multi, quo Essenis plagulas rursum aperirent aut tabulas reconditum aut idola. Verum אל in hoc versu non solum ante על (quod Masorethæ adnotarunt ח׳ אל על) sed etiam pro illo scribi codex Hebræus Samaritarum, ad Exodi c. 40. 20. Græcusque Judæorum Alexandrinorum facile persuadent. Hic enim legit Ex. c. 28. 30. καὶ ἐπιθήσεις ἐπὶ τὸ λογεῖον τ κρίσεως τὴν δήλωσιν καὶ τὴν ἀλήθειαν: *Superimpones Rationali Judicii*, ut Ecclesiæ veteris Doctores sunt interpretati. Ille autem adhuc uberius, ונשית את הארים ואת התמים ונתתה על חשן המשפט (non ut Judaicus ונתת אל את האורים ואת התמים: *Dein fabricatis Urim* (seu *Orim* vel *Arim*, nam *Vau* non legitur in ea voce apud Samaritas) *& Thummim* (vel *Thammim*) *impones ea super Pectorale Judicii*. Pariter natio illa in utraque suarum versionum Syriaca & Arabica. ותעבר את נהירה ואת שלמה ותתן אל חשן דינה את נהירה ואת שלמה. وتصنع الانوار والكمل وتجعل علي صدر الحكم الانوار والكمل. Atque, ut scias ex diligentia hæc accessisse textui Hebraico, eadem repetito legunt Cuthæorum nepotes ad Ex. c. 39. 21. inter sacra opera. Unde post verba isthæc, ἵνα μὴ χαλᾶται (יזה vel יזרה) τὸ λογεῖον ἀπὸ τ ἐπωμίδ, καθὰ συνέζευξε κύριος τῇ ωυστῇ, hoc amplius additur ישעו את האורים ואת התמים כאשר צוה יהוה את משה. Interpres adeo Syriacus istius factionis ואבדו את נאירה ואת שלמה וגו׳, necnon Arabicus وصنعوا الانوار والكمل &c. *Fecere insuper Urim Thummimque, quomodo Deus Moysen jusserat.* Rursumque Lev. c. 8. 7, 8. quando primum Pontificem investivit frater ויתן עליו את האפד וישם עליו את החשן ויתן על החשן את האורים ואת התמים. Quod Tralatio Græca rite expressit, καὶ ἐπέθηκεν ἐπ' αὐτὸν τὸ ἐπωμίδα· —— καὶ ἐπέδηκεν ἐπ' αὐτῷ (vel ἐπ' αὐτὸν) τὸ λογεῖον, ⸗ ἐπέθηκεν ἐπὶ τὸ λογεῖον τὴν δήλωσιν ⸗ τὴν ἀλήθειαν. Paraphrases pariter Samaritarum Arabicæ & Syriacæ, ויהב על חשנה את נאירה ואת שלמה. وجعل علي الصدر الانوار والكمل. Sed & Christiani apud Syros ויהב עלל פרסא, *Posuitque super Thoracem, &c.* Onceloſi tamen vetustissima versio pro אל החשן legit ubique בחושנא, ἐν λογείῳ; indeque Cl. Saadias في البدنة. Hieronymi etiam illa pervulgata, *Quod* humerale *aptavit Rationali, in quo erat Doctrina & Veritas:* ambigue. Quoniam vero Exodi c. 39 Essenis modus & fabrica accurate describitur, lapidumque adhuc ordines, nomina, & occellatura explicantur omnino absque Urim & Thummim: & vicissim Lev. c. 8. in Aaronis καταχολισμῷ memorantur Urim & Thummim, tanquam Rationalis dignum ἐπίθεμα (dicitur enim ויהן על החשן את האורים avt) tacita interim gemmarum tetrastœchia: idem sane v. 30. c. 28. Exodi Epanalepsi quadam substitui existimabis, atque aliis verbis intelligi, quod præcedente versu dictum fuit; quinetiam post ambos illos venire epiphonematis loco diligentem Pectoris descriptionem. Perpende rite illa commata, ita cum priscis Judæorum Christianorumque deprehendes opus Urim & Thummim à Gemmario minime distingui. Pariter enim Aaroni imperatum, v. 29. pretiose insculpta *nomina filiorum Israel in Rationali Judicii* (בחשן המשפט i. e. ἐν λογείῳ μανίκῳ) *portare super pectus suum, quando ingrederetur Sanctuarium, memoriale coram Domino in æternum.* Atque itidem v. 30. *Pones autem in Rationali Judicii Doctrinam & Veritatem, quæ erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram Domino, & gestabit judicium filiorum Israel in pectore suo in conspectu Domini semper.* Bis dictum, perpetuo hos lapides, hæc ferret ille splendida symbola, ut διαπρέπον magnorumque eventuum Divinum dictatorem decet. Hujusmodi vero repetitiones in libris Sacris occurrere sæpe & Criticorum sobrii & insani jam adnotarunt. Allegorias autem & Rhetorum schemata jam inter opera & colores Beselelis plumarii inducere, alienum prorsus existimo & violentum: quamvis viri plurimi Ecclesiastici *Doctrinam & Veritatem*, quas Rationali Judicii adponi ὁ χρεσμὸς jusserat v. 30. solum de sapientia & integritate ipsius Pontificis, minime de re sensili oculorumque deliciis accipi voluerunt. Sed è contra paucis fortasse placebit interpretatio facilior & simplicior, *Superaddes Pectorali Oraculo lucem & perfectionem*, i. e Gemmarum ordines puros, claros, summaque arte expolitos dabis. Veruntamen nobilissimum hoc Oraculum, quod reverenter & de arduis

ι. Καθιερωμένης γὰρ ἤδη τ σκηνῆς, καὶ ἀφιερωσαμ-

10. Tabernaculo jam dedicato, & omnibus quæ ad Deo oblata

Munera

duis duntaxat Reipublicæ negotiis jurisve sacri controversiis consulere solebant Principes ac Seniores Hebræorum, Num. c. 27. 21. & in Misna *Jome* c. 7. §. 5. quomodo vel de plano Delphico refert Plutarchus; οὐδὲ γὰρ ὁ Δίννα ἐπίσταται φθὲς ἀνὴς ἀνθρωπίνῳ χρεσμῷ, οὐδ' ὁ Δίννα φθὲ ἰσχυρίας· ἀλλὰ πολλὴς μέγα δυνάμενος (ita Tribus Israelitides) κ βασιλεῖς κ τύραννοι, (Saulus, Davides, Ozias) μείζων ἀεὶν φθονήσης ἐφετύγχανον τ θεῖ φθὲ πραγμάτων· non alia voce editum erat quam Summi Sacerdotis ejusve Vicarii, multo minus Idolorum præcordialium sibilis, ut noster contendit, neque etiam sono solo ac impersonali, ut alii quidam. Illud enim בת קול sive *vocem assam* appellitant Judæi, atque loco Urim demum substituunt Philosophos suos Simonem, Hillelem, Jonathanem, Johannem Zacchæi, aliosque perculisse perhibent. ἡ γὰρ ἐστι θεῖ ἡ γῆνης, ut de Pythio ad verum θεοπρόπιον rursus Chæronensis Sophistæ verba transferam, οὐδ' ὁ φθόγ, ἀλλὰ δ' ἀρχιερέως. ἐκεῖνο δ' μόνας τὰς φωνὰς παρέσχετ, κ φῶς ἐν τῇ ψυχῇ ποιεῖ φθὲς τὸ μέσον. Quod & Heracliti Apophthegma jactat, τὸ μαντεῖον τὸ ἐν τοῖς Δελφοῖς, ὅτε λέγ, ὅτε κρύπτ, ἀλλὰ σημαίν. Aut Adamantium nostrum potius audiamus adversus Celsum p. 334. οἱ ἐν τοῖς Ἰουδαίοις ἀρχιερῆς (maxime Pontifices & Triumphorum arbitri: quamvis hosce sub imo gradu Vatum detrudant Rabbini, Prophetarum, Excommunicationum, terminorum aliorum vanissimi distributores) λέγ τ φθὲς τὴν ψυχὴν αὐτῶν, ἵν' ὅτ τοὺς ἀνομήσω, ἀφῆς δ' καλυμμένω ἁγίω πηδαλίω, διορμιώτερ τε γῆν ἴγνοτ, ἐ τὴν ψυχὴν λαμπρότερ. Quocirca admirandam illam animi facultatem statim Sacerdoti à Deo inditam fuisse, pectoralium lapidum insolitus fulgor & ipsi & Regi scisitanti populoque simul spectanti ostendebat & confirmabat. Sic olim sereniissimus Legislator à monte Dei vultu radiante descendens, non ingenii humani commenta, sed jus Divinum Hebræis se tulisse demonstrabat. Hinc illa Pontificis veneratio, is honor, quem etiam Scriptores Gentium celare noluere. τ ἀρχιερέα νομίζουσι οἱ Ἰουδαῖοι, inquit Diodorus lib. XL. αὐτοῖς ἄγγελον γίνεσ τ δ θεῖ φθοσαγμάτων· (quomodo dixerat de eo vates patrius Malachias c. 2. 7. כי מלאך יהוה הוא) ὅτε παρεχρῆτο πάλαι ἐπὶ τὴν γῆν φθσωνεῖν αὐτόν, &c. Quinetiam ab hoc Oraculo, quod Ephodæ nexu firmissimo adjunctum erat, hoc crede præcepto, *Ut ferat Aaron Oraculum seu Responsi Decretorii Symbolum* חשן המשפט *pro filiis Israel coram Domino jugiter* לפני יהוה תמיד, obtinuit phrasis illa apud Judæos, רוח אלהים לבשה את זכריה, τὸ πνεῦμα θεῖ ἐνέδυσε ζαχαρίαν τ ἀρχιερέα. Insulsum valde commentum est quod legitur c. 5. Josephi falsi & Rabbinici ex editionibus Veneta ac Pragensi, (nam editio Munsteriana, & MS Arabicum Gorionidæ penes Cl. Huntingtonum nugis hisce carent) *fassum fuisse Magno Macedoni Hananiam Pontificem* (sic eum vocat ille Nebulo, sicut Talmudistæ Simeonem pro vero nomine Jaddua) *ab exilio Babylonio usque abscondita fuisse clam Judeis Urim & Thummim*, מיום גלות הבית הזה בגלות בבל ניגלמו (ענגו) סמנו האורים ותומים, *rogaturum tamen O. M. de eventu belli Persici precibus suis: quo facto misit per Angelum*, inquit, *in Spiritu Sancto*, שלח במלאכו ברוח קדש. Quasi alterum horum non esset superfluum, ἐν πνεύματι ἁγίῳ, aut δι' ἀγγέλων: vel suæ factionis Patriarchæ (ad *Sote* c. 9.) non affirmassent Spiritum S. æque ac Urim ignotum fuisse Templo secundo.

Verum de tempore, quando hoc Oraculum deseruisse tandem ingratos Judæos planeque evanuisse affirmat Josephus, multa eum fidentia atque crista reprehendunt fugillantque recentis ævi Theologi, Schotanus, Braunius, aliique dictis Pharisæorum freti Fertur enim inter ἀναγράφους Codicis *Sota* c. 9. §. 11. משמתו נביאים הראשונים נטלו אורים ותומים, *Cum patribus prioribus*, Samuelem volunt Davidemque ita intelligi Huna nomodidascalus & Spencerus noster, cæteri melius quotquot Prophetarum Ædem priorem viderant, *interiisse una Divinam hanc* ἀναδιξιν *Urim Thummimque*. Quippe per ora Doctorum jactabatur & hæc sententia, Nachmane Gemarico attestante, משחרב מקדש ראשון בטלו יערי מנרש ופסקו אורים ותומים ופסק מלך מבית דויד, *Ab excidio Templi Salomonici jublatum esse Levitis jus suburbicarium, necnon siluisse inde Oraculum Pontificale, ac vacasse Thronum Davidis.* Docet etiam Misna *Jome* c. 5. משניטל הארון אבן היתה שם מימות נביאים ראשונים, *Ex quo ablata est Arca*, quam cum Tabernaculo alium occuluisse Jeremiam clam cæteris mortalibus, præter Judam Lacisionem, Josephum ben Gorion, aliosque Rabbinos, ex priscis ἀναγραφαῖς enarrat Jason Cyrenæus l. 2. Macc. c. 2. *nimirum à prioribus prophetis seculis*, cum jam perlata esset Arca inter Israelitas per annos mille, aut nongentos parco computo apud auctorem Cosri, τὸ ἀγιώτατ lapidem *solum habet*. Fabulam autem hujusce similem legas apud Gregorium Syrum de Thineeso defossore Supellectilis Divinæ. Insuper de quinque desideratis Ædis posterioris, modo rem veram dixerint, inter se satis consonant Scholæ Judæorum, Babylonicæ ac Palæstinæ. Nam R. Achas, Samuel bar Janna, aliique doctores Urbis ad *Taaniot* c. 2. f. 65. 2. secta ingeniosa & imaginatrix ex Haggæi verbulo אבנר, pro quo legi jusserant Scribæ veteres *Eccabedah* אכבדה, eliciunt propter omissam ה Domum Zorobabelicam quinque his decoribus caruisse, *Igne Sacro*, *Arca fœderis* (*cum Propitiatorio & Cherubinis*, inquiunt Babylonii) *Urim Thummimque*, *tum Oleo Consecrationis* (aut *Shecina* ex traditione Babylonica, *Spiritu* denique *Sancto*. ה דברים חיה המקדש האחרון חסר מן הראשון ואלו הן אש וארון ואורים ותומים ושמן המשחה ורוח הקדש על שכם וארצה גו ואכברה. Sed apud Rabbinos Transeuphratenses hoc modo, מאי דכתיב וארצה גו ואכבר וקרינן ואכברה מאי שנא דמחוסר הוא אלו חמשה דברים שהיו בין מקדש ראשון למקדש שני ואלו הן ארון וכפרת וכרובים אש ושכינה ורוח הקדש אורים ותומים. Attamen gratis hæc dicuntur & fide Talmudica. Quocirca ignem ἀφανισθὲν non defuisse prorsus novo holocautomatum Altari, quin pridem defossum Jeremia auctore, docent adeo Commentaria ipsius ἀπόκρυφα, quæ vel Hebraice aliquando legerat Ecclesia Nazarena, & ab his S. Hieron. ad Matth. c. 27. Hunc denique ex liquido, mirum factu, excitasse Nehemiam focoque sacro reddidisse, satis probant literæ Senatus Solymitani ad Aristobulum virum philosophum & χειρῶν ἱερέων stirpe nobili oriundum reliquosque per Ægyptum Judæos missæ *Maccab.* l. 2. quarum auctoritas opus omne Talmudicum annis multis superat. Quin vero Rabbanistæ magis forte credant Gorionidæ, qui eadem refert lib. 1. c. 17. sui Δημοτικῶν. Porro autem *ignem sacrum* non sine prodigio suscitatum denuo legimus, cum fanum Dei repurgaret Clarissimus Judas l. 2. Macc. c. 10. κ νεὼν κατασκάσωσιν ἕτεροι θυσιαστήριον ἐποίκαν· ἐ πυρώσαντες λίθους, ἐ πῦρ ἐκ τούτων λαβόντες, ἀνήνεγκαν θυσίαν μ διετῆ χρόνον. Ista enim sic explicat gratus dignusque Rabbinulis historicus Gorionides, *Edito tum altari novo invocatoque Numine Ignis Sacri, statim ille erumpens de saxo altaris ligna historiasque jam impositas vorarit. Insuper hunc virum servavit Altare ad tertiam* μετοικεσίαν, *sive luce continua ad Templi secundi excidium.* ויבנו מזבח הרש ויתנו בשר חובח עליו ויערכו עצים ואש הקרש לא מצאו ויקראו אל י ותצא אש מן האבן אשר על המובח ויתנו עצים עליה ותהי ואש החיש עד תנולה השלישית. Idemque Arabice in Bibliis Londinensibus, licet editores hoc nescirent, وبنوا مذبحا جديدا وامر تقرب القرابين عليه وصلوا الي الله عز وجل في اظهار نار مقدسة تبغي علي المذبح فخرجت نار من بعض حجارة المذبح فاحرقت الحطب والقربان ومنها بقيت النار في المذبح الي الجلبة الثالثة. Et adhuc diserrius falsi Josephi exemplar Huntingtonianum, وبنوا مذبح جديد وجعلوا عليه الحطب والقرابين. ثم صلوا ودعوا الي الله عز وجل وسالوه ان يظهر لهم نار علي المذبح واستجاب الله دعاهم وظهرت نار من حجارة المذبح بقدرة الله فاحرقت الحطب والقرابين. ثم بقيت بعد ذلك ولم تنطفي من ذلك الوقت الي ان خرب القدس في المرة الثانية. Hæc igitur contra fabulas Talmudicas valde oppones pro Igni Cœlesti apud Ædem secundam. Deinde שכינה *Præsentiam* summi Numinis in Æde sua & δωδεκαπόφθη Canonicum, & maxime sub Onia III. P. M. κ τ ἀνθυπάτων κυρίᾳ καὶ πάσης ἐξουσίας δυνάσ ἐπιφάνειαν μεγάλῳ adversus vim sacrilegam Heliodori declarat secundus Maccab. c. 3. ubi prodigiorum satis, agnovitque sero ipse Heliodorus περὶ τ τόπου (ὑ ναὸ δηλονότι) ἀληθῶς εἶναί τινα θεῖ δύναμιν. Quinimo *Spiritum Sanctum* רוח הקדש minime alienum fuisse ignotumque Domus secundæ cultoribus, sed occupasse magis Sacerdotum piorumque hominum multa pectora, licet non κατ' ἀκριβῆ ἀφθονίαν, velut sub regibus Judaicis contigerat, passim testatur in scriptis suis Josephus; dum Jadduas & Johannes Hyrcanus magni Pontifices animisque magnis, Judas Essenorum decus, aliique Divinandi charismate decorati memorantur. Omitto nunc indubia nomina vatum Haggæi & Zachariæ: quos diu vixisse sub altero Templo, atque ad Simeonis Justi pontificatum, quando primum malunt Talmudistæ *Bathcol* fuisse auditum vice רוח הקדש, nimirum ad exortum Sadducismi annumque XL. Templi restaurati Prophetiæ nobile domum prorogasse, innuunt ad *Joma* c. 4. veteres Scholastici, & sæpius in Cosri adfirmat Judas Levita Religionis Judaicæ sapientissimus defensor. Prava tamen industria commenti fuerant Doctores Talmudici, simul cum Malachiæ anima avolasse hinc Spiritus S. gratiam, nihil relinqui Divinum in terris aut expectari præter Susurrum quendam, quo forte fidem derogarent non solum votis ac spei flagranti Hilleliſtarum Sammeanorumque de Messia vero temporibus Herodianis comparituro: sed atrocius, tot vaticiniis Zachariæ, Symeonis, Annæ, Elizabethæ, & Mariæ de salute mortalibus tum nascente, tot Oraculis ipsius Jesu, tot prædictis Apostolorum ejus, mirisque linguarum ac prophetiarum donis famosissima Pentecoste in primam Christianorum Ecclesiam effusis. Veruntamen illo omnino eventu probatum est, quod diu jam dixerat inter Ædis secundæ architectos Haggæus, μεγάλη ἔσαι ἡ δόξα δ οἴκου τούτου ὑστέρ τ πρώτου. Ne & hoc taceam, egregiam crevisse gloriam Domus secundæ ex tot donariis Regum Ægypti, Syriæ reliquæque Asiæ, ex tantis sumtibus Symeonis pontificis, de quibus fuse Maccabaica. Adversatur etiam sententia Rabbinica verbo veteri Hoseæ c. 3. 4. ubi optimus promissor post annos multos ἀνάρχους ἐ ἀνίερους, sic erant illi Babylonicæ calamitatis, ad jus cultumque intermissum reversuros ait Judæos. Quandoquidem vero Sacra & Canonica Judæorum Scriptuta pertinuit ad imperium Artaxerxis μαχρόχειρ, sicut opere alio affirmat Josephus, & gesta Mardochæi exposcunt,

ad ſacerdotes ſpectant rite peractis, tunc populus Deum ſecum in eodem tentorio habitare ratus eſt, & ad ipſum ſacrificiis honorandum & laudibus perſequendum ſemet convertit, quaſi jam ab omni mali exſpectatione liberatus eſſet, & meliora in poſterum ſibimet polliceretur: Deoque munera tam privatim quam publice per ſingulas tribus offerebat. Principes enim tribuum bini convenientes vehiculum & duos boves afferebant. Illa itaque ſex erant, & tabernaculum in itineribus deportabant. Ad hæc unuſquiſque *eorum* phialam adducit, & lancem, & acerram; (hanc quidem decem Daricos valentem & ſuffimentis refertam; lanx autem & phiala, erant enim argenteæ, ſimul quidem ſicles ducentos pendebant, in phialam vero duntaxat ſeptuaginta expenſi ſunt; plenæ autem erant ſimulâ oleo ſubacta, quali ad altare in ſacrificiis u-

μένων τῶν περὶ τὰς ἱερέας, τότε πλῆθος ὁμόσκηνον [m] αὐτῷ τ Θεὸν ἔκρινεν εἶναι, καὶ τρέπεται πρὸς θυσίας τε καὶ [n] αἰνέσεις, ὡς ἅπασαν ἤδη κακῆ εὐσεβείαν ἀπεωσμένην, καὶ περὶ τῶν μελλόντων ὡς ἀμεινόνων [o] ἐπιθυμοῦντες· δωρεάς τε τῷ Θεῷ, τὰς μὲν κοινῇ, τὰς δὲ κατ' ἰδίαν, [p] ἀνετίθεσαν κατὰ Φυλάς. οἵ τε γὰρ φύλαρχοι καλὰ δύο συνελθόντες, ἅμαξαν καὶ δύο βόας εὐσκομίζεσιν. [q] ἓξ μὲν οὖν ἦσαν αὗται, [r] καὶ τὴν σκηνὴν ἐν ᾗ ὁδοιπορίας παρεκομίζον. εὐθὺς τούτοις ἕκαστος φιάλην τε κομίζει καὶ τρυβλίον καὶ θυίσκλην· τὴν μὲν, [s] Δαρεικὰς δέκα δυναμένην, καὶ πλήρη [t] θυμιαμάτων, τὸ δὲ [v] τρυβλίον καὶ ἡ φιάλη, [x] ἀργύρεα δὲ ἦν, σίκλους μὲν [y] δὴ αἱ δύο [z] ἑβδομήκοντα εἶλκον, εἰς δὲ τὴν φιάλην ἑβδομήκοντα μόνοι δεδαπάνηντο, πλήρεις δὲ ἦσαν ἀλδύρων [a] ἐλαίῳ πεφυραμένων, οἷς ὅτε τῷ βωμῷ χρῶνται εὐθὺς

fcunt, plus LX. annis poſt Templum conſummatum, deſeruit tardius illud Sanctuarium atque etiam charum pectus Pontificis vis Spiritus Divini, quæ eſt μανία, quam afflicta Rabbinorum natio conqueritur. Serione autem illi dicant *Unctionis Oleum* in Templo poſteriori deſiderari, qui *Sabbat* f. 21. b. ex una lenticula מפר אחר P. M. ſigillo notata per octiduum Templi ejuſdem à Maccabæo repurgati lampades omnes miraculo facto illuſtrari contendunt, indeque *Feſtum Luminum* nomine ſuo ac tempore merito celebrari? Obſtat autem quam maxime figmento Rabbinico de evanidis gemmis Pontificum quotquot ſub Æde nova Deo Creatori miniſtrarent, interdictum Hatirſatæ, qui cum vatibus poſterioribus אחרונים, ut loquitur Talmudum in *Sota* c. 9. §. 11. *Synhedrin* c. 1. §. 13. & *Megilla* f. 16. una floruit, libri ſui c 7. 9 ita definitum ævo ac præciſum, *Donec ſteterit Sacerdos Urim Thummimque inſtructus, tantæ controverſiæ dirimendæ par.* Hoc fruſtra eludere tentat Nachman Gemaricus ex locutionibus diſſimilibus & remotis valde, עד שיחיו מתים ויבא משיח בן דויד, *Dum mortui ſurrexerint, aut huc venerit Meſſias Davide oriundus.* Ruit igitur *quinque defectuum* fabula, quam nec Aſarias Idumæus concoquere unquam potuit. Altera vero ſententia, qua ſe obſtrinxit Spencerus, inauditum adeo fuiſſe etiam ſub Templo priore Urim, tam ſacris ſcriptoribus quam Rabbinicis, præſertim Rabbæ Samuelidæ Talmudiſtæ ex 2 Paral. 26. 5. diſputanti, omnique plane vetuſtati adverſatur. Unde ſola manet Joſepho ſacerdoti meritaque fides. Vir enim iſte prænobilis, ut erat Sacrorum Rituum ſuæque pariter originis ſtudioſiſſimus indagator, Oraculi hujus exitum ignorare haud potuit.

Præterea, quod præcipuum eſſe video in hac cauſa, nullum tempus aptius occurrit digniuſque, quando fulgores ſui Oraculi extingueret iratum Numen, Pontificique ſilentium imponeret, quam κατ' ἀναβολὴν ἱερέως hoc loco retulit Joſephus. Ea fuit virtus Johannis Hyrcani, pietas tanta, prudentia, fortitudo, & conſtantia, ut cum meliori anima abſcedere haud poterat diva Ἀλήθεια: tanta ſtatim nequities faſtuſque Ariſtobuli & ſuccedentium ei Pontificum, tot flagitia & parricidia, nihil mirum ſi a tam cruentis & pollutis pectoribus abhorruerit S. Dei Spiritus, ſive hac occaſione in ſedes meliores ſuperaſque omnino ſe receperit. Quippe de Johanne illo in ſcriptis ſuis encomia ſparſit Joſephus, nullis aut pauciſſimis mortalium conceſſa. Μακαρίσοτατός τε ὢν, ait ipſe initio Bellorum, πλεῖστα μὲν τὰ κρείττω δόντα μόνον ἔσχε, τρία τε ἀρχὴν καὶ ἔθνος καὶ ἀρχιερωσύνην καὶ προφητείαν. ὁμίλει γὰρ αὐτῷ τὸ δαιμόνιον, ὡς μηδὲν τῶν μελλόντων ἀγνοεῖν. Tum in Archæologicis eundem magnum principem, magnum ſacerdotem, malleumque ſuperſtitionis Samariticæ ita exornat libro XIII. τὴν ἀρχὴν ἀξιωτάτην τοῦ ἔθνους πρόπον ἔτεσι λά τελούτῃ. ἀξιοῦ τοῦτο δὲ διὰ τριῶν ἀρχῆς τε ἔθνους καὶ τῆς ἀρχιερωσύνης τιμῆς καὶ προφητείας. Vel aſſentiant verpi ſuo Gorionidæ, ut legitur in Bibliis Waltonianis & Bibliotheca doctiſſimi Huntingtoni, *Poſtquam Hyrcanus acceperat literas Senatus Romani ſibi tanquam Regi Judæorum inſcriptas*, يسمي ملك مند ذلك الوقت وكان قبل ذلك انما يسمي الكاهن الاكبر فقط فاجتمعت البه منزلة الملك ومنزلة الكهانة. وهو اول من سمي ملك في اليهود في مدة البيت الاثاني. Quantus autem idem vates fuerit, cum docuit nuncium Divinum de prælio Sebaſteno, quod ipſum perculit dum operaretur forte die graviſſimo τῆς ἁλωσεως in Adyto, l. 4. c. 5. Joſephi Rabbinici, Munſtero edente, tum præſagia minus fauſta quæ in ſomniis de Alexandro ſibi ſucceſſuro cœlitus ſenſerat, c. 7. ejuſdem editionis Bibl Polygl. c. 26. Idem adverterat Julius Chronographus, τότε ἐπὶ φιλοτιμίᾳ, ſic dicit Africanus ille de יוחנן כהן גדול, πολλὰ μαινομένῳ ὁ ἰώσηππος. Addo ego, καὶ πολλὰ μὲν οἱ Φαρισαῖοι. Nam de hoc Præſule intelligi oportet quæcunque narrantur in Maſſicta *Sotæ* c. 9. §. 10. non ita de atavo ipſius, quod opinantur Rabbini recentiores, hiſtoriarum bonarum lues. Herois autem hujus filius maluit multo Rex apparere quam Pontifex: quorſum occiſis Alexandra genitrice fratreque Antigono, & arrepto ſibi Davidis diademate, Augurium Divinum profanavit jureque merito amiſit, conſilii ſacri prorſus inexpertus. Unde rite dictum primo Maccab. c. 14. 41. votis Populi ac Cleri Judaici, Demetrio omnino aſſentiente, conſtitui Simonem ἡγούμενον καὶ ἀρχιερέα εἰς τὸν αἰῶνα, ἕως τοῦ ἀναστῆναι πιστὸν προφήτην, quod eſt, dum venerit Elias aut Moyſi compar aliquis, qui poſſet ſacerdotium tribui ſuæ, ſuæ regnum poſtliminio reſtituere, thronumque Davidis ſtabilire. Conſimili autem phraſi male utitur maximus Grotius ex l. 1. Macc. c. 4. 46. adverſus prophetias ſecundæ Ædis. Fas etenim fuit Altaris polluti ſaxa recondi in הר הבית, μέχρι τοῦ ἀποκριθῆναι τὸ προφήτῃ τοῦ ἀπελεύσεσθαι περὶ αὐτῶν, tempore inquam Alcimi ψευδιερέως. Quanquam nemo non fatebitur rarius effulſiſſe Rationale durante Domo illa, divinandique honorem Judæis tum parcius fuiſſe conceſſum, aut nullum plane inter eos comparandum cum Vatibus Biblicis, Elia Eſaia & Jeremia, ante tempora Chriſtiana emicuiſſe. Sic enim interpretabere illud Maccabaicum, ferociente Bacchida ἐχθρὸς ὀλέσαι, ἢ ὡς τὸν ἐχθρὸν ἄφ' ἡμῶν ἐπὶ ὥρᾳ προφήτης αὐτοῖς. Quandoquidem ſub Alexandro Magno Scriptorum Divinorum aliquot uſque floruiſſe Jadduæ יהוידע Pontificis nomen indicat, quod centum plus annis recentius noſcebatur quam illa Eſdræ & Nehemiæ. Vide hujus librum c. 12. v. 11, 22, 26. Ne tamen Pontifices Simonem ſequentes jam memorare opus ſit, aut ſtultum Hyrcanum, aut monſtrum illud Hebraicum Jannæum, καὶ τοὺς ἡμᾶς ἐν τοῖς δύσει ἀνάξιον, aliave nomina Sacerdotum Regentium Deo Populoque Judæorum inviſa: illa quidem ſecula corrupti Sacerdotii notavit, quod mirabere, Strabo Geographus. οἱ δὲ μοσῆν ἀφηγεῖσθαι, ab illo enim genus hieraticum deducit, χρόνους μὲν ἱκανοὺς διαμεῖναι δικαιοπραγοῦντας ἐν θεοσεβείᾳ ὡς ἀληθῶς ὄντας· ὕστερον δὲ ἐφ' ἡμῶν ἐπὶ τὴν ἱερωσύνην τὸ μὲν πρῶτον δεισιδαιμόνων, ὕστερον τυραννικῶν ἀνθρώπων, &c. Tum de Amphiarao Trophonio aliiſque diſſerens θεοσεβεῖς, τοιοῦτον δέ ἐς ὃν οὐκ ἐν ὁ μοσῆς, addit, καὶ οἱ Ἀφηδεκάμβοι σπάνιον· τὰς μὲν ἀρχὰς λαοῦστες ὁ Φαύλων, ὀκταπόμβοι δ' ἐπὶ τὸ χεῖρον. ἤδη δ' οὗ Φαρισαῖος τυραννεύοντος ἐν ἱερωσύνῃ, πρῶτον ἀπ' ἱερέως ἀπέστησεν ἑαυτὸν βατιλέα Ἀλέξανδρον. τότε δ' ἦσαν ἡσυχαίοι τε καὶ Ἀσιδαῖοι. Nam Ariſtobuli patris faſtum, qui vix annum integrum manſerat, ſcriptor bonus prætermiſit. Denique à felici obitu optimi Hyrcanorum, atque adeo ſub infelici brevique regno Ariſtobuli filii ejus, ceſſerant animi plane ducenti, ut alibi commonſtramus, ad penultimum Domitiani Cæſaris, quum hæc talia ſcriberet Mattathiades, ducentis etiam annis Matthia atavo ſuo gibboſo ſerior. Hinc equidem ſilere Pectus Pontificis, hinc extingui ſacram lucem Eſſenæ. Ardua res eſt & rara, quod vides, à lectione Rabbinorum non delirare. BERN.

m Αὐτῷ τ Θ ω] Ἑαυτῷ *Big.* & *Samb.* quod non plus valet quam *αὐτῷ reliquorum.*

n Αἰνίσεις,] Ἀνέσεις male legerat *Vet. Interpr.*

o Ἐπιθυμηταί·] Lege ἐπιθυμοῦντες. COCC.

p Ἀνέθεσαν] *Samb. Busb.* (*Coll. Voſſ.*) & *Hen.* ἐτίθεσαν: quia præcedens ἰδίαν præpoſitionem huic verbo abſtulerat. BERN.

q Ἐξ μὲν οὖν] Ita *Big. Samb. Vat.* & *Vet. Interpr.* perperam antea in *Editis* ἓξ μὲν οὖν ἦσαν αὗ καὶ τὴν σκηνὴν ἐν τοῖς ὁδοιπορίαις. εὐθὺς τούτοις &c.

r Καὶ τὴν σκηνὴν] Καὶ τὴν σκηνὴν *Big.* (*Coll. Voſſ.*) & *Samb.* καὶ τὴν σκηνὴν *Baſ.* & *Gen.* excuderunt, prætermiſſo penitus παρεκομίζον, pro καθα, aut κατ' ἃς, aut κατ' ἃς καὶ τὴν σκηνήν. BERN.

s Δαρεικὰς] Δαρεικὰν ſcripſit *Samb.* Imo ſic jubet Chœroboſcus Grammaticus Oecumenicus: ſic alii magiſtri literarum. Corripitur enim hoc nomen ex δαρειακὰς. Legimus tamen apud *Baſ.* & *Gen.* δαρεικὰς. BERN. Ita ſolus *Samb.* Sic vero cum *aliis* jubet *Chœroboſcus.* in *cæteris* cum *Editis* Δαρεικὰς.

t Θυμιαμάτων,] *Gen.* θυμιαστηρίων.

v Τρυβλίον] *Samb.* utrobique πτύελον, dimoto accentu quem poſtulabat quidem ὑποκορισμὸς ἐαπτυλικός. BERN. Φιαλὼν, πτύελον, θυσκλὼν hæc conveniunt Hebræis קנרה, מורק, כף. Num. 7. REL

x Ἀργύρεα] Sic *Big.* (*Coll. Voſſ.*) & *Samb.* ἀργυρᾶ in *reliquis.*

y Δὴ αἱ] Illud δὴ additum è *Big.* & *Samb.*

z Διακόσια.] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* in *Editis* Ἑβδομήκοντα.

a Ἐλαίῳ] Ἐλαίῳ πεφυραμένων *Samb.* ex uſu frequentiori. Iro quidem comminabatur aliquando Ithacæ dominus phraſi eadem —— σὺ δὲ καὶ χείλεα φύζεις Αἰγυπτίς, τοιῆσι δὲ σιμβλὸς μο-

πρὸς τὰς ἱερουργίας· μόσχον τε καὶ κριὸν [b] σὺν ἀρνίῳ τῷ ἐτησίων [c] ὁλομελῆ καυθησόμενα, καὶ σὺν αὐτοῖς [d] χίμαρον ὑπὲρ παραιτήσεως ἁμαρτημάτων. προσῆγε δὲ τῶν ἀρχόντων ἕκαστος καὶ ἑτέρας [e] θυσίας σωτηρίους λεγομένας, καθ' ἑκάστην ἡμέραν δύο τε βόας καὶ πέντε κριοὺς σὺν ἀρνάσιν [f] ἐτησίοις καὶ ἐρίφοις. ἔστι μὲν δὴ θύεσιν ἐπὶ ἡμέρας δώδεκα, καθ' ἑκάστην ἡμέραν [g] εἷς. Μωϋσῆς δὲ οὐκέτ' ἀναβαίνων ἐπὶ τὸ [h] Σινᾶιον ὄρος· ἀλλ' εἰς τὴν σκηνὴν εἰσιὼν, [i] ἀνεμάνθανε παρὰ τοῦ Θεοῦ περί τε τῶν πρακτέων καὶ τῶν νόμων ἃ συντάξεως. ἃς, κρείττονας ἢ κατὰ σύνεσιν ἀνθρωπίνην ὄντας, εἰς τὸν ἅπαντα βεβαίως αἰῶνα σωθῆναι φυλαχθήναι, δωρεὰν εἶναι δόξαντας τοῦ Θεοῦ· ὡς μήτ' ἐν εἰρήνῃ διὰ τρυφῆς, μήτ' ἐν πολέμῳ κατ' ἀνάγκην Ἑβραίους παραβῆναί τινα τῶν νόμων. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων παύομαι λέγων, [k] γραφὴν ἑτέραν ἠξιωκὼς συνθεῖναι περὶ τῶν νόμων.

tuntur) præterea vitulum & arietem cum agno anniculo * in holocauſtum, ſimulque hircum pro expiatione peccatorum. Sed & principum quiſque alia offerebat ſacrificia, quæ ſalutaria appellantur, per ſingulos dies boves duos & quinque arietes cum agnis anniculis & hœdis. Atque ita quidem iſti per duodecim dies *continuos* ſacrificant, ſingulis diebus unus. Moyſes autem non amplius Sinæum jugum aſcendens, ſed in tabernaculum ingrediens à Deo accepit omnia de rebus agendis & de legibus ferendis. Quas, meliores quam ut ab humana ſapientia excogitari poſſent, in omne ævum religioſe obſervari contigit, quod divinitus datæ crederentur: adeo ut nec in pace ex luxuria, nec in bello ob neceſſitatem harum aliquam violare ſuſtinerent Hebræi. Sed de his quidem dicere ſuperſedeo, quòd alio in libro de Legibus ſcribere inſtituerim.

ΚΕΦ. Θ'.

Τῶν θυσιῶν οἱ τρόποι.

Νῦν δ' ὀλίγων τινῶν ὑπομνησθήσομαι τῶν ἐφ' ἁγνείαις καὶ ἱερουργίαις κειμένων. καὶ γὰρ τὸ λόγον μοι περὶ θυσιῶν [l] συνεστῆναι συμβέβηκε. δύο μὲν γάρ εἰσιν ἱερουργίαι. τούτων δ' ἡ μὲν ὑπὲρ [m] τῶν ἰδιωτῶν, ἑτέρα δ' ὑπὲρ τοῦ δήμου συντελουμένη, κατὰ δύο γίνονται τρόπους. ἡ μὲν [n] ὁλοκαυτοῦται πᾶν τὸ θυόμενον, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν προσηγορίαν τοιαύτην ἔλαβεν· ἡ δὲ χαριστήριός τε ἐστὶ, καὶ κατ' ἐνωχίαν δρᾶται τῶν τετυχηκότων. ἐρῶ δὲ πρῶτον περὶ τῆς ἰδιωτικῆς ὁλοκαυτώσεως, θύει μὲν βοῦν καὶ ἀρνίον καὶ ἔριφον· ταῦτα μὲν ἐπίτηδα, τοὺς δὲ βοῦς ἐφεῖται θύειν καὶ προσηκούσας. [o] ἄρρενα δὲ [p] ὁλοκαυτοῦται τὰ πάντα. σφαγέντων δὲ τούτων, τὸ κύκλον τῷ αἵματι [q] δέουσι δὲ βωμοῦ [r] οἱ ἱερεῖς· εἶτα [s] καθαροποιήσαντες διαμελίζουσι·

CAP. IX.

De Sacrificiis.

NUnc paucas quaſdam *leges* commemorabo, de purificatione & ſacrificiis latas. etenim contigit ut mihi incideret ſermo de ſacrificiis. Sunt enim duo ſacrificiorum genera. Horum quidem unum pro privatis, alterum vero pro univerſo populo factum: atque *iſta* duobus modis peraguntur. In uno quidem totum quod immolatur igne conſumitur, ac inde ſortitum eſt holocauſti appellationem: alterum vero pro gratiarum actione *inſtitutum* eſt, & in epulum ſacra facientibus cedit. De priore autem *primum* agam. Privatus homo cum holocauſtum faciat, mactat quidem bovem, agnum & hœdum: hos quidem *duos* anniculos; boves vero licet immolare etiam grandiores. ſed maſcula *oportet* eſſe omnia quæ ſolida concremantur, *Ritus Holocaustomatum. Lev.* c. 3. x.

λονῦ, inquit magnus Commentator. Verum LXXII. Alexandrini dictionis Hebraicæ ſatis tenaces, τὸ ἰλαὸν περιφερομένων ex Moyſe idem reddiderunt. BERN. Sic *Vat.* (*Coll. Voſſ.*) & *Samb.* ἰλαὸν *Baſ.* & *G.* ἐν ἰλαῷ ex *Moyſe* reddiderunt LXX.

b Σὺν ἀρνίῳ] *Μόσχον καὶ κριὸν σὺν ἀρνίοις ἑπτὰ* Typi priores male conjecti, pro *Bigotiano σὺν ἀρνίῳ ἑπτὰ*, כבש אחר בן שנתו toties Num. c. 7. quod ἀμνὸν ἐνιαύσιον vertunt LXXII. Judæi, modo ἀρνα, modo ἀρνίον. Ovile autem quicquid, ut Talmuda admonent, XIII. menſem ſuperaret, ætatemque adeo כבש *agni* excederet, inter אילים i. e. *arietes* porro numerabatur. Quocirca probo minus hanc *Samb.* lectionem *σὺν ἀρνειῷ τῷ ἑπτὰ ἐτησίων*: quanquam Herodianus in Grammatica Generali & Scholiaſtes Homericus tam ἀρνειοῖς, ἀρνοῖς, quam ἀμνειοῖς, ἀμνοῖς quaſi Synonyma juxta poſuerint. Certum enim eſt apud optimum Poetarum ἀρνειὸς, ſæpius autem occurrit, pecus maſculum אילים *arietes* partemque meritam hecatombæ denotare. Præterea in opere Heſychiano & in Lexico Attico Iſtri tertius annus datur ἀρνειῷ, ſicut ſecundus ἀμνῷ, ἀρνὶ primus. BERN. Ita *Big.* (*Coll. Voſſ.*) & *Vat.* quod præfero *σὺν ἀρνειῷ τῷ ἑπτὰ ἐτησίων Sambuci.* in *Editis σὺν ἀρνίων ἑπτὰ ἐτησίων.*

c Ὁλομελῆ] Quum holocauſta fuerint, in partes debuerunt ſecari antequam offerrentur. REL.

* *In holocauſtum*,] *Al.* ſolidum ſacrificium.

d Χίμαρον] Eo modo *Big.* & *Samb.* in reliquis χίμαρόν τε ὑπὲρ π.

e Θυσίας σωτηρίους λεγομένας.] Θυσίας σωτηρίας *Big.* & *Samb.* ut ſæpiſſime Interpretes LXXII. ex זבח השלמים Moſaici codicis. Sed *Baſ. Gen.* & *Epiphanius* σωτηρίους. S. Hieronymus *pro* τὰς σωτηρίους, *Sacrificia* aut *Hoſtiæ Pacificorum.* Statim *Big.* λεγομένας καθ' ἑκάστην ἡμέραν, δύο βόας. BERN.

f Ἐτησίους] *Samb.* σὺν ἀρνίοις ἑτησίοις, quod idem eſt. In Lexicis ſuis Heſychius Photiuſque ἔτεσιον, ἐνιαύσιον; ſive τὸ κατ' ἔτος, ἐτήσιον. Legiſlatoris autem כבשים בני שנה v. 17. Joſephus dubie, LXXII. Alexandrini in genus ſequius tranſtulerunt: hic quidem σὺν ἀρνάσι ἐτησίοις vel ἑτησίοις; illi vero καὶ ἀμνάδας ἐνιαυσίους. Ut ſcias jam in Pacificis admitti fœmineum, quod profecto ad Holocautoma haud licuit. BERN. Ἑτησίοις *Samb.* & *Vat.*

g Εἷς.] Ita *Baſ. G.* & *Vet. Interpr.* εἰς τὴν σκηνήν. Μωϋσῆς *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & *Vat.*

h Σινᾶιον ὄρος] Σινᾶιον, ἀλλ' εἰς Typographi. σίναιον ὄρος, εἰς *Samb.*

i Ἀνεμάνθανε] *Baſ.* & *Gen.* ἀνεμάνθανε τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ περί τε τῶν πρακτέων, *Big.* ἀνεμανθάνων παρὰ τοῦ Θεοῦ, περί τε τῶν πρακτέων. *Samb.*

denique & *Epiphan.* ἀνεμάνθανε παρὰ τοῦ Θεοῦ περί τε τῶν πρακτέων, Sicut de ſe Moyſes ille adfirmavit Num. c. 7. ult. ובבא משה אל אהל מועד לדבר אתו וישמע את הקול מדבר אליו מעל הכפרת, vocem quidem ſe ab Adyto exaudiiſſe, quoties Deum conſultum de rebus Hebræis Sanctum ingrederetur. BERN. Sic *Samb. Vat.* & *Vet. Interpr.* in *Editis* ἀνεμάνθανε τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ παρά τε τῶν πρ.

23. Cum vero *juvenes* ad ætatem nuptiis idoneam pervenerint, [t] uxores ducant virgines ingenuas, honestis parentibus natas: qui autem virginem non ducturus est, ne cum alio degentem, quam corruperit, sibi copulet, neve priorem ejus virum contristet. Porro servas ne ducant liberi, quamvis ad hoc ab amore impellantur. nam ut quod decet plus valeat quam cupiditas, etiam ad *vitæ cujusque* dignitatem *maxime* conducit. Præterea [a] nec cum prostituta matrimonium ineundum, cujus, propter corporis probrum, sacrificia nuptialia Deus non sit admissurus. ita enim natorum ingenia fient liberalia, & ad virtutem erecta, si ex turpi conjugio non geniti fuerint, neque ex libidine eorum qui cum *femina* non libera convenerint. Si quis aliquam pro virgine desponsam, postea talem non invenerit, ipse quidem actionem intendat & accuset, eis quæ ad rem demonstrandam habet indiciis usus. Puellæ vero causam agat pater, aut frater, aut qui post hos propius eam cognatione attingere videbitur. Et puella, si quidem judicatum fuerit eam non deliquisse, cum accusatore habitet, nullam eam dimittendi potestatem habente, nisi magnas ei causas præbeat, & quibus nihil contradici possit. Quod si crimen & calumniam audacter & temere impegerit, pœnas luat, quadraginta una minus plagis acceptis, patrique siclos quinquaginta solvat. Sin autem puellam corruptam coarguerit, si quidem popularis sit, quod usque ad legitimas nuptias virginitatem non prudenter defenderit, lapidibus obruatur: sin ex sacerdotibus nata sit, viva cremetur. Si cui sint duæ uxores, & *is* alteram, propter amorem aut pulchritudinem aut aliam ob causam, magno honore & benignitate prosequatur, alteram autem minori observantia & affectu: si filius ex dilecta genitus, procreato ex altera junior, jus primogenituræ, propter patris erga matrem benevolentiam, consequi nitatur, ut rei paternæ duplicem partem accipiat (hoc enim

LEGES CONNUBIALES. Deut. c. 23.

Lev. 21.

Deut. 21.

[t] Προσκτήσαντα] *Epiphanius* fortean viderat προσκτήσανται δέ. BERN.

1. *Uxores ducant virgines ingenuas.*] *LEGES CONNUBIALES.* 1. *Viri ingenui ingenuas virgines ducunt: uxores alienas non seducunt; neque matrimonium ineunt cum scorto, cujus equidem sacrificia nuptialia neutiquam Deo placeant. Deut. c. 23. 8. qui locus Seldenum nostrum latuit, non latuit Maimonidem* Issure mizbeah c. 4. *Lev. c. 21. 7. & c. 19. 29.* Synhedrin f. 76. Iebamot. f. 37. *& Maimonidæ* Issure biah c. 18, 19. *&* More p. 498. 2. *Uxorem præceptæ virginitatis temere accusatam vir suus in avum recipit, multatus adeo verberibus undequadraginta, atque etiam siclis L. supra dotem socero numerandis. Nam Moyses nequam istum damnaverat centum nummis Deut. 22. 18. Attamen certo vitiata lapidibus obruitur, si Laica; sive ex Sacerdotibus accesserit, viva comburitur, Deut. c. 22. 13. & Lev. c. 21. 9. Masicla* Synhedrin c. 8. 1. Cetubot *T. B.* f. 22, 40, 44, 45, 46. Cidduſim f. 3. Eracin f. 15. & Synhedrin f. 50. 51, 52, 66. *Maimonidis* Iad c. 3. אישות, & de Congressu illicito c. 1. 6. & Doctoris dubitantium p. 501. 3. *Gaudet naturæ suæ jure* במשפט הבכורה *filius maximus, uxorum licet minus dilecta genitus, Deut. c. 21. 15.* Cidduſim f. 68, 78. Becorot f. 47, 52. Baba batra 122 —— 130. *& Maimonidis c. 2.* מתנות לכהנים. 4. *Feminam alteri jam desponsatam quisquis corruperit, pereat cum ipsa: aut solus, si per vim fecerit, Deut. c. 22. 23.* Cidduſim f. 10. *&* Synhedrin f. 41. *Maimonidis c. 1.* נערה בתולה. *Pœna etiam judicarunt de hoc flagitio viri sapientes, Marcellus, Paulus, & Papianus in* Collatione Rufiniana, *doctissimusque Velvodus, lux Grotii, titulo Parallelo* XXIV. *& aliquot sequentium.* 5. *Qui violat virginem necdum desponsatam, hanc uxorem accipiat: aut si parens delibata volet, solvat siclos L. pretium infamiæ, Deut. c. 22. 28. aut potius Exodi c. 22. 16. 17. &* Cetubot. f. 10, 29, 38, 39, 40. *& Maimonidis* Iad c. 1, 2. נערה, *ejusdemque* מורם *p.* 500. 6. *Mulieri aliquam ob causam dimissæ, leviculam satis Hilleliſtis Aquibaque decernentibus extremo* Codice גיטין, *ad alium virum cum libello repudii sui licet divertere: sed ad repudiantem postliminio redire non licet Deut. c. 24. 1. Matth. 12. 7. Masicla tota* גיטין, *i. e.* de Repudii formulis, *& T. B.* Cidduſim f. 3 — 9. Sota f. 3, 5, 20, 31. *Maimonidis Iad in* גירושין, *item p.* 499 מגרש. 7. *De Leviro ingrato & conspuendo, vide Deut. c. 25. 5. Deuterotarum Masiclam* חליצה ויבום *f.* 295. Iad, *necnon* More p. 500. 8. *Captivam vero Israelita nemo ad torum prius admittet, quam illa mensem lugubrem ex more capite raso patriæ ac parentum derelictorum memor exegerit: atque semel admissam eam tanquam uxorem, vel saltem liberam inde existimabit. Deut. c. 21. 10.* Cidduſim f. 21, 22, 68. Jebamot f. 47, 48. *Maimonides* de Regibus c. 8. §. 5. & p. 467. Doctoris sui. *Cæterum* de Jure muliebri *præter Moysen magnum, Josephum, & filium Maimonis, alios quam paucissimos Judæorum huc allegavi. Sufficit igitur* Uxor Hebraica *Seldeni nostratis, aut oppido lasciviunt in hoc argumento Schola Rabinorum & impudica* ἀδιάφθορα. BERN.

[v] Νοθεύσας,] Verbum νοθεύσας, quod deerat in *Editis*, restitui ex quinque *MSS.* & *Vet. Interpr.* Sic legit *Castalio*, μὴ ζευγνύσθω συνοικῆσαι ἄλλῳ, μηδὲ λυπῆσαι τὸ πρ. &c. *neque quæ reliquerit suum priorem virum.* Æque bene, μηδὲ λυπῆσαι, *qui priorem maritum molestia non affecerit, sc.* protervia sua, malisque moribus.

[x] Πρὸς τοῦτό τινες ἐκδιάζουσι.] Πρὸς τοῦτο τινὲς ἐκδιάζοιντο *Hen.*

[y] Ἔτι δὲ μηδ' ἠτιμημένης] Ita *Samb.* (& *Coll. Voss.*) ἔτι μηδὲ ἠτ. *Bas. G. Aliique.*

2. *Nec cum prostituta matrimonium ineundum,*] Neque meretrici sit jus nuptiarum, *Gelen.* neque meretricis sint nuptiæ, *Selden.* de *Uxore Hebr.* l. 6. c. 10.

[z] Εἰ μὴ τύχοιεν] Εἰ τύχοιεν ἐκ γάμων φύντες ἐκ αἰσχρῶν (*Coll. Voss.*) *Big.*

[a] Μηδ' ἐξ ἐπιθυμίας] Ita *Bas. G.* & *Vet. Interpr.* μηδ' ἐξ ἐπιθυμίας ἐκ ἐλευθέρας *Samb.* μηδ' ἐξ ἐπιθυμίας ἐκ ἐλευθερίας *Big.* (& *Coll. Voss.*) μηδ' ἐξ ἐπιθυμίας ἐκ ἐλευθερίας *Vat.* HUDS. Forte ἐλευθέρας, vel ἐξ ἐπιθυμίας ἐκ ἐλευθέρας συνελθόντων. COCC.

[b] Εἴ τις] Εἰ δέ τις *Big.* & *Samb.*

[c] Ἔχοι τεκμηρίοις.] Ἔχῃ *iidem*, & v. 19. δοκῇ.

[d] Ἢ ἀδελφὸς,] Ἢ ὁ ἀδελφὸς *Hen.* & *Busb.* mox ἢ ὅστις ἂν *Vat.*

[e] Τῷ δὲ] Forte ὁ δὲ ἐλεγχθεὶς. COCC.

[f] Μιᾶς λειπούσης] Μιᾶς λιπούσας *Big.* & *Coll. Voss.*

[g] Ἀποτινέτω] In *MSS.* ἀποτινύτω. quod idem est. & v. 27. ἐξελέγξῃ.

[h] Δημόσιος μέν] Ita *MSS.* in *Editis* δημόσιος.

[i] Γεγυμνημένη,] *Samb. Hen.* & *Busb.* γεγαμημένη. BERN.

[k] Κατέσθω ζῶσα] Hinc apparet combustionem graviorem pœnam lapidatione fuisse. REL.

[l] Ἐπὶ τιμῇ] Ἐν τιμῇ *Big. Samb.* & *Vat.*

enim in legibus ſtatui) ne permittatur. eſt enim iniquum, ut natu major, quòd in genere materno ſuperetur, eis fraudetur quæ ex patris teſtatione ei debentur. Qui puellam alteri deſponſam
Deut. 22. vitiaverit, ſi quidem ei perſuaſerit & ad corruptelam conſentientem habuerit, cum ea moriatur. nam uterque juxta nequam eſt: ille quidem, qui puellam exorarit ultro rem turpiſſimam ſubire, eamque liberali conjugio anteponere; hæc vero, quod exorata fuerit, ut propter voluptatem aut propter lucrum ſui copiam ad flagitium *committendum* faceret. Sin autem ſolam alicubi nactus illam violaverit, nemine qui defenderet præſente, ſolus moriatur. Qui virginem nondum deſponſam compreſſerit, ipſe eam in matrimonium ducat. Quod ſi non videatur patri puellæ eam illi collocare, *tum* ſiclos quinquaginta, injuriæ mulctam, ſolvat. Qui vero ab uxore ſecum habitante quaſcunque ob cauſas disjungi velit (multæ autem tales hominibus accidunt) ſcripto confirmet, [1] ſe non amplius cum ea rem habiturum eſſe. ſic enim facultatem accipiet cum alio habitandi: nam priuſquam hoc fiat *illud* non
Deut. 24. permitttendum. Quod [2] ſi male habeat etiam apud illum, aut eo vita defuncto prior eam ducere voluerit, ne liceat ei revenire. Liberis carentem, viro ejus mortuo, frater illius ducat, puerumque *ex ea* natum, defuncti nomine vocatum, in *ſpem* ſucceſſionemque hæreditatis nutriat. Hoc *ſi* fiat, plurimum etiam reipublicæ proderit; dum familiæ non deficiant, & facultates cognatis maneant: & feminis, cum priorum virorum proximis habitantibus, calamitatis allevationem afferet. Quod ſi frater nolit eam ducere, mulier convento ſenatu hoc ipſum teſtificetur; quod ſe, volentem in familia manere & ex eo liberos gignere, admittere noluerit, fratris defuncti memoriam injuria afficiens. Interrogante vero ſenatu, quam ob cauſam à matrimonio abhorreat, ſive parvam ſive magnam afferat, [3] eò inclinet. Uxor autem fratris, calceis ei detractis, faciemque ejus conſpuens, dignum eſſe dicat qui hæc à ſe habeat, quòd mortui memoriam læſerit. Atque ille quidem è ſenatu abeat, in omnem vitam ignominia notatus: illa vero cuicunque voluerit poſcenti nubat. Si quis autem captivam
Deut. 21. ceperit virginem, ſive etiam nuptam; volenti eam in matrimonium accipere ne prius liceat lectum attingere & cum ea congredi, quam ipſa tonſa, ſumptoque lugubri habitu, cognatos & amicos, qui perierint in prælio, deploraverit: ut cum dolorem, quem capiet ex illis, ſatiaverit, ita demum ad epulas & nuptias ſe convertat. nam pul-

ωλῆν τὸ μέρος τῆς πατρῴας ὐσίας λαμβάνειν, τοῦτο γὰρ ἐν τοῖς νόμοις διατάξομαι, μὴ [m] συγκεχωρῆσθαι. ἄδικον γὰρ τὴν τῇ ἡμέρᾳ [n] πρεσβύτερον, [o] ὅτι τὰ τῆς μητρὸς αὐτῷ ἥδιονα, ταῦτα τῇ ἀδελφῇ ἐκ πατρὸς τὰ ὀφειλόμενα αὐτῷ στέρεσθαι. ὁ κύριος ἄλλῳ κατηγγυημένην φθείρας, εἰ μὲν πείσας καὶ ταῖς τοῦ φθορέως [p] συγκάτανον λαβών, ἀποθνησκέτω σὺν αὐτῇ. πονηροὶ γὰρ ὁμοίως ἑκάτεροι· ὁ μὲν τὸ αἴσχιστον πείσας ἐκουσίως ὑπομεῖναι, καὶ προτιμήσας τοῦτο ἐκ ἐλευθέρᾳ γάμῳ τοῦ κύριου, ἢ ἐκ ἀδικεῖν αὐτὸν πεφθεῖσα [q] δι' ἡδονὴν ἢ διὰ κέρδος ταῖς τοῦ ὕβρεως. ἐὰν δέτις μόνην ταύτην λάβοι παρθένων μηδενὸς βοηθοῦ παρόντος, μόνος ἀποθνησκέτω. ὁ φθείρας παρθένον μήπω [r] κατηγγυημένην, αὐτὸς γαμείτω. [s] ἐὰν ἢ τῷ πατρὶ τὸ κόρης μὴ δόξῃ συνοικίζειν αὐτῷ, πεντήκοντα σίκλους [t] τοῦ τιμίου τὸ ὕβρεως καταβαλέτω. [v] γυναικὸς τῆς συνοικούσης βουλόμενος διαζυχθῆναι [x] καθ' ἃς δήποτε αἰτίας· πολλαὶ δ' ἂν τοῖς ἀνθρώποις τοιαῦται γένοιντο· χράμμασι μὲν οὖν ἐξ μηδέποτε συνελθεῖν ἰσχυριζέσθω. λάβοι γὰρ ἂν ὅτως [y] ἐξουσίαν συνοικεῖν ἑτέρῳ· κρεῖττον γὰρ οὐκ [z] ἐφετόν. εἰ δὲ καὶ τοῖς ἐκεῖνον [a] κακωθείη, ἢ τελευτήσαντος αὐτὸν θελήσαι [b] γαμεῖν ὁ κρείττων, μὴ ἐξεῖναι [c] αὐτῇ ἐπανιέναι. [d] τοῦ ἄτεκνον, τ' ἀνδρὸς αὐτῇ τετελευτηκότος, ὁ ἀδελφὸς ἐκείνης γαμείτω· καὶ τ παῖδα τ γινόμενον [e] τῷ ἐξ τεθνεῶτος καλέσας ὀνόματι, τρεφέτω ἐξ κλήρου λαχόντον. τοῦτο γὰρ καὶ τοῖς δημοσίοις λυσιτελήσει γινόμενον, [f] τ οἴκων οὐκ ἐλλειπόντων, καὶ τ χρημάτων τοῖς συγγενέσι μενόντων· καὶ τ γυναιξὶ κοσμιὸν οἴσει τ συμφορᾶς, τοῖς ἔγγιστα τ κρειττόνων ἀνδρῶν συνοικήσας. ἐὰν δὲ μὴ βούληται γαμεῖν ὁ ἀδελφός· ἐπὶ τοῦ γερουσίαν ἐλθοῦσα ἡ γυνὴ, μαρτυράσθω τοῦτ' ὅτι βουλομένου αὐτοῦ ἐπὶ ἐξ οἴκου μένειν καὶ τεκνοῦν ἐξ αὐτοῦ μὴ προσδέχοιτο, ὑβρίζων τοῦ τοῦ τεθνηκότος ἀλοχῷ μνήμην. [g] ἐρημένης δὲ τ γερουσίας διὰ ποίαν αἰτίαν ἀλλοτρίως ἔχοι πρὸς τ γάμον, ἄν τε μικρὰν ἄν τε μείζω λέγῃ, πρὸς τοῦτο ῥηθήτω· ὑποδυέσθω δ' αὐτὸν ἡ γυνὴ τὰ σανδάλια, καὶ [h] πτύσασα αὐτοῦ εἰς τὸ πρόσωπον, [i] τούτων αὐτὸν ἄξιον εἶναι παρ' αὐτῆς λεγέτω τυγχάνειν, ὑβρίσασα τοῦ τοῦ κατοικομένου μνήμην. καὶ ὁ μὲν ἐκ τ γερουσίας [k] ἀπείτω, τοῦτ' ἔχων ὄνειδος πρὸς ἅπαντα τ βίον· [l] ἡ δ' ὥπερ ἂν βουληθῇ τινι τ δεομένων γαμείσθω. ἂν δὲ αἰχμάλωτόν τις λάβῃ παρθένον, ἄν τε καὶ γεγαμημένῳ, βουλομένῳ συνοικεῖν μὴ πρότερον ἐξέστω ξυνῆς [m] ἅπτεσθαι καὶ κοινωνίας, πρὶν ἢ ξυρασάμενον αὐτὸν, καὶ πένθιμον σχῆμα ἀναλαβόντα, ἀποθρηνῆσαι συγγενεῖς καὶ φίλους τοὺς ἀπολωλότας ἐν τῇ μάχῃ· ὅπως τὸ ἐπ' αὐ-

m Συγκεχωρῆσθω.] Συγχωρεῖσθω *Busb.* & *Hen.* συγκεχωρεῖσθω *Big.* & *Samb.*

n Πρεσβύτερον,] Πρεσβύτερον ὄντα τ μ. *Samb.* & *Vat.*

o Ὅτι τὰ τ μητρὸς] Alii ſic diſtinguunt, ὅτι τὰ τ μητρὸς αὐτῷ ἥδιονα ταῦτα τῇ ἀδελφῇ ἐκ πατρὸς, τ &c.

p Συγκάτανον] *Big. Samb.* & *Epiph.* συγκάτοινον prave *Baſ.* & *Gen.* καταινοῦσαν *Hen.* & *Busb.* alia voce. Deinde verba Legis יענה את אשת רעהו על דבר אשר (ἐταπείνωσεν) bene explicat Joſephus, ὁ μὲν τὸ αἴσχιστον πείσας ἑκουσίως ὑπομεῖναι. BERN. Ita *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & *Vat.* συγκάτοινον prave in *Editis.* καταινοῦσαν *Hen.* & *Busb.*

q Δι' ἡδονὴν] Δι ἡδονὴν ἰδίαν, ἢ διὰ κ. *Vat.* & *Vet. Interpr.*

r Κατηγγυημένην,] Ita *MSS.* κατειγυημένην in *Editis.*

s Ἐὰν ἢ] In aliquot *Epiphanii* codicibus, *ſi vero puellæ non placeat, ut habeat eam, patri quinquag.* &c. ac ſi *Græca* fuiſſent, τῷ ἢ πατρὶ, ἐὰν τῇ κόρῃ μὴ δόξῃ συνοικίζειν αὐτῷ, πεντ.

t Τοῦ τιμίου] Articulum negligunt aliquot *MSS.*

v Γυναικὸς] Γυναικὸς ἢ τ *Big. Samb.* & *Vat.*

x Καθ' ἃς δήποτε] Καθ' ἑτέρας αἰτίας *Busb.* & *Hen.* dein πολλαὶ δ' ἂν τοῖς ἀνθρώποις τοιαῦται γένοιντο. γράμμα in *Cod. Vat.*

y Ἐξουσίαν] Ἐξουσίαν ἡ γυνὴ *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb. Hen.* & *Busb.*

z Ἐφετόν.] Ita *Busb.* (*Cocceji* correctio) & *Hen.* recte ἀφετὸν *Big. Samb.* & *Vat.* ἐφικτὸν *Baſ.* & *G.*

a Κακωθείη,] Κακωθείη, ἢ τελευτήσαντος ἐκείνου *Hen.* & *Busb.* κακωθῇ, ἢ τελευτήσαντος αὐτοῦ *Big.* & *Samb.* κακωθείη, τελευτήσαντος αὐτοῦ, abſorpta partitionis particula. Hoc colon omiſit bonus Epiphanius. Mox θέλῃ *Hen.* θελήσῃ *Busb.* Iidem ſtatim ὁ κρείττων. BERN.

b Γαμεῖν] Αὐτῷ poſt γαμεῖν inſerunt *Big.* (*Coll. Voſſ.*) & *Samb.*

c Αὐτῇ ἐπανιέναι.] Αὐτῷ in quinque (*Coll. Big.* & *Voſſ.*) *MSS.*

d Τοῦ ἄτεκνον,] Ita *Samb.* τοῦ ἄτ. ἀνδρὸς αὐτῇ *Baſ.* & *G.* τοῦ ἄτ. ἐ ἀνδρὸς αὐτῇ *Busb.* & *Hen.* τοῦ ἄτ. ἀνδρὸς αὐτῆς *Big.* ἀτέκνου ἐ ἀνδρὸς αὐτῆς *Vat.*

e Τῷ ἐ τεθνεῶτος] Sic *Big. Samb. Hen.* & *Busb.* in *Editis* & *Vat.* deeſt τῷ.

f Τῶν οἴκων] Τῶν οἴκων οὐκ ἀλειπόντων *Vat.* τ οἰκείων οὐκ ἀλ. *Big.* & *Samb.*

g Ἐρημένης] Ἐρομένης in *MSS.*

h Πτύσασα αὐτοῦ] Πτύσασα in quatuor (*Coll. Voſſ.*) *MSS.*

i Τούτων αὐτὸν] Ita *Big.* (*Coll. Voſſ.*) & *Samb.* τοῦτο ἄξιον juxta *Vet. Interpr.* τοῦτο αὐτῷ ἄξιον *Vat.* in *Editis* duntaxat ἄξιον εἶναι.

k Ἀπείτω,] *Big.* & *Samb.* ἀπίτω, Canonice ab ἶμι. Nam εἶμι auris eſt Bœoticæ. Reliqui à verbo originis circumflexo, ἀπεῖτω. BERN. Ἀπίτω *Big.* & *Samb.* ut & p. ſeq. v. 10.

l Ἡ δ' ὥπερ ἂν] In *Samb.* ἢδ' ὥπερ &c.

m Ἅπτεσθαι] Ἁψασθαι in quinque *MSS.*

n Πρε-

αὐτοῖς χρέσασα λυπηρὸν, ἐπὶ ϑ' ἕτως ἐπ' ὀλιγίας [n] τραπῇ τὸ γάμος. καλὸν γὰρ εἶναι τὸ δίκαιον παιδοποιὸν παραλαμβάνοντα ϑεραπαίναν αὐτῆς [o] τὸ βέλτιον· ἀλλὰ μὴ τὴν ἰδίαν ἡδονὴν διώκοντα μόνον, τὸ κατ' αὐτὴν ἀμελεῖν κεχαρισμένος. τριάκοντα δ' ἡμερῶν [p] ἐπὶ τῷ πένθει διελθόσων, αὐτάρκεις γὰρ ἐπὶ τοῖς δακρύοις αὐτοῖς τῶν φιλτάτων τοῖς φρονίμοις, τότε χωρεῖν ἐπὶ τὸν γάμον. εἰδ' ἐμπλησθεὶς τὸ ἐπιθυμίας [q] ὑπερηφάνδυσεν αὐτὴν γαμετὴν ἔχων, μὴ κατ' ἐξουσίαν ἐχέτω καταδουλοῦν αὐτήν. ἀλλ' ὅπη βούλεται χωρεῖν [r] ἀπείτω, τοῦτο ἐλεύθερον ἔχουσα.

κδ'. Ὅσοι δ' ἂν [t] τῶν νεωτέρων ὠλιγωροῦσι τοὺς γονεῖς, καὶ πρὸς αὐτοῖς μὴ νέμουσιν, ἢ δι' αἰσχρὰν [t] ἢ ἀργὸν σώσεσιν ἐξυβρίζοντες εἰς αὐτούς· πρῶτον μὲν λόγοις αὐτοὺς [v] νουθετείτωσαν οἱ πατέρες· αὐτάρκεις γὰρ [x] ἐπιφύεσιν ἕτοι δικασταί· "σωφρονεῖν μὲν ἀλλήλοις οὐκ ἡδονῆς "ἕνεκα λέγοντες, οὐδὲ τῶν χρημάτων αὐξήσεως, χρι- "νῶν τῶν ἑκατέροις ὑπαρχόντων γιομένων· ἀλλ' ὅπως "παῖδων τύχωσιν, οἳ [y] γηροκομήσουσιν αὐτούς, καὶ ὧν ἂν "δέωνται παρ' αὐτῶν [z] ἔξουσι. [a] γιόμενον δέγε, μὴ χα- "ρᾶς καὶ τῷ Θεῷ χάριν εἰδέναι τὴν μεγίστην, ἀρά- "μενοι, διὰ παιδὸς ἀνεθρέψαμεν· μηδενὸς φειδὼποι- "ούμενοι καὶ δόξαντος εἰς σωτηρίαν τὴν σὴν καὶ παι- "δείαν τὴν ἀρίστην εἶναι χρησίμως. νῦν γὰρ, συγγνώμην γὰρ "δεῖ νέμειν ἐφ' ἁμαρτήμασι νέων, [b] ἀποχρήσει ὅσον τὸν "εἰς ἡμᾶς τιμῆς [c] ὠλιγωρήσας, καὶ μεταβαλὼν [d] πρὸς "τὸ σωφρονέστερον· λογισάμενος καὶ τὸν Θεὸν ὅτι τοῖς εἰς "πατέρας τολμωμένοις χαλεπῶς ἔχειν, ὅτι καὶ αὐτὸς "[e] πατὴρ ὢν πάντων ἀνθρώπων γέγονε ἐστὶ, καὶ σωφρο- "σύνην δοκεῖ τοῖς τὴν αὐτὴν αἰτῶ προμηθείαν ἔχουσιν, "ἐκ ὧν προσῆκον αὐτοῖς παρὰ τῶν παίδων [g] τυγχανόντων. "καὶ νόμος κολαστὴς γίνεται τῶν τοιούτων ἀπαραίτητος, "ὃς σὺ [h] μὴ πεισθείης". κἂν μὲν τούτοις [i] ϑεραπεύσῃ τὸ τῶν νέων αὔθαδες, ἀπαλλαγέντα τῶν ὀφλημάτων

chrum eſt & æquum, ut qui mulierem, ex qua liberos ſuſcepturus eſt, ſibi adſciſcit, [o] voluntati ejus morem gerat, ejuſque non negligat deſideria, ſuam tantum perſequendo voluntatem. Triginta vero diebus in luctu præteritis (hæ enim ſapientibus ad cariſſimos deflendos ſatis ſunt) tunc matrimonium adeat. Quod ſi libidine expletus eam conjugem habere faſtidiverit, ſervam eam faciendi poteſtatem ne habeat: ſed *mulier*, quò ire voluerit, diſcedat, hac ei conceſſa libertate.

24. [x] Quicunque vero adoleſcentium parentes *ſuos* contemnent, eiſque *debitum* honorem non tribuent, aut probro *aliquo* aut de induſtria in eos contumelioſi, eos primum verbis caſtigent parentes (hi enim judices eſſe ſolent idonei) dicentes, "ſeſe inter ſe congreſſos eſſe, non voluptatis cau- "ſa, neque ut rebus utriuſque factis communibus "facultates amplificarent; ſed ut liberos adipiſce- "rentur, qui ipſos in ſenectute nutrirent, ipſiſque "ea, quibus indigerent, *demum* ſuppeditarent. "Natum quidem ſublatum, lætitia geſtientes "maximaſque Deo gratias habentes, *ſumma* cura "educavimus, nulli rei parcentes, quæ ad tuam "ſalutem & rerum optimarum diſciplinam utilis "eſſe videretur. Nunc autem (oportet enim ve- "niam dare juvenum peccatis) ſatis habe, hacte- "nus honorem erga nos contempſiſſe, & redi ad "ſanitatem; tecum cogitans, quod etiam Deus ea "quæ adverſum patres committuntur moleſte fe- "rat, quoniam & ipſe eſt totius hominum gene- "ris parens, & in eis, cum quibus illi communis "eſt appellatio, lædi videtur, cum quæ illis de- "bebantur à liberis non obtineant. atque *inſuper* "lex talium vindex eſt inexorabilis, cujus abſit ut "tu facias periculum". Ac ſi quidem his adoleſcentum improbitas fuerit ſanata, probris ob errata

Lex de filiis intemperantibus & adverſus parentum ſuorum monita contumacibus. Deut. 21.

ta

---

n Τραπῇ καὶ γάμος.] Τραπῆναι in iiſdem *MSS.*

1. *Voluntati ejus morem gerat,*] Voluntati ejus medeatur, *Caſtal.*

o Τὸ βέλτιον·] Τὸ λυπηρόν. *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & *Vat.*

p Ἐπὶ τῷ πένθει] Illud ἐπὶ abeſt *Big. Samb.* & *Vat.*

q Ὑπερηφάνδυσεν] *Samb.* ὑπερηφανώσειν, ut apud Mæonidem & Gloſſarum veterum Conditores ὑπερηφανῶ, *faſtidio*, licet abſque laude Julii Pollucis. *Big.* ὑπερηφανίσειεν. *Baſ.* & *Gen.* ὑπερηφάνδυσιν. *Busb.* & *Hen.* ὑπερηφανώσοιτο. BERN.

r Ἀπείτω,] *Big.* & *Samb.* ἀπίτω, τὸ ἐλεύθερον ἔχουσα. *Baſ. Gen.* & *Epiph.* ἀπείτω, τοῦτο ἐλεύθερον ἔχουσα. Supra *Samb.* καταξιοῦν ἰχέτω, & *Hen.* cum *Busb.* ἐξεῖναι. Perite autem explicuit Flavius phraſin Moſaicam לא תתעמר בה, μὴ κατ' ἐξουσίαν ἐχέτω καταδουλοῦν αὐτήν. BERN.

2. *Quicunque vero adoleſcentium*] *Lex* rariſſima & *exempli* pauci, *Deut.* c. 21. 18. *Filius intemperans & adverſus parentum ſuorum monita contumax*, סורר ומורה, ἀπειθὴς καὶ ἐρεθιστὴς, *q. e. Samaritis in verſione vernacula*, ארארי ומחטי: *Saadiæ* ومخالف وزايغ & *Judæorum plurimis: idemque* gulo v. 20. זולל וסבא, συμβολοκοπῶν καὶ οἰνοφλυγῶν LXX. *Interpr.* זולל בסר וסבא חמר *Onceloſo, aut explicatius Uzielidæ* נרגן בבשרא ושתאי בחמרא, vorago carnium & vini. *Samaritarum paraphraſi Arabica* واكيل وشريب, φάγος καὶ πότης, *nec datur, præſertim* καθ' ὅλως?) *Deut.* c. 21. 18. *Cadavera vero hominum ſupplicio publico damnatorum, vel etiam hoſtium, ſole occidente omnino ſepeliunto. Sufficit enim exemplo una dies. Deut.* c. 21, 22, 23. *Vide etiam Uzielidam & Compilatorem Siphræ, & Maſictam* Synhedrin c. 6. §. 4, 5. *& T. Bab. titulo eodem f.* 45, 46, 47. *& T. Jeroſ. f.* 23. *c, d. & Flavium Joſephum paragrapho* 6. *hujus capitis; & in ingenti Opere Maimonidem c.* 15. Synhedrin. *Præterea Anteceſſores Babylonii ultionis publicæ tola ſimul cum ſceleratis defodi honeſte jubent. Iſtam autem filiorum rebellium cenſuram ac eadem plectere volunt Phariſæi, Divinæ Legis caſtigatores, duntaxat ephebos, poſt flagra publica, propter heminam vini carniſque τριτημόριον, quod eſt Babyloniis interpretantibus ἡμιμναῖον, vel rectius juxta Gemaram Solymitariam* Semilibra, *ſive* triens mnæ unius. *in ipſa δευτερώσει* Synh. c. 8. 2. חצי לוג יין האיטלקי ופרטימר בשר, *raptam de penu familiari ac hauſto uno ſubinde deglutitam, utroque genitore jam vivente natoſque* (ὁ νίσεα) *accuſante. Docent inſuper Judæorum Magiſtri tam ſevere animadvertiſſe Oratorem Sinæum in contemptores parentum ex metu conſequentis mali*, בן סורר ומורה על סופו: *ne ab hac protervia & furtis domeſticis procederent porro nequam ingenia ad homicidia & maxima flagitia. Maſicla* Synhedrin. c. 8. *& Talm. Bab. f.* 80, 81, 85. *& Talm. Jeroſ. f.* 26. *&* Siphra *f.* 48. *c, d. &* Paraphraſis Uzielidæ *Deut. c.* 21. *His autem obſervatum*, Maligna quidem & rebelli prole puniri parentes ob peccata, quibus ipſi rerum Patrem offenderint. *Adde ex Maimonidis* Iad *capita poſteriora* ממלא, *atque* ד' תעניות *p.* 437, 463. *Poſtremo autem poteſtatem patribus vitæ auferendæ, quam ingratis dederant, aſſerit ſapiens Græcia: aſſerit apud Romanos lex Regia, lex* δωδεκαδέλτος; *tum vox Urbis dominæ de liberis Herodis, Ulpianus, Papianus, aliique veterum Interpretum; quos legas apud Rufinum Collatorem, & in æterno opere maximi Grotii* de Bello ac Pace. BERN.

s Τῶν νεωτέρων] Τῶν νέων ὠλιγωροῦσι *Samb. Hen. Busb.* & *Epiph.* Τῶν νέων ὠλιγωροῦσι *Big.* & *Vat.*

t Ἢ ἀργὸν σώσεσιν] Ἢ δι' ἀσωτίαν legerat *Vet. Interpr.*

v Νουθετείτωσαν] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* νουθετήτωσαν in *reliquis.*

x Ἐπιφύεσιν] Sic reſtituo. Impreſſum pridem fuit *Baſ.* & *Gen.* ἐπιφύκασιν pro ἐπιφύεσιν vel πιφύκασιν: ſcriptumque à quatuor ἐφ' ἡέσιν, *pro filiis.* Hoc etiam prudens nemo damnaverit. Quippe ex Flavio argumentum cepiſſe mihi videtur Sopater Apamienſis, quo auſterum jus παιδοκτονίας defenderet, ὁ νόμος εἰδὼς, ὡς εἰλικρινὴς γέγονεν ἀεὶ δικαστὴς ὁ πατὴρ, τοῦτο ὠφελήσαντα. *Epiphanius* forte agnoverat in Muſeo *Caſſiodori*, αὐθέντης γὰρ ἐπὶ τούτῳ ἕτοι δικασταί. BERN. Sic reſtituit *Bernardus*, quod ἐφ' ἡέσιν invenerit in *MSS.* in *Editis* ἐπιφύκασιν, pro ἐπιφύεσιν vel (quod vult *Coccejus*) πεφύκασιν. *Epiphanius* forte legerat, αὐθέντης γὰρ ἐπὶ τούτῳ ἕτοι δικασταί. BERN.

y Γηροκομήσουσιν] Recte *Samb.* Aliis tribus præter Canonem γηροκομίσουσιν. Vulgus quidem Græciæ dicunt γηροκομῶ, ſed pars melior & Attica γηροκομῶ. Mox *Samb.* γενομένων, & poſtea φειδῶ, indeque ἀποχρήσει. BERN.

z Ἐξουσι.] Lege ἔξωσι. COCC.

a Γενόμενον δέγε] Γενομένων &c. *Samb.* γενόμενον ἢ μὴ χ. *Vat.*

b Ἀποχρήσει] Lege ἀπόχρη σοὶ. COCC.

c Ὠλιγώρησας,] Ita *Samb.* ὀλιγώρησας *reliquis.*

d Πρὸς τὸ σωφρονίστερον] Sic *MSS.* in *Editis* πρὸς σωφρονίστερον. Verum πρὸς τρόπον σωφρονῶν, aut πρὸς τρόπου σωφρονίστερον legiſſe videtur *Vet. Interpr.*

e Πατὴρ ὢν πάντων] Eo modo *MSS.* ὁ πατὴρ *Baſ.* & *G.*

g Τυγχανόντων] Τυγχάνοντι *Vat.* ταῦτα τυγχάνειν in ſuo *Codice* habuit *Epiphan.*

h Μὴ πεισθείης.] Ita *Big.* (*Cocc.*) & *Vat.* πεισθείης *Samb. Baſ.* & *G.*

i Θεραπεύσῃ] Potius θεραπεύῃ cum *Samb. Big. Vat.* & *Vet. Interpr.* aut θεραπεύσοιτο ut *Hen.* & *Busb.*

ta liberentur. Ita enim & bonus erit legislator & patres fortunati, qui neque filium neque filiam puniri viderint. Sin autem verba eorum & resipiscendi disciplina nihil proficere videantur; sed continuis contra parentes facinoribus leges sibi hostes faciat implacabiles, ab iis ipsis extra urbem sequente multitudine productus lapidetur; &, cum per totum diem ad spectaculum omnium manserit, noctu sepeliatur. Sic etiam qui legibus quoquo modo rei capitalis condemnati fuerint. Sepeliantur autem & hostes, nec ullus terræ expers mortuus jaceat, præter æquum pœnas dans.

Hebræis cum Hebræo vetitum fœnus. Lev. c. 25. Ex. c. 22. Deut. c. 19.

25. [1] Ne liceat ulli Hebræorum ad usuram dare, neque cibum neque potum. non enim justum est in reditu habere fortunas tribulis: sed subvenientem ejus necessitatibus in lucro ponere & gratiarum actionem illius, & remunerationem à Deo consequuturam ob humanitatem.

Qualiter lege cautum de mutuo & pignoribus. Ex. c. 26. Deut. c. 24.

26. [2] Qui autem mutuati sunt aut argentum, aut aliquid fructuum humidorum siccorumve, [3] rebus *suis* ex sententia, Dei benignitate, succedentibus, hæc referentes cum alacritate reddant creditoribus; quasi apud seipsos deponentes, & si egeant rursum habituri. Si vero *debitores* circa redditionem improbe agant, & *eam morentur*, ne liceat domum eorum ingressis pignora capere, priusquam de eo judicium fiat; pignus autem foris *stantes* petant, & debitor ipse ferat *ad creditorem*, nihil ei contradicens, qui legis præsidio subnixus ad se venit. Ac si quidem locuples sit qui pignoravit, pignus retineat creditor donec reddat. Si vero pauper sit, non licebit ei pignus retinere, sed reddere ante solis occasum, ut dormiens benedicat nobis, & habeat justitiæ testimonium apud Deum. Quod si pignus vendere voluerit, ne liceat, priusquam creditor ad magistratum adierit, & ab eo sententia lata fuerit. Ac si quidem pecuniam, panem, potumque mutuo dat, absque omni fœnore, nihil vicissim accipiat. Si vero fœnus exigat, ne liceat ulli Hebræorum [4] ne nocte quidem pernoctare insepultus usque ad mane. Id est, quod Judæi dicunt, in illis לילה הולך אחר היום *nox sequitur diem*. Secus enim solet dies 24 horarum inchoari a vespera & nocte, ut tempus diurnum censeatur pars posterior. Josephus, lib. III. de bello cap. 14. etiam scribit τὰς ἀνιλούτας ἑαυτὰς μίχρις ἡλίου δύσεως ἀτάφους, eos qui sibi violentas manus intulerunt, relinqui insepultos usque ad solis occasum. Ita capite ultimo libri quarti notat de blasphemo κρεμάσθω δ' ὅλης ἡμέρας καὶ ἄλιμος καὶ ἀπαφῶς θαπτέσθω, *pendeat per totum diem & ignominiose & obscurè sepeliatur*. Sic τῷ νυκτὶ Achan sepultus ταύτῃ ἄλιμῳ, teste nostro lib. V. Ant. 1. Sic idem infra lib. XVI. ult. Herodis filios duos νυκτὸς, noctu sepultos narrat. Verum his adversari videtur, quod lib. IV. de bell. cap. 7. scribit ἀεὶ δύο ἢ τρεῖς ἡλίου καθελεῖν τε καὶ θάπτειν consuevisse Judæos, si qui cruci essent affixi. Num solos hic cruci affixos respicit, quibus solis convenit τὸ καθελεῖν; Aut an καθελεῖν fit ante solis occasum, θάπτειν post? An vero ita debet intelligi, ut tempus circa occasum solis innuatur destinatum, & ut a cruce auferantur & sepeliantur? Puto quos Deus verat pernoctare insepultos, potuisse circa occasum solis (quando scopo Dei erat satis factum, id est, quum spectandus omnibus satis superque fuerat) sepeliri: potuisse etiam adulta jam nocte terræ mandari, modo ne pernoctaret insepultus usque ad mane. Confer Joh 19. 31. quia Sabbatho, quod instabat, non licebat mortuos sepelire, ante solis occasum Christum in monumento condunt. Ceteroquin probabile est eos Christum noctu ταῖς ἄλιμῳ sepulturos fuisse. Sed uti sepulcrum ei honoratum contigit, ita & tempus sepulturæ. REL.

---

k Ὀνειδῶν.] Ita *Basil. G. Big.* & *Busb.* Atticorum more. ὀνειδῶν *ceteri* tono vulgi.

l Γὰρ] Γὰρ ἂν *Coll. Big.* & *Voss.* & mox tantum εἴη.

m Ἂν εἴη,] Ἐνέσεσθαι *Epiphan.*

n Οὐκ ἐπιδόντες] Ita *Samb. Big.* & *Burius* è conjectura. in *reliquis* ἐπιόντες.

o Εἰ ἦ οἱ] Οὓς (ὃ *Coll. Voss.*) δ' ἂν οἱ λόγοι *Big. Samb.* & *Vat.* ᾧ ἦ οἱ λόγοι legisse videtur *Epiphan.*

p Αὐτῷ] Ita *Big. Samb.* & *Epiph.* αὐτῷ seu αὐτῷ in *reliquis* desiderabatur.

q Θαπτέσθω νυκτός.] Deut. 21. 32. scriptum est לא תלין non pernoctabit, sed eodem die sepelietur. Eodem die videtur esse capiendum, uti quum de quorundam sacrificiorum comestione dicitur: Eodem die comedetur: nihil remanebit usque ad mane. Id est, quod Judæi dicunt, in illis לילה הולך אחר היום *nox sequitur diem*. Secus enim solet dies 24 horarum inchoari a vespera & nocte, ut tempus diurnum censeatur pars posterior. Josephus, lib. III. de bello cap. 14. etiam scribit τὰς ἀνιλούτας ἑαυτὰς μίχρις ἡλίου δύσεως ἀτάφους, eos qui sibi violentas manus intulerunt, relinqui insepultos usque ad solis occasum. Ita capite ultimo libri quarti notat de blasphemo κρεμάσθω δ' ὅλης ἡμέρας καὶ ἄλιμος καὶ ἀπαφῶς θαπτέσθω, *pendeat per totum diem & ignominiose & obscurè sepeliatur*. Sic τῷ νυκτὶ Achan sepultus ταύτῃ ἄλιμῳ, teste nostro lib. V. Ant. 1. Sic idem infra lib. XVI. ult. Herodis filios duos νυκτὸς, noctu sepultos narrat. Verum his adversari videtur, quod lib. IV. de bell. cap. 7. scribit ἀεὶ δύο ἢ τρεῖς ἡλίου καθελεῖν τε καὶ θάπτειν consuevisse Judæos, si qui cruci essent affixi. Num solos hic cruci affixos respicit, quibus solis convenit τὸ καθελεῖν; Aut an καθελεῖν fit ante solis occasum, θάπτειν post? An vero ita debet intelligi, ut tempus circa occasum solis innuatur destinatum, & ut a cruce auferantur & sepeliantur? Puto quos Deus verat pernoctare insepultos, potuisse circa occasum solis (quando scopo Dei erat satis factum, id est, quum spectandus omnibus satis superque fuerat) sepeliri: potuisse etiam adulta jam nocte terræ mandari, modo ne pernoctaret insepultus usque ad mane. Confer Joh 19. 31. quia Sabbatho, quod instabat, non licebat mortuos sepelire, ante solis occasum Christum in monumento condunt. Ceteroquin probabile est eos Christum noctu ταύτῃ ἄλιμῳ sepulturos fuisse. Sed uti sepulcrum ei honoratum contigit, ita & tempus sepulturæ. REL.

r Νεκρὸς μηδὲ εἷς] Hic est quem Hebræi מת מצוה dicunt REL.

s Τινῶν.] Ἐκ τίνων *Big. Samb.* & *Vat.*

1. *Ne liceat ulli Hebræorum*] *Hebræus Hebræo pecuniam, panem, potumque mutuo dat, absque omni fœnore*, ἀνὰ νίσεις καὶ τοκίζει. *Lev. c. 25, 36, 37. Ex. c. 22. 25. Deut. c. 19. v. 20. Ezech. c. 18. 13, 17. & c. 22. 12. Ps. 15. 5. De Usura vero in genere & de Mutuo præstare agunt Pharisæi* Masicta baba mesia, *& ab illis Maimonides in* Iad. f. 672. *titulo* מלוה ולוה. *Agit & magnus Grotius libro secundo* Juris, *& pluribus voluminibus immodicum Salmasii ingenium. Item prudentia Romanæ Pandectæ l.* XII. *tit.* 1. *& l.* XIII *tit.* 6, 7. *& toto libro* XX. *Rescriptaque Imperatorum l.* VIII. *Codicis tit.* 17. *&c. Hæc autem lex homines Christianos minus percellit. Nostram enim aviditatem, vel erga extraneos (in quos pro arbitrio sæviit malignitas Judaïca, quasi Moysis licentia Deut. c.* 23. 20. לנכרי תשיך, τῷ ἀλλοτρίῳ ἐκίγκτεις, *Scholiasque acclamantibus Jerosol.* יע *f.* 44 *& T. Bab. f.* 26. יע, *& Maimonidis* Iad *f.* 676. *tit.* הכלוה ולוה) *usura* Unciaria, *sive per menses æstimata* Centesima, *qui modus lucrus semper fuit Græcorum, qui Romanorum usque à* XII. *Tabulis etiam complurium Imperatorum edicta flagellant. Nam Jura Municipalia adhuc strictius fœneratores coercent: adeo ut Usura nunc temporum evaserit uberius lucrum capientis quam dantis mutuo. Theologi tamen nonnulli & Canonum Christianorum studiosi, scripta sanctorum Prophetarum & Ecclesiasticorum dum rigide interpretantur, à populo Fideli omne fœnus eunt ablatum, debitore simul ac creditore invitis & adflictis.* BERN.

t Τὸν ὁμοφύλον] Ita *Big. Samb. Vat.* & *Vet. Interpr.* atque ita legerat *Salmas.* de *Trapezit. Fœnore*, p. 683. in *Editis* τοὺς ὁμοφύλους.

v Τῷ τ' ἐκείνων] Τῷ τ' ἐκείνῳ ἀχαριστίαν *Vat.*

2. *Qui autem mutuati sunt*] *Commodatum restituitor fide bona animo lato. Secus si acciderit, rem suam creditor ante ædes debitoris expectet, aut in Foro persequatur. Mola ejusque instrumenta, Moysi Jurisconsultorum principi* רחים ורכב מולה בי אימולוס, *ceteraque cuncta quibus victus humanus apparatur, ceteraque cuncta quibus victus humanus apparatur*, כל דבר שיש בו אוכל נפש, (*sicut Josephus Matthiæ, & Deuteros.* Baba mesia c. 9. 13. *late degneque Deuteronomium Mosaicum interpretantur c.* 24. 6.) *pignori haud cedunt*, לחבל או לעבוט. *Quinvero pignus pauperculi, maxime amiculum* שכלה, ἱμάτιον *Alexandinis & Josepho, sub occasu solis ad ipsum redit, quo dormiret. Repetes jam Exodi c.* 22. 26. *Deut. c.* 24. 6--13. *Talmudum* Porta mediana, *& Maimonidem tit.* כלוה ולוה BERN.

x Ὑγρῶν ἢ ξηρῶν,] Ὑγρὸν ἢ ξηρὸν *Samb.*

3. *Rebus suis ex sententia*,] *Sc.* si solum hoc illi superest, *cui* in stratis incubet, aut quo se operiat noctu dum somnum capit. *Salmas.* de *Trapezit Fœnore*, p. 707.

y Χωρησάντων,] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* in *Editis* χορηγησάντων, pro χορηγησαμένων aut χορηγηθέντων.

z Ἀποθέμενοι] Ἀποθέμενοι εἰς αὐτὸν, καὶ πάλιν εἰ χρήζοντες ἴξουσιν *Vat.*

a Ἀποδοῦναι,] Nec eliminabis τῷ ἀποδοῦναι *Hen.* & Editorum, quod descendit à tempore venturo δώσω, ut ζώσις, ῥῆσις, &c. BERN.

b Μὴ πρὸς τῷ οἰ ἴσαι] Ita *Busb. Hen* & *Salmas.* p. 518. μὴ πρ. τ οἰκ. βαδίσαντες *Basil.* & *G.* μὴ πρὸς τῷ οἰκ. βαδίσαντας *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb.* & *Vat.*

c Ἐσχυρίζειν,] De vi vocis ἐσχυρίζειν vide *Salmasium* de *Modo Usurarum* & de *Trapezit Fœnore.*

d Δι' αὐτῆς,] Sic *Epiphan.* & *Salmas.* in *cæteris* δι' αὐτὸ.

e Διδυσεκῶς·] Ita ex *MSS.* in *Editis* δωσυκῶς.

ἀποπηδέτω πρὸν ἡλίε δυσμῶν, καὶ μάλισα ἂν ἱμάτιον ᾖ τὸ ἐνέχυρον· ὅπως εἰς ὕπνον ἔχῃ τὸν τρόπον, φύσι δὲ Θεοῦ τοῖς πενομένοις [f] ἔλεον νέμοντος. μύλων δὲ καὶ τὰ ὠδὶ [g] ταύτων σκεύη μὴ ἐξεῖναι λαμβάνειν ἐνέχυρον· ὅπως μὴ [h] στέρωνται καὶ τοῦ τὰ σιτία ὀρχάνων, μήτε ἐπ' ἐνδείας πάθωσί τι τῶν χειρόνων.

κζ'. Ἐπ' ἀνθρώπῳ μὲν κλοπῆ θάνατος [i] ἔσω ζημία. ὁ δὲ χρυσὸν ἢ ἄργυρον [k] ὑφελόμενος, τὸ διπλοῦν [l] ἀποτινύτω. κλέπτας δὲ ἐπὶ τοῖς κατ' οἶκον κλεπτομένοις τις ἀθῷος ἔστω, [m] κἂν εἰ τοῦ ὀρύγματι [n] τειχίου. βόσκημα δὲ ὁ κλέψας, [o] τετραπλοῦν τὴν ζημίαν ἀποτινύτω, πλὴν βοός· πενταπλοῦν δὲ ἐπὶ τούτῳ [p] καταβαλλέτω. [q] ὁ δὲ τὸ ἀπὸ τίμιον ἅπαν ἀφελόμενος, δοῦλος [r] ἔστω τοῖς [s] καταδικασαμένοις.

κη'. Πραθεὶς δὲ ἐμοφύλῳ τις ἕξ ἔτη δουλευέτω, τῷ δὲ ἑβδόμῳ ἐλεύθερος ἀφειέσθω. ἐὰν δὲ, [t] τέκνα αὐτῷ γενομένα ἐκ δούλης τοῦ τοῦ πριαμένου, ἀφ' τὴν εὔνοιαν καὶ τὸ πρὸς τὰ οἰκεῖα φιλοστοργίαν [v] βούλῃ δουλεύειν· [x] ἐνιαυτοῦ ἐνεστῶτος τοῦ Ιωβήλε, πενηκοστὸς δὲ ἐνιαυτός ἐστιν, ἐλευθερούσθω, καὶ τὰ τέκνα καὶ τὴν γυναῖκα ἐλευθέραν ἐπαγόμενος.

κθ'. Ἐὰν δέ τις [y] ἢ χρυσίον ἢ ἀργύριον εὑρὴ καθ' ὁδὸν, ἀπιζητήσας τὸν ἀπολωλοτα, καὶ κηρύξας τὸν τόπον ἐν ᾧ εὗρεν, ἀποδότω, τὸν ἐκ τῶν ἑτέρων ζημίας ὠφέλειαν οὐκ ἀγαθὴν ὑπολαμβάνων. ὁμοίως καὶ ὠδὶ βοσκημάτων οἷς ἂν ἐντύχοι τις [z] κατ' ἐρημίαν [a] πλανωμένοις, μὴ ἀμελεῖτε τοῦ κυρίου ἀφανιζῆμα [b] παρ' αὐτῷ φυλαττέτω, μαρτυράμενος τὸν Θεὸν μὴ νοσφίζεσθαι ἀλλότρια.

λ'. Μὴ ἐξεῖναι δὲ παρέναι κλωῶν [c] τινι κακοπαθούντων ὑποζύγιον ἐπιλαθόμενον· ἀλλὰ καὶ συναρεῖς αὐτῷ μετ' αὐτοῦ. Ἀνάστησον γὰρ ἐκ τοῦ τάχους τὸ ὑποζύγιον, καὶ μὴ ἀμελήσῃς τοῦ ἀδελφοῦ.

tur mutuum: sin pauper, ante solis occasum referat, præsertim si pignus sit vestimentum, ut [1] id habeat ad somnum *capiendum*, Deo natura pauperibus misericordiam adhibente. Molam autem & instrumenta ejus ne liceat pignori capere, ne *his ablatis* priventur etiam cibi parandi facultate, neve quid gravius ob inopiam patiantur.

27. [2] In furto quidem hominis pœna esto mors. Qui vero aurum aut argentum surripuerit, duplum reddat. Si quis eorum aliquem qui res è domo furto eat ablatum occiderit, insons esto, etiamsi in pariete *tantum* suffodiendo *deprehendatur*. Furatus autem pecudem, quadruplo damnum rependat, nisi bos sit: nam pro hoc quintuplum reddat. Qui vero mulctæ solvendæ non erit, servus iis esto, quibus eam pendere damnas fuerit. *De Furtis. Ex. 21. & 22. Deut. 24.*

28. [3] Venditus quis contribuli sex annos serviat, septimo manumittatur. Quod si filio ei ex serva nato apud emptorem propter benevolentiam & charitatem erga sua servire velit, anno Jubilæo (est autem annus quinquagesimus) liberetur, & liberos & uxorem liberam abducens. *De servis liberandis. Ex. c. 21. Deut. 15.*

29. [4] Si quis autem vel aurum vel argentum in via repererit, quæsito eo qui perdidit, locoque per præconem indicato quo *forte* reperit, *illud* restituat, utilitatem ex damno alterius nequaquam bonam esse reputans. Similiter etiam de pecudibus in quas errantes in deserto aliquis inciderit, domino non statim invento apud se servet, Deum testatus se nolle aliena avertere. *Res inventæ haud statim cedunt inventori. Ex. 23. Lev. 6. Deut. 22.*

30. [5] Ne *cuiquam* liceat præterire, cum jumenta *jumenta sublevanda. Ex. 23.*

1. *Id habeat ad somnum* capiendum,] *Iis in mentem venientibus quæ à Deo acceperunt*, vertit Castalio.

f Ελεον νέμοντος.] Ut constat ex *Exodi* c. 22. 27.

g Ταύτων σκεύη] Αὐτῶν σκεύη μὴ ἐξὸν *Busb.*

h Στέρωνται] *Samb.* & *Salmas.* στερῶνται. Valet & Barytonon. BERN.

i Ἔσω ζημία.] Ἔσω ἡ ζημία *Vat.*

2. *In furto quidem*] *Plagiarius morte multetur*, tanquam reus homicidii adfectati, inquit Maimonides p. 463. מורה. *Fur pecunia dupla. Et abigeus pecoris minoris, Moysi* שה, βοσκήματος *Josepho & Talmudicis, pretio quadruplo*, ob frequentiam harum quadrupedum, quod animadvertit More nebucim p. 460. *bovis vero quintuplo*, jumenti, ait Vaxiades Chaldæus, abactu proni; addo, & optimi. *At si forte dicta multa minor fur fuerit, in servitutem rite vindicetur, Exodi c. 22. 1 -- 4.* Τοιχωρύχος *phrasi Moysis, aut verbis Tabularum Romanarum*, Si nox furtum factum sit, aut interdiu cum telo, si im aliquis occisit, jure cæsus esto. *Leges eædem*: Pœna manifesti furti, quadrupli est; nec manifesti, dupli. *Vide. insuper sententias Pauli & Ulpiani apud L. Rusinum, & illas Phariseorum penes Maimonidem* Hilcot Geniba f. 548. *vel potius in Misna c.* 7. Baba cama, & Cidduſim f. 18. T. Babyl. *Deinde* περὶ ἀνδραποδιστῶν *leges Exodi c.* 21. 16. *Deut. c.* 24. 7. *Masicla* סנהדרין *c.* 10. 1. *& Talm. Bab. f.* 85, 86. Baba mesia *c.* 4. 9. *& Talm. Bab. f.* 56, 57. *& Maimonidem* de Furto *c.* 2. 1. *& c.* 9. 6. *Hinc plagium hominis Israelitæ strangulatione puniunt Synhedri Moysis. Satis autem habent, venum surreptus Ethnicus, si restituatur. Quinimo legerant abunde Interpretes Ptolemaici Exodi c.* 21. 16. איש מבני ישראל. *Adhuc etiam ex Deut. c.* 24 7. *Onceloſus traduxerat* נפש מבני ישראל. BERN.

k Υφιλόμενος,] Αφιλόμενος *Busb.* & *Hen.*

l Ἀποτινύτω.] *Big.* & *Samb.* ambo bis ἀποτινέτω. Reliqui quatuor ἀποτινύτω. BERN.

m Κἂν εἰ] Forsan καὶ εἰ, vel ἴνα, vel ἢ πῦ. HUDS. Lege ἢ COCC.

n Τειχίου.] *Baſ.* & *Gen. διωρύγματι τειχίου*, vitio prioris. διορύγματι τοιχίου *Big.* διορύγματι τοίχου *Samb. Hen.* & *Busb.* Vel ibi leges κἂν εἰ, vel ἴνα, i. e. בא במחתרת phrasi Maimonidis p. 463. *Dicloris*, vel κἂν ἢ πρὸς διορ. Dicit enim melior Moyses de hoc nebulone, אם במחתרת ימצא, ἐὰν ἐν τῷ διορύγματι εὑρεθῇ. Hanc sententiam præterierat bonus Scholasticus. BERN.

o Τετραπλοῦν] *Al.* τετραπλᾶν & mox πενταπλᾶν.

p Καταβαλλέτω.] Ita in quatuor *MSS.* καταβαλέτω *Vat. Baſ.* & G.

q Ὁ δὲ τὸ ἐπίλυμον] Ὁ δὲ ἐπὶ τὸ ἐπίλυμον εἰ ἄποροῖς ἴσι ἀφελύτεως αὐτῷ δοῦλος &c. *Vat.*

r Ἔσω] Sic è *MSS* in *Editis* ἕως.

s Καταδικασαμένοις] Eo modo *Big.* (& *Coll. Voſſ.*) καταδικασθεῖσι in *Editis*, *Aliſque.* καταδεδικασμένοις *Samb.* (& *Cocc.*) καταδικασμένοις aut καταδικασθεῖσι apud *Iſæum* & *Demoſth.* eſt is ſecundum quem judicatum eſt.

3. *Venditus quis contribuli*] *Hebræum servituti subjectum*, ex furto equidem בגניבתיה *addit Jonathan interpres Exodi c.* 21. 2, *&c.* & Senatu decernente; *aiunt Babylonii* Cidduſim f. 14, 15. & Stigmatias, *in Deuteronomio Judæ hannasi* הנרצעים, *cum natis, si volet, annus septimus liberat; etiam nolentes mittit quinquagesimus, seu felicitas Iobeli. Ita filius idem Uzielis cum Josepho & Phariſæis exponit Moyſis* ליעולם עד יובלא *Ex. c.* 21. 2. *& Deut. c.* 15. 12, *&c. i. e. ad ludos usque seculares Hebræorum. Inde Nomodidaſcali initio* Cidduſim, Acquiritur ſervus Hebræus argento ſoluto, aut ex contractu. Liberatur vero anno ſervitutis ſeptimo, aut demum quinquageſimo ſeculi, vel immature ex compenſatione pecuniaria. Mancipium quidem ἀφελόμενον vindicat ipſa Subula: ſed Iobelus ſolvit, & heri obitus. עבר עברי נקנה בכסף ובשטר וקונה עצמו בשנים וביובל ובגידעון כסף יתירה עליו הנרצע נקנה ברציעה וקונה את עצמו ביובל ובמיתת האדון. *Præ cæteris autem Judæorum de conditione ſervili accuratior videtur mihi Maimonides f.* 645. Iad, *titulo* δούλων. BERN.

t Τέκνα αὐτῷ] Τέκνων αὐτῷ γενομένων in quatuor *MSS.*

v Βούλῃ δουλεύειν.] Ἐλῃ *Hen.* & *Busb.*

x Ἐνιαυτοῦ ἐνεστῶτος Ἰωβήλε,] Ita *MSS.* in *Editis* deeſt ἐνεστῶτος.

4. *Si quis autem vel aurum*] *Pecuniam in via forte inventam per præconem reddes. Pecudem vero errantem in deſerto, cum offenderis, bona fide apud te reſervabis, ignarus domini. Deut. c.* 22. 1, 2, 3. *Ex. c.* 23. 4. *& Lev. c.* 6. 3. *Quocirca* ex rebus perditis אבדה, iſtæ haud cedunt ſtatim inventori: ſed tenentur præconio; *ſicut definiunt Phariſaismi Proceres Baba meſia c.* 2. *paulo minutius quam Flavius ipſe*, Vas fructuum, imo vaſa cuncta; ſacculus ita pecuniæ, aut rei alius, & vel trium nummorum cumulus; faſciculus extra viam communem deprehenſus: torta domeſtica, non illa piſtoris publici: vellera petita ab eriopolio, ſeria denique vini oleive. *Quod eſt verbis patrum*, ואלו חייב להכרז מצא פירות בכלי או כלי כמות שהוא מעות בכיס וכיס כמות שהוא צבורי פירות צבורי מעות ג' מטבעות זה על גב זה כריכות ברשות היחיד וככורות של בעל הבית וגזי צמר הלקוחות מבית האומן כדי יין וכדי שמן. *Vide & Maimonidem* de rapto & perdito, *præsertim c.* 13. BERN.

y Ἢ χρυσίον] Particula ἢ abeſt quibuſdam *MSS.*

z Κατ' ἐρημίαν] Επ' ἐρημίαν *Vat.*

a Πλανωμένοις,] *Al.* πλανομένοις.

b Παρ' αὐτῷ] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* παρ' αὐτῶ in *Editis.*

c Τινι κακοπαθούντων] Τινῶν κακοπαθόντων ἢ ὑπὸ *Big.* & *Samb.* τινὸς κακοπαθόντων ὑπὸ legiſſe videtur *Vet. Interpr.*

5. *Ne* cuiquam *liceat præterire*,] *Scias tui esse, jumentum quod videris cunque prolapsum hærensque in luto sublevare, aut cum agasone suo suvdiatwzein. Quomodo locutionem difficilem satis explicat hic Sacerdos*, וחדלת ליעוב לו עזב תעזב עמו *Ex. c.* 23. 5. *Interpr.* LXX. *reddidere*, οὐ παρελεύσῃ αὐτὸ, ἀλλὰ συναρεῖς αὐτὸ μετ' αὐτοῦ. *Reddo ego*, Opemne detrectabis? quin una cum ductore eum omnino relevabis. עזב *enim tam* liberare & solvere, *quam denotat* omittere & derelinquere. *Recte adeo Samarites*, لا تنقطع عن مساعدته فكما تفك معه

Suppetias ire jumento fratris ne desiste, sed potius junctis viribus liberato. *Verum clarius libro alio ipse Moyses* הקם תקים *Deut. c.* 22. 4. ἀνιστῶν ἀνιστήσεις αὐτὸ μετ' αὐτοῦ, tu & ille lapsam

ta alicui afflicta jacuerint, in luto propter tempestatem collapsa: sed succurrat & subveniat, laborem etiam proprium existimans.

Ignoranti via monstranda. Deut. 27.

31. [1] Quin & vias ignorantibus ostendant *oportet;* neve, risum sibi aucupantes, errore alterius commodum impediant.

Surdo mutoque non maledicendum. Lev. 19.

32. [2] Similiter neque maledicat quisquam absenti, neque muto.

Leges de Percussoribus. Ex. 21. Lev. 24. Deut. 19.

33. [3] Aliquis in contentione, ubi nullum fuerit ferrum, vulneratus, continuò vindicetur, eo qui vulneraverit idem passo. Quod si domum delatús dies complures ægrotaverit, & deinde mortuus fuerit, impunitus esto qui percussit. Si autem revaluerit, & multa in ægrotationem insumpserit, solvat omnia quæcunque tempore decubitus impendit, & quæcunque medicis erogavit. Qui mulierem prægnantem calce pulsaverit, si quidem abortum fecerit mulier, à judicibus pecunia multetur, ut qui ex fœtu in ventre corrupto populum minuerit: viro etiam mulieris ab eo dentur pecuniæ. Quod si illa ex ictu moriatur, & ipse mortem subeundo pœnas luat; lege æquum esse censente, ut vita pro vita reponatur.

τῶν ὑπὸ χειμῶνος [d] πεπλωκότων ἐν πηλῷ· σωδιασώζειν ὀφείλει, καὶ τὸν πόνον οἰκεῖον ἡγησάμενον βοηθεῖν.

λα'. Μωύσεως δὲ καὶ [e] τὰς ὁδοὺς τοῖς ἀγνοοῦσι, καὶ μὴ γέλωτα θηρωμένους [f] αὐτοῖς ἐμποδίζειν πλάνῃ τινὶ ἑτέρᾳ χρείαν.

λβ'. Ὁμοίως μηδὲ βλασφημείτω τις [g] τὸν ἄπονα καὶ τὸν ἀνεόν.

λγ'. Ἐν μάχῃ τις, ὅπου μὴ σίδηρος, πληγεὶς, [h] παραχρῆμα μὲν ἐκδικείσθω, ταυτὸν παθόντος· [i] πεπληγότος. ἂν δὲ κεμισθεὶς παρ' ἑαυτὸν καὶ νοσήσας ὑπὲρ πλείονας ἡμέρας, ἔπειτα ἀποθάνῃ· ἀθῶος ἔστω ὁ πλήξας. σωθέντος δὲ καὶ πολλὰ δαπανήσαντος εἰς τὴν νοσηλείαν, [k] ἀποτινύτω πάντα ὅσα ἐδαπάνησε τὸν χρόνον τῆς κατακλίσεως ἀνάλωσε, καὶ ὅσα τοῖς ἰατροῖς ἔδωκεν. ὁ γυναῖκα [l] λακτίσας ἔγκυον, ἂν μὲν ἐξαμβλώσῃ ἡ γυνὴ, ζημιούσθω χρήμασιν ὑπὸ τῶν δικαστῶν, ὡς ἐφθαρκὼς ἐν τῇ γαστρὶ μειώσας τὸ πλῆθος· διδόσθω δὲ καὶ τῷ ἀνδρὶ τὰ γυναικὸς παρ' αὐτοῦ χρήματα. [n] Θνῃσκούσης δ' ἐκ τῆς πληγῆς, καὶ αὐτὸς ἀποθνῃσκέτω· ψυχὴν ἀντὶ ψυχῆς καταθεὶς δικαιοῦται νόμος.

λδ'. Φάρ-

---

bestiam erigetis. *Vide omnino explicationem Pharisæorum* Baba mesia c. 2. 10. *una cum Gemara Jeros. f.* 8. *d. & Babyl. f.* 32. *Hi enim, uti optime norant vim verbi* עזב, *ita passim interpretantur* פרק משא, ἀπολύω. *Cæterum ad hanc Legem Bochartus non placet.* BERN.

d Πεπλωκότων] *Al.* πεπλοκότων, & ἐμπεπλωκότων.

e Τὰς ὁδὰς] Gentes de Judæis dicebant, illos *Non monstrare vias eadem nisi sacra colenti.* REL.

1. *Quin & vias ignorantibus*] *Ab itinere neminem seducere*, sed monstrare vias eadem neque sacra colenti. *Unde Axioma veteris Scholæ*, פריקה בחנם טיעונה בשכר: ἄμισθος μὲν ἡ ἀποκλίνη, μισθοῦ δὲ τὸ ἐπιφόρημα. *Tantum profecto propter diras Deut. c.* 27. 18. ἐπικατάρατος ὁ πλανῶν τυφλὸν ἐν ὁδῷ. *Nimirum admonet Uzielida, simulque Paraphrastes Urbis*, אבסניא דהוא מרמי לסמיא. inexpertus viæ pro cæco habetur. BERN.

f Αὐτοῖς ἐμποδίζειν] Αὐτοῖς *Samb.* una manu, αὐτὸς altera.

g Τὸν ἄπονα καὶ τὸν ἀνεόν.] *Big.* & *Samb.* τὸν ἄοπλον καὶ τὸν ἀνεόν. *Hen.* & *Busb.* τὸν ἄπονα καὶ τὸν ἄοπλον i. e. τὸν ἀοργῆτον. Late etiam accepit vocabulum Mosaicum חרש cor Onceloso: unde vertit Chaldaice דלא שמע ὁ ἀνήκοος, Lev. c. 19. 14. sive vitio aurium, sive absentia hoc contigerit. Veruntamen heic scribendum ei arbitror suadeoque, τὸν ἄοπον καὶ τὸν ἀνεόν, quod frequentius in libris bonis, τὸν κωφὸν καὶ τὸν ἀνεόν, *surdum & mutum.* ἄοπος enim apud Græcos Philologos ἄφωνος, κωφός: sed & χέρες inter Criticos linguæ sanctæ tam mutitate & silentio, quam surditate affectum hominem denotat; ut de vitiis admodum cognatis licuit. BERN. Τὸν ἄοπλον καὶ τὸν ἀνεόν *Big.* (*Coll. Voss*) & *Samb.* τὸν ἀπόνλα καὶ τὸν ἄοπλον *Hen.* & *Busb.* τὸν ἀπόνται καὶ τὸν νέον *Vat.* τὸν ἄοπον καὶ τὸν ἀνεόν. i. e. τὸν κωφὸν καὶ τὸν ἀνεόν, *surdum & mutum*, malit *Bernardus.*

2. *Similiter neque maledicat*] *Surdo muteque cave maledicas* לא תקלל חרש ὁ κακῶς ἐρεῖς κωφόν. *Lev. c.* 19 14. *Certe qui audit omnia, is tibi respondebit. Vide* Synhed. *f.* 66. *Talm. Bab. Bene etiam* Pesicta Zotorta *de hoc præcepto*, מרבה אפילו בר ישראל שאינו שומעין קל וחומר לפניו. BERN.

h Παραχρῆμα] *Big.* ἐξαχρῆμα μὲν ἀπθανὼν (propter κείμενον D. Moysis) ἐκδικείσθω. *Samb.* ἐξαχρῆμα μὲν ἀπθανὼν, ἐκδικείσθωι *Busb. Hen. Bas. Gen.* & *Epiph.* ἐξαχρῆμα μὲν ἐκδ. *repente maclatur*: vel, ut habet L. *vindicetur repente.* Ibidem *Hen.* πεπονθότος pro παθόντος, atque *Samb.* πεπληχότος pro voce media. BERN. Παραχρῆμα μὲν ἀπθανὼν ἐκδικείσθω in *MSS.*

° Διενοχλεῖν] Sic *MSS.* διοχλεῖν in *Editis.*

ᵖ Ἀχθέντος ἀνδρώπου] Ita cum *Big.* & *Samb.* ἀχθέντος τι in *Editis Aliisque.*

ᵠ Ἐν τῷ χειμάρρῳ] Χειμάρρους pro *valle* quia נחל & *vallem* & *flumen* notat. REL.

ʳ Ὄψεσθε πλήρη] Ὄψεσθαι *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2.

ˢ Διασωθῆναι] Ita in *MSS.* σωθῆναι ὑμῖν in *Editis.*

ᵗ Κρατήσετε] Κρατῆσαί τε *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. & dein-

λά-

"πάσας πόλεις λήψεσθε τ Μωαβιτῶν, καὶ δένδρα μὲν
"αὐτῶν [v] ἥμερα κόψετε, τὴν δὲ χώραν δηώσετε, πηγὰς
"δὲ καὶ ποταμοὺς ἐμφράξετε.

β'. Ταῦτα εἰπὼν ὁ θεοφήτης, τῇ ὑστεραίᾳ πρὶν ἥλιον ἀνασχεῖν, ὁ χείμαρρος [x] πολὺς ἐρρύη· σφοδρῶς γὰρ [y] ἀπὸ τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν ἐν τῇ Ἰδουμαίᾳ τ Θεὸν ὗσαι συνέπεσεν· ὥστε εὑρεῖν τ χαλαὸν καὶ τὸ ὑποζύγιον πολὺν ἄφθονον. ὡς δ' ἤκουσαν οἱ Μωαβῖται τὸν τρεῖς βασιλέας ἐπ' αὐτοὺς βαδίζοντας, καὶ διὰ τ ἐρήμου ποιουμένους τ ἔφοδον, ὁ βασιλεὺς αὐτῶν, ὅπως συλλέξας χαλαὸν, ἐκέλευσεν [z] ὑπὲρ τ ὀρῶν βάλεσθαι τὰ στρατόπεδον, ἵνα αὐτοὺς μὴ λάθωσιν εἰς τ χώραν ἐμβαλόντες οἱ πολέμιοι. θεασάμενοι δ' ὑπὸ τ ἀνατολὴν τ ἡλίου τὸ ἐν τῷ χειμάρρῳ ὕδωρ, [a] καὶ γὰρ ἐγγὺς μάχεσθαι ἦν τ Μωαβίτῃ, αἱματῶδ τ χροὰν ὅμοιον, τότε γὰρ μάλιστα πρὸς τὴν αὐγὴν τὸ ὕδωρ ἐρυθραίνει), ψευδῆ δόξαν περὶ τ πολεμίων ἐλάμβανον, ὡς [b] ἀπεπλονηκότων ἑαυτοὺς διὰ δίψος, καὶ τὸ ποταμὸν αἷμα αὐτοῖς ῥέοι. τὸν τοίνυν ἔτως ἔχειν ὑπολαβόντες, ἠξίωσαν αὐτοὺς ὑπὲρ διαρπαγῆς τ πολεμίων ἐκπέμψαι τ βασιλέα. καὶ πάντες, [c] ἐφορμήσαντες ὡς ὑπὲρ ἐτοίμου ὠφέλειαν, ἦλθον εἰς τὸ τ ἐχθρῶν στρατόπεδον ὡς ἀπολωλότων. καὶ διαψευσθεῖ μὲν αὐτοὺς ἡ ἐλπὶς αὕτη. πολεμούντων δὲ τῶν πολεμίων, οἱ μὲν αὐτῶν κατεκόπησαν, οἱ δὲ διεσπάρησαν εἰς τ ἰδίαν χώραν φεύγοντες. ἐμβαλόντες δὲ εἰς τὴν [d] τῶν Μωαβιτῶν οἱ βασιλεῖς, πάσ τε πόλις [e] κατερρέψαντο τὰς ἐν αὐτῇ, καὶ τὰς ἀγρὰς αὐτῶν διήρπασαν, καὶ [f] ἠφάνισαν [g] πληροῦντες τῶν ἐκ τῶν χειμάρρων λίθων, καὶ τὰ κάλλιστα τῶν δένδρων [h] ἐξέκοψαν, καὶ τὰς πηγὰς ἐνέφραξαν τῶν ὑδάτων, καὶ τὰ τείχη καθεῖλον ἕως ἐδάφους. ὁ δὲ βασιλεὺς τῶν Μωαβιτῶν συνδιωκόμενος τῇ πολιορκίᾳ, καὶ τ πόλιν ὁρῶν κινδυνεύουσαν ἁλωτὸν γενέσθαι καὶ κρατεῖσθαι, ὥρμησε, μεθ' ἑπτακοσίων ἐξελθών, διὰ τῶν πολεμίων ἐξιππάσασθαι στρατοπέδου, καθ' ὃ μέρος [i] αὐτοὺς ἐνόμιζε τὰς φυλακὰς ἀνειέναι. καὶ περαθεὶς, οὐκ ἠδυνήθη φυγεῖν· ὑπετυγχάνει γὰρ ὑπομελῶς φρουρουμένῳ τῷ τόπῳ. ὑποστρέψας δ' εἰς τ πόλιν, ἔργον ἀπογνώσεως καὶ δεινῆς ἀνάγκης διεπράξατο. [k] τ υἱὸν τὸν πρεσβύτερον, ὃς μετ' αὐτὸν βασιλεύειν ἔμελλεν, ἀναγαγὼν ὑπὲρ τὸ τεῖχος, ὥστε πᾶσι φανερὸν γενέσθαι τοῖς πολεμίοις, ἱερούργησεν εἰς ὁλοκαύτωσιν τῷ Θεῷ. θεασάμενοι δ' αὐτὸν οἱ βασιλεῖς, [l] καλῶς εἶχεν τ ἀνάγκης, καὶ παθόντες ἀνθρώπινόν τι καὶ ἐλεεινὸν διέλυσαν τ πολιορκίαν, καὶ ἄνας εἰς τ [m] οἰκίαν ἀνέστρεψεν. Ἰωσάφατος δ' ὑποστρέψας εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ μετ' εἰρήνης διαγαγών, ὀλίγον ὑπερβιώσας χρόνον μετὰ τ [n] στρατείαν ἐκείνην, ἀπέθανε· ζήσας [o] μὲν ἀριθμὸν ἐτῶν ἑξήκοντα, βασιλεύσας δ' ἐξ αὐτῶν πέντε καὶ εἴκοσι. τοιοῦτος δ' ἔτυχε μεγαλοπρεπῶς ἐν Ἱεροσολύμοις· καὶ γὰρ ἐν μιμητὴς τ Δαυΐδου ἔργων.

"expugnabitis, & arbores quidem illorum ſativas
"excidetis, & regionem devaſtabitis, prætereaque
"fontes & fluvios obſtruetis.

2. Vate iſta loquuto, poſtero die, priuſquam ſol oriretur, torrens copioſe fluit, (accidit enim ut inde trium dierum itinere in Idumæa vehementer plueret Deus) adeo ut milites & jumenta invenerint largam potûs copiam. Moabitæ autem ut audivere tres reges contra ſe adventare, & per ſolitudinem iter facere, rex illorum, collecto ſtatim exercitu, juſſit montibus caſtra figi, ne illos latentes hoſtes in regionem irrumpentes. Cum autem ſub ortum ſolis aquam in torrente conſpexiſſent (etenim haud procul aberat à terra Moabitide) ſanguini colore non abſimilem, (nam tunc aqua radiis icta maxime rubeſcit) falſam de hoſtibus opinionem acceperunt, ac ſi ipſos ſe mutuo propter ſitim peremiſſent, & fluvius eorum ſanguine redundaſſet. Hoc igitur ita ſe habere ſuſpicati, à rege petierunt, ut illos ad hoſtium ſpolia legenda emitteret. atque omnes, quaſi ad prædam paratam profecti, ad hoſtium, tanquam mortuorum, caſtra perveniunt. Et quidem ipſos ſua ſpes valde fruſtrata eſt. nam, hoſtibus in eos undique excitis, alii quidam eorum perempti ſunt, alii vero fuga diſperſi in regionem ſuam ſe receperunt. At reges, Moabitarum terram ingreſſi, & oppida ſubverterunt, & agros illorum diripuerunt, & * deformarunt lapidibus è torrentibus eos replentes, & optimas quaſque arbores exciderunt, & fontes aquarum obturarunt, & mœnia ad terram dejecerunt. Rex autem Moabitarum, cum etiam *arcta* obſidione premeretur, urbemque eò diſcriminis adactam videret ut vi expugnaretur, tentavit, cum *viris* ſeptingentis egreſſus, equo evehi per hoſtium caſtra, quà excubias paulo negligentiores eſſe putabat. conatuſque, fuga evadere non potuit: nam in locum incidit accurate præſidiis munitum. In urbem autem reverſus rem extremæ neceſſitatis & deſperationis aggreſſus eſt. Filium natu maximum, qui poſt eum erat regnaturus, in mœnia attollens, unde ab hoſtibus facile cerni poſſet, in ſolidum ſacrificium Deo mactavit. Reges vero cum illum conſpexiſſent, neceſſitatis miſerti, & humanitate ſimul & pietate permoti, *confeſtim* obſidionem ſolverunt, & † ad ſuam quiſque domum diſceſsêre. Joſaphatus autem Hieroſolyma reverſus, paceque vitâ actâ, cum non diu iſti expeditioni ſuperfuiſſet, diem obiit ſupremum: exacto quidem vitæ *ſuæ* anno ſexageſimo, regni vero vigeſimo quinto. Sepultuſque eſt Hieroſolymis magnifice: nam & operum Davidis *proavi ſui* imitator erat.

Moabitarum rex ſe ſuoſque ad prælium parat.

Moabitæ vincuntur. 4 *Regum*, c. 4.

Moabitarum rex filium pro hoſtia mactat. 4 *Regum*, c. 2.

Joſaphati mors. 4 *Regum*, c. 21.

[v] Ἡμερα κόψετε,] Vocem ἥμερα inſertum dedimus ex *MSS.* & *Vet. Interpr.*

[x] Πολὺς ἐρρύη·] Ita *MSS.* (& Cocc.) in *Editis* σφοδρῶς ἐρρύη. πολὺ γὰρ &c.

[y] Ἀπὸ τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν] Non eſt in Hebr. REL.

[z] Ἐπὶ τ ὀρῶν] Sic *Big. Samb.* & *Vat.* ἀλλὰ τ ὀρῶν συμβάλλεσθαι τὸ στρ. in *Editis Aliiſque.*

[a] Καὶ γὰρ ἐγγὺς μαχεῖν] Καὶ γὰρ ὁ μαχεῖν *Vat.*

[b] Ἀπεπλονηκότων] Ita cum *MSS.* ἀπεπεπονηκότων in *Editis.* HUDS. Lege ἀπεπλυκότων, vel ἀπεπλυμένων, vel ἀπεπλυσμένων. COCC.

[c] Ἐφορμήσαντες] Sic *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. ὁρμήσαντες in *Editis Aliiſque.*

[d] Τῶν Μωαβιτῶν] Illud τ ex *MSS.*

[e] Κατερρέψαντο τὰς ἐν αὐτῇ,] Ita *MSS.* & *Vet. Interpr.* πάσ τε πόλις καθελκύσαντες τὰς in *Editis.*

[f] Ἠφάνισαν] Sic *Samb.* & *Gall.* 1. ἀφάνισαν in *reliquis.*

[g] Πληροῦντες] Πληρώσαντες ὁμ τ χειμάρρων λίθων *Big. Samb.* & *Gall.* 1.

[h] Ἐξέκοψαν,] Ἐκοψαν *Vat.* & mox ἔφραξαν.

[i] Αὐτοὺς ἐνόμιζε] Αὐτῷ ἐνόμιζε *Samb.* ἐνόμιζεν αὐτῷ *Vat.*

[k] Τὸν μὲν τ πρεσβύτερον,] Τὸν μὲν ſolus *Samb.* Vide *Grotium* ad 3 *Regum*, c. 3. v. 28. & *Clericum* in eundem locum, ut & *Perizonium* ad *Ælianum*, l. 12. c. 28.

[l] Κατῴκτειρεν δ' ἀνάγκης, καὶ παθόντες] LXX. 2 Reg. III. 27. καὶ ἐγένετο μετὰ μέγας ἐπὶ Ισραὴλ. Hebr. קצף גדול *fervor magnus.* SPANH.

† *Ad ſuam quiſque domum diſceſsêre.*] *Vel*, in ſuum quiſque regnum abierunt.

[m] Οἰκίαν ἀνέστρεψεν.] Οἰκείαν *Big.*

[n] Στρατείαν ἐκείνην,] Ἐκστρατείαν *Big.*

[o] Μὲν ἀριθμὸν ἐτῶν ἑξήκοντα,] Illud μὲν ex *MSS.*

* *Deformarunt lapidibus è torrentibus eos replentes,*] Eo quidem ſenſu ἀφανίζω accipio, quo reperitur *Matth.* 6. 16.

II. CAP. IV.

Joramus ſucceſſor Joſaphati. quomodo ei cognominis Joramus, rex Iſraëlitarum, bellum geſſit adverſus Syros; & quæ miracula edidit vates Eliſſæus.

Joramus Judææ rex. 2 Paral. c. 21.

PORro reliquit filios aliquammultos: Joramum autem natu maximum ſucceſſorem *ſuum* declaravit. idem enim illi nomen erat cum matris *ſuæ* fratre, Iſraëlitarum rege, Achabi filio. Cum vero Iſraëlitarum rex è Moabitide Samariam rediret, ſecum habuit vatem Eliſſæum, cujus res geſtas percenſere volo: quippe quæ magnæ ſunt & memoratu dignæ, prout è libris ſacris in notitiam noſtram pervenerunt.

2. Dicunt enim uxorem Obediæ, Achabi diſpenſatoris, ad eum adiiſſe, dixiſſeque, ipſum non neſcire, ut maritus ejus vates à Jezabela uxore Achabi ‡ ad mortem quæſitos ſervarit. centum enim, ajebat, ipſum abdidiſſe & pecunia mutuo accepta aluiſſe; nunc vero poſt fata viri * ipſam cum liberis à creditoribus in ſervitutem abripi. orabatque ob hoc mariti factum *egregium* ſui miſereretur, & auxilii aliquid largiretur. Quærenti autem *vati*, quid domi haberet, nihil omnino, reſpondit, niſi perexiguum olei in vaſculo. Tum vates juſſit ut diſcedat, atque vaſa utenda accipiat à vicinis, eaque vacua & non pauca; foribuſque cubiculi occluſis oleum in univerſa transfundat: Deum enim iſta *omnia* repleturum eſſe. Cum autem mulier juſſis paruiſſet, præciperetque liberis ut vaſa ſingula ſibi admoverent, poſtquam omnia repleta erant, & nullum ſuperabat, iſta vati indicatum ivit. Ille vero conſilium dat, ut oleum venditum iret, atque creditoribus *ſuis* ſatisfaceret: aliquantulum vero ex olei pretio etiam ſuperfuturum eſſe, quo ipſi ad liberos ſuſtentandos uti liceret. Et quidem Eliſſæus ita mulieris æs alienum diſſolvit, eamque à creditorum vexatione liberavit.

Oleum ab Eliſſæo perpetuatum. 4 Regum, c. 4.

Eliſſæus Iſraëlitarum regem de Syrorum inſidiis admonet. 4 Regum, c. 6.

3. Porro Eliſſæus mature *quoſdam* cum monitis ad Joramum miſit, ut caveret locum illum, *quem iſti indicarent*, eſſe enim illic Syrorum nonnullos in inſidiis locatos ut eum interficerent. Et rex quidem, vati obſequens, ad venationem †*paratam* non egreſſus eſt. Adadus autem, cum fruſtra eſſent doloſa conſilia, quaſi ſuorum aliqui in-

ΚΕΦ. δ'.

Ιώραμος ὁ Ιωσαφάτου διάδοχος. ὡς ὁ ὁμώνυμος αὐτῷ Ιώραμος τῶν Ισραηλιτῶν βασιλεὺς τοῖς Σύροις ἐπολέμησε, καὶ οἷα θαυμαστὰ ἐποίησεν Ελισσαῖος ὁ προφήτης.

ΚΑτέλιπε δὲ παῖδας ἱκανοὺς · διάδοχον δ' ἀπέδειξε τὸν πρεσβύτερον Ιώραμον. τοῦτο γὰρ εἶχεν ὄνομα τῷ τοῦ [P] μητρὸς [q] μὲν ἀδελφῷ, βασιλεύοντι δὲ τῶν Ισραηλιτῶν, Αχάβου παιδί. ὡδαγωμένου δ' [r] ἐκ τῆς Μωαβίτιδος ὁ τῶν Ισραηλιτῶν βασιλεὺς εἰς Σαμάρειαν, εἶχε σὺν αὑτῷ Ελισσαῖον τὸν προφήτην, ὃν πρὸς πράξεις βάλλομαι διελθεῖν · λαμπραὶ γὰρ εἰσὶ καὶ ἰσομοίρους ἄξιαι, καθὼς ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις ἐπεγνώκαμεν.

β'. Προσελθόντων γὰρ αὐτῷ φασὶ [s] τῷ [t] Ωβεδίου, τοῦ Αχάβου οἰκονόμου [v] γυναῖκα, εἰπεῖν, ὡς οὐκ ἀγνοεῖ πῶς ὁ ἀνὴρ αὐτῆς τοὺς προφήτας φυλάσσων, ὑπὸ τῆς Αχάβου γυναικὸς Ιεζαβέλης ἀναιρουμένους. [x] ἑκατὸν γὰρ, ἔλεγε, ἀπ' αὐτοῦ δανεισαμένου τροφῆναι κεκρυμμένους · καὶ μὴ τῷ τοῦ ἀνδρὸς πλούτῳ ἄγεσθαι νῦν ὑπὸ τῶν δανείσαντων [y] αὐτῷ τε καὶ τέκνα πρὸς δουλείαν. παρεκάλει τε διὰ ταύτην τὴν ἐργασίαν πένθους ἐλεῆσαί τε καὶ βοηθῆσαι τινα. [z] πυθομένου δ' αὐτοῦ τί ἔχοι ὅλως τῆς οἰκίας, ἄλλο μὲν οὐδὲν, ἔφη, ἔλαιον δὲ [a] βραχὺ λίαν ἐν κεραμίῳ. ὁ δὲ προφήτης ἀπελθοῦσαν ἐκέλευσεν ἀγγεῖα χρήσασθαι πολλὰ παρὰ τῶν γειτόνων κενά · καὶ τὰς θύρας ἀποκλείσασαν καὶ δωματίου, μεταχεῖν εἰς ἅπαντα [b] τὸ ἔλαιον. τὸ γὰρ θεῖον πληρώσειν [c] πάντα. τῆς δὲ γυναικὸς τὰ κελευσθέντα [d] ποιησάσης, καὶ τοῖς τέκνοις προσφέρειν ἕκαστον τῶν ἀγγείων προσταξάσης, ἐπεὶ πάντα ἐπλήρωτο, καὶ οὐδὲν ᾗ κενὸν, ἐλθοῦσα πρὸς τὸν προφήτην [e] πάντα ἀπήγγειλεν. ὁ δὲ [f] συμβουλεύει [g] τὸ ἔλαιον [h] ἀπελθοῦσαν ἀποδόσθαι, καὶ τοῖς δανείσασιν ἀποδοῦναι τὰ ὀφειλόμενα · περισσεύσαι δέ τι καὶ [i] θυγατρὸς [k] καταχρήσει). καὶ Ελισσαῖος μὲν ἅπαντα ἀπήλλαξε τῶν ζοφερῶν τῇ γυναικὶ, καὶ τῆς ἀπὸ τῶν δανείσων ὕβρεως ἠλευθέρωσεν.

γ'. [l] Ελισσαῖος δὲ ταχέως πρὸς Ιώραμον ἐξαπέστελλε, [m] φυλάττεσθαι τὸν τόπον ἐκεῖνον αὐτῷ πολεμίων · εἶναι γὰρ ἐν αὐτῷ [n] Σύρους τινὰς τοὺς ἐκεῖ λοχῶντας αὐτὸν [o] ἀναιρεῖν. καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς, οὐκ ἀπὶ τῇ θήρᾳ [p] ἐξώρμησε τῷ προφήτῃ πεισθείς. [q] Αδαδος δὲ, τῆς ἀπιθείας [r] διαμαρτών, ὡς τὰ ἰδίων αὐτοῦ καταμεμωσούλων τῇ ἐπέδρᾳ πρὸς

p Μητρὸς μὲν ἀδελφῷ,] Γυναικὸς *Gall.* 2. atque ita in verſione ſua *Gelenius.*

q Μὲν ἀδελφῷ,] Hic μὲν infertum dedimus ex *MSS.* & mox δὲ ante παιδὶ delevimus.

r Ἐκ τῆς Μωαβίτιδος] Sic *MSS.* ἀπὸ τῆς in *Editis.*

s Τῷ Ωβεδίου,] 2 Reg. IV. SPANH.

t Οβεδίου,] Αβδίου *Vat.*

v Γυναῖκα,] Idem ſenſit *Chaldæus Interpr.* ut & *Rabbini Aliique.* videſis *Theodoretum* in 4 *Regum*, ΕΡΩΤ. κδ'.

‡ *Ad mortem quæſitos ſervarit.*] Ita cum *Epiphanio* placuit interpretari vocem ἀναιρεμένους.

x Ἑκατὸν] Ita cum omnibus *MSS.* & *Vet. Interpr.* ἑκατόν. Ἔλεγε γὰρ, ὡς αὐτῷ in *Editis.*

y Αὐτῷ] Αὐτῷ καὶ τὰ τέκνα *Vat.*

* *Ipſam cum liberis à creditoribus in ſervitutem abripi.*] In *S. Literis*, inſtare creditores ut in ſervitutem ducant. Juxta *Epiphanium*, nunc vero poſt viri ſui mortem à creditoribus urgeri, atque ejus filios ad ſervitium rapi.

z Πυθομένου δ' αὐτοῦ] Πυθανομένου *Big.* & *Samb.*

a Βραχὺ λίαν ἐν κεραμίῳ.] Βραχὺ, ἀντὶ τοῦ ὀλίγον, μικρὸν *Heſychius.* Hebr. שמן אסוך *Vulg.* parum olei LXX. ὃ ἀλείψομαι ἔλαιον, quod reſpondet Hebr. אסוך ſ. primæ futuri Verbi סוך ſc. perfundere. Sic Ezech. XVI. 9. ואסכך בשמן & ungebam in oleo. SPANH.

b Τὸ ἔλαιον.] Τῷ ἐλαίῳ *Samb.*

c Ταῦτα.] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* πάντα *Epiphan.* αὐτὰ in *Editis.*

d Ποιησάσης,] Ita in omnibus *MSS.* atque ita fere legiſſe videtur *Epiphan.* qui vertit, *quod dum mulier feciſſet & ejus filii unumquodque vas obtuliſſent. dum completa fuiſſent* &c. ποιούσης ἐπεὶ πάντα ἐπληρώθη ac nihil præterea in *Editis.*

e Πάντα] Clariſſ. Coccejus jubet legere ταῦτα, verum deeſt forſan πληρῆ. ut ita mulier nunciaverit vati vaſa omnia jam plena eſſe. HAV.

f Συμβουλεύει] Συνεβούλευσε aut συνεβούλησε legiſſe videtur *Epiphan.*

g Τὸ ἔλαιον] Τὔλαιον *Big. Samb.* & *Gall.* 1.

h Ἀπελθοῦσαν ἀποδόσθαι,] Ita cum *Cod. Vat.* ἀπελθοῦσα in *Editis Aliiſque.* nihil huic voci reſpondet in verſione *Epiphanii.*

i Περισσεύσει] Περισσὸν *Vat.*

k Καταχρήσει).] Ita cum *Big.* & *Samb.* καταχρήσεσθαι in *reliquis.*

l Ελισσαῖος] Suſpicor hic loci ingentem eſſe lacunam: non ſolum quod illorum pleraque deſideremus, quæ de miraculis ab Eliſſæo editis narrant *S. Literæ*, 4 *Regum*, c. 4, 5, & 6. ſed & quod male cum præcedentibus cohæreant illa, Ελισσαῖος δὲ ταχέως &c. quæ ſane optime ſe haberent, ſi *S. Literarum* veſtigiis inſiſteremus, 4 *Regum*, c. 6. v. 8. *Tum Syriæ rex, cum contra Iſraëlitas bellum gereret, conſilium cum ſuis cepit, de copiis in certo quodam loco collocandis:* Ελισσαῖος δὲ ταχέως πρὸς Ιώραμον ἐξαπέστελλε &c.

m Φυλάττεσθαι τὸν τόπον ἐκεῖνον] Forte τόπον τινὰ, niſi aliquid deëſt, *Vetus*: Inter hæc autem Helizæus miſit ad Joram, ammonens, ut cuſtodiret locum quendam &c. COCC.

n Σύρους τινὰς] Σύρων τινὰς τοὺς ἐκεῖ *Big.* & *Samb.* τοὺς ἐκεῖ Σύρων λοχ. *Gall.* 1. 2.

o Ἀναιρεῖν.] Ἀνελεῖν *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2.

p Ἐξώρμησε τῷ προφήτῃ] Ita *MSS.* ὥρμησε in *Editis.*

† Paratam *non egreſſus eſt.* Adadus *autem*,] Vocem *paratam* agnoſcit *Epiphan.*

q Αδαδος δὲ,] Ita cum *Vet. Interpr.* in *reliquis* Αδερ. Vide ad p. 463. §. 1. HUDS. Adadus Rex Syrorum *Ruſin.* SPANH.

r Διαμαρτὼν,] Διαμαρτὸν *Samb.*

s Γι-

πρὸς Ιώραμον, ὠργίζετό τε, καὶ μεταπεμψάμενος αὐτὸς πρόδότας ἔλεγε τῶν ἀπορρήτων αὐτοῦ, καὶ θάνατον ἠπείλει, φανερᾶς τῆς ἐπιχειρήσεως, ἣν μόνοις ἐκείνοις ἐπίστευσε, τῷ πολεμίῳ [s] γεγυμνένης. φήσαντος δέ τινος τῶν παρόντων, "μὴ [t] ψευδοδοξεῖν αὐτὸν, μηδ' ὑπονοεῖν [v] αὐ-"τῶν ὡς πρὸς τὸν ἐχθρὸν αὐτοῦ κατηρημότων τὴν ἔκπεμψιν "τῶν ἀναιρησόντων αὐτὸν, ἀλλὰ γνώσκειν ὅτι Ελισαῖός "ἐστιν ὁ προφήτης, ὁ πάντα μηνύων αὐτῷ, καὶ φανερὰ "ποιῶν τὰ ὑπ' αὐτοῦ [x] βεβουλευμένα," προσέταξε [y] πέμψασι μαθεῖν ἐν τίνι πόλει [z] τυγχάνει Δοτρίεων ὁ Ελισαῖος. οἱ δὲ πεμφθέντες ἦκον ἀγγέλλοντες αὐτὸν ἐν [a] Δωθαΐμ ὑπάρχοντα. πέμπει τοιγαροῦν [b] Αδαδος ἐπὶ τὴν πόλιν δύναμιν πολλὴν [c] ἵππων καὶ ἁρμάτων, ὅπως τὸν Ελισαῖον λάβωσιν. οἱ δὲ νυκτὸς πᾶσαν [d] κύκλῳ τὴν πόλιν περιλαβόντες εἶχον ἐν φρουρᾷ. ἅμα δ' ἕῳ τῷ μαθὼν ὁ τοῦ προφήτου ὑπάκουσμα, καὶ ὅτι ζητοῦσιν οἱ πολέμιοι λαβεῖν Ελισαῖον, ἐθήλωσεν αὐτῷ μὴ βοῆς καὶ [e] παραχῆς [f] δραμὼν πρὸς αὐτόν. ὁ δὲ, τοῦ θεράποντος μὴ δεδιέναι παρεθάρρυνε, καὶ [g] τῷ Θεῷ συμμάχῳ καταφρονῶν ἀδεὴς ἦν· [h] παρεκάλει τε, τῷ προφήτῃ, πρὸς τὸ λαβεῖν αὐτὸν [i] εὐέλπιδα ποιοῦσι, ἐμφανίσαι τὴν αὐτοῦ δύναμιν ἐν παρουσίᾳ, ὡς δυνατόν. ὁ δὲ Θεὸς, ἐπήκοος τῶν ἀρχῶν τοῦ προφήτου γενόμενος, ἐπῆλθε τοῖς ἁρμάτων καὶ ἵππων τῷ θεράποντι τοῦ προφήτου κεκυκλωμένον θεάσασθαι παρέσχεν, ὡς αὐτὸν ἀφιέναι μὲν τὸ δέος, ἀναθαρρῆσαι δὲ πρὸς τὴν ὄψιν τοῦ νομιζομένης συμμαχίας. Ελισαῖος δὲ μὴ ταῦτα ἐν τοῖς τῶν πολεμίων ὄψεσι ἀμαυρῶσαι τὸν Θεὸν παρεκάλει, ἀχλὺν αὐτοῖς ἐπιβαλόντα ἀφ' ἧς ἀγνοήσειν αὐτὸν ἔμελλον. γενόμενα δὲ καὶ τάυτα, παρελθὼν εἰς μέσους τοὺς ἐχθροὺς ἐπηρώτησε τίνα ζητοῦντες ἦλθον. τῶν δὲ τοῦ προφήτου Ελισαῖον εἰπόντων, ὡμολόγησεν ὑπάρχειν, εἰ πρὸς τὴν πόλιν, ἐν ᾗ τυγχάνει ὤν, ἀκολουθήσειαν αὐτῷ. καὶ οἱ μὲν ἡγουμένῳ τῷ προφήτῃ, τοῖς ὄψεσι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τῇ ἀφύσει ἐπεσκοτισμένοις, ἀπορθάζοντες εἵποντο. ἀγαγὼν δ' αὐτοὺς Ελισαῖος εἰς Σαμάρειαν, Ιωράμῳ μὲν τῷ βασιλεῖ προσέταξε κλεῖσαι τὰς πύλας, καὶ φυλάξαι τοῖς Σύραις τὴν αὐτοῦ δύναμιν· τῷ Θεῷ δὲ ηὔξατο καθάραι τοὺς ὄψεις τῶν πολεμίων, καὶ τὴν ἀχλὺν αὐτῶν ἀνελεῖν. οἱ δ' ὑπὸ τοῦ ἀμαυρώσεως ἐκείνης [k] ἀφεθέντες, εὑρὼν αὐτοὺς ἐν μέσοις τοῖς ἐχθροῖς ὑπάρχοντας. ἐν σκοπῇ δὲ ἦν δεινῇ καὶ ἀμηχανίᾳ τῶν Σύρων, οἷον εἰκὸς, ἐφ' ὅτῳ τοσούτῳ θαύματι κειμένων, καὶ τοῦ βασιλέως Ιωράμου πυθομένου τοῦ προφήτου εἰ κελεύσειεν αὐτοὺς καταπαττηθῆναι, τοῦτο μὲν ἐκώλυσε ποιεῖν Ελισαῖος· τοὺς γὰρ νόμῳ πολέμου ἀποκτείνειν [l] ἔλεγε εἶναι δίκαιον, τούτους δὲ μηδὲν κακὸν εἰργασμένους τὴν ἐκείνου χώραν, θείᾳ δυνάμει πρὸς αὐτοὺς ἐλθεῖν. [m] συνεβάλου τε ξενίων αὐτοῖς μεταδόντα καὶ τραπέζης, ἀπολύει ἀβλαβεῖς. Ιώραμος μὲν οὖν τῷ προφήτῃ πεισθεὶς, ἑστιάσας λαμπρῶς καὶ πάνυ φιλοτίμως τοὺς Σύρους, ἀπέλυσε πρὸς Αδαδον τὸν αὐτῶν βασιλέα.

δ'. Τῶν δ' ἀφικομένων καὶ δηλωσάντων αὐτῷ τὰ συμβεβηκότα, θαυμάσας ὁ Αδαδος τὸ θαῦμα καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ τῶν Ισραηλιτῶν ἐπιφάνειαν καὶ δύναμιν, καὶ

fidias Joramo prodidiſſent, & animo permotus eſt, & eos juſſu ſuo accerſitos accuſabat, quod arcana ipſius patefeciſſent; mortemque intentabat, ut qui hoſti conata aperuiſſent quæ illis ſolummodo crediderat. At cum quidam illorum qui aderant ipſum monuiſſet, "ne falſa opinione teneretur, neque "ſuos ſuſpectos haberet, quaſi ipſius inimico de-"nunciaſſent miſſionem illorum, quibus mandatum "erat ut eum interficerent, ſed ſcire deberet vatem "eſſe Eliſſæum qui hoſtium regi omnia indicat, "conſiliaque illius *ſecreta* ei recludit," juſſit eos per nuncios explorare quanam in urbe moretur Eliſſæus. Illi vero, qui miſſi fuerant, nunciatum ad eum veniebant, illum eſſe in *urbe* Dothaïm. Adadus igitur in urbem mittit multas equitum turmas cum curribus, ut Eliſſæum caperent. atque illi in cuſtodia urbem undique obſeſſam habuerunt. Cum autem prima luce hoc intellexiſſet vatis miniſter, quodque id voluiſſent hoſtes ut Eliſſæum caperent, vociferans metuque perculſus ad eum accurrit, & hoc ipſum ei nunciavit. Ille vero famulum bono eſſe animo hortabatur, & *ipſe* ex Dei auxilio fiducia elatus nil metuebat: orabatque *Deum* ut miniſtro, quo is fortius & meliori ſpe animatus eſſet, potentiam ejus & præſentiam, quoad licet, patefaceret. Tum Deus, vatis precibus exauditis, fecit ut Eliſſæum multo equitatu circundatum & curribus aſpiceret, adeo ut ille metum poſuerit animoſque ſumpſerit ad conſpectum tanti, ut putabat, auxilii. Deinde Deum precabatur Eliſſæus, ut hoſtium oculos obſcuraret, caliginem illis incutiendo, præ qua fore ut illum dignoſcere non potuerint. Impetrato & hoc quoque, in medios hoſtes egreſſus, interrogavit *eos* quem quæſitum venerint. Cumque illi dicerent, ſe Eliſſæum vatem *quærere*; pollicebatur ſe hunc illis traditurum eſſe, ſi ad urbem in qua eſſet ipſum ſequerentur. Atque illi quidem, & oculis & mente à Deo occœcati, ſine cunctatione vatem ducem ſequuntur. Quos ubi Samariam perduxerat Eliſſæus, regi quidem Joramo præcepit, ut portas clauderet, Syroſque ſuis copiis circumdaret: Deum vero oravit, ut eorum oculos aperiret, illiſque caliginem auferret. Tum illi, cœcitate diſcuſſa, viderunt ſeſe in mediis hoſtibus verſari. Cum autem Syri, ut veriſimile erat, ex re adeo miranda & inopinata valde animis eſſent conſternati & conſilii inopes hærerent, vatemque rex percontaretur an juberet eos jaculis configi; id quidem ne fieret, obſtitit Eliſſæus: jure enim belli captos occidere fas eſſe, illos vero nihil damni ejus regioni intuliſſe, ſed Dei ductu ignaros omnium eò perveniſſe. ideoque conſilium dedit, ut hoſpitio *benigne* exceptos menſæque *lautæ* adhibitos, illæſos dimitteret. Et quidem Joramus, vatis monitis obſequens, Syros ſplendide & magnifice tractatos ad regem ſuum Adadum dimiſit.

Syriæ rex mittit qui Eliſſæum capiant. 4 *Regum*, c. 6.

Eliſſæus Syros in Samariam pertrahit: qui à rege honorifice tractati dimittuntur. 4 *Regum*, c. 6.

4. Cum autem iſti reverſi quæ illis acciderant ei nunciaſſent, Adadus rei prodigium demiratus, Deique Iſraëlitarum potentiam pariter ac præſentiam,

Adadus, bello Judæos rurſus adortus, Samariam obſidet. 4 *Regum*, c. 6.

s Γεγυμνένης.] Ita *MSS.* γεγυμένης in *Editis*.

t Ψευδοδοξεῖν αὐτὸν,] Ac falſa opinione tenerentur. *Ruſinus.* SPANH.

v Αὐτῶν ὡς πρὸς] Αὐτῶν deeſt *Big.* & *Gall.* 1. 2. qui mox legunt κατειρηκότας. Verum cum ὑπονοεῖν apud *Thucydidem* habeamus junctum genitivo perſonæ, vulgatam lectionem retinui. αὐτοῦ & dein κατειρηκότα habet *Samb.* κατειρηκότα quidem *Vat.* ſine αὐτῶν vel αὐτοῦ.

x Βεβουλευμένα,] Βουλεύσασθαι in quinque *MSS.*

y Πέμψασι μαθεῖν] Πέμψας *Big. Samb.* & *Vat.*

z Τυγχάνει Δοτρίεων] Ita cum *MSS.* in *Editis* Δοτριεῖ τυγχάνων.

a Δωθαΐμ] Ita etiam LXXII. Δωθαὰ *Vat.* Δωθαεὶμ & Δωθαεὶν *Gall.*

b Αδαδος] Hîc loci Αδιε in *libris* omnibus. *Ader qui & Adadus* in verſione *Epiphanii.*

c Ἵππων καὶ ἁρμάτων,] Ita & LXXII. ἱππεῖων *Vat.*

d Κύκλῳ τὴν πόλιν περιλαβόντες] Ἐν κύκλῳ *Big.* & *Samb.*

e Ταραχῆς] Ita *Big. Samb. Vat.* & *Gall.* 1. 2. τάχους in *Editis*.

f Δραμὼν πρὸς αὐτόν.] Εἰσδραμὼν *Vat.*

g Τῷ Θεῷ] Similis loquutio exſtat p. 464. §. 2. τὸν Θεὸν ὦ συμμάχῳ χρώμενος καταφρονῶν. *Big.* & *Samb.* τὸν Θεὸν ὦ συμμάχῳ χρώμενος ἀδεὴς ἦν *Gall.* 1. τὸν Θεὸν ὦ συμμάχῳ κεχρημένος καταφρονῶν *Gall.* 2. τὸν Θεὸν ὡς συμμάχῳ θαρρῶν ἀδεὴς ἦν *Vat.* in *Epiphanii* verſione. *Ille vero ſecurus de auxilio Dei contemnebat hoſtes, miniſtrumque metuentem crebro fiduciam habere præcepit, ſperans quoniam Deus virtutis ſuæ potentiæque præſentiam.*

h Παρεκάλει τε,] Deeſt τε in aliquod *MSS.*

i Εὐέλπιδι] Εὐέλπις Dinarch. adverſ. Demoſth. p. 51. ult. lin. SPANH.

k Ἀφεθέντες,] Ita *MSS.* (& Coccejus) ἀφέντες in *Editis*.

l Ἔλεγεν εἶναι δίκαιον,] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* in *Editis* Aliiſque deeſt εἶναι.

m Συνεβάλου τε ξ. κ. μεταδόντα *Vat.*

n Τῷ

tiam, insuper & vatem cui manifesto adeo numen aderat, clam quidem præ metu Elisæi nihil contra Israëlitarum regem moliri statuit; palam vero bellum ei inferre in animum induxit, copiarum numero & viribus se hostibus superiorem esse existimans. coactoque magno exercitu, contra Joramum proficiscitur. Qui secum reputans se non adeo viribus pollere, ut cum Syro acie dimicaret, sese in Samariam inclusit, valida urbis munitione fretus. Adadus vero ratus si non machinis *& operibus* se urbem capturum, fame tamen rerumque necessariarum inopia in potestatem suam redacturum esse Samarenses, copiis admotis urbem obsi-

Gravis Samariæ fames incessit. *4 Regum, c. 6.*

det. Tanta autem ciborum penuria premebatur Joramus, ut propter caritatem immodicam intra Samariam caput asini octoginta quidem nummis argenteis venierit, quinque vero nummis argenteis sextarium stercoris columbini emerint Hebræi pro sale. Quo factum est ut rex *magnopere* vereretur, ne quis fame adactus urbem hostibus proderet, & quotidie mœnia *ipse* obiret & excubias, dispiciens an quis intus ab iis occuleretur: &, quòd * conspiceretur & curam adhiberet, aliis obstitit, quo minus perfide aliquid cogitarent, aut cogitata perficerent, siquis hujusmodi quid perpetrare prius in-

Mater filium comedit. *4 Regum, c. 6.*

stituisset. Quod dum faceret, muliere quadam exclamante, miserere domine, ratus ipsam aliquid sibimet, quo vesceretur, petituram, ira commotus, eam Dei nomine diris devovit, ajebatque, sibi neque areas esse neque torcularia, unde & ipsi egenti aliquid largiri posset. Cumque illa horum quidem nihil se desiderare diceret, neque ob cibum molestam esse, sed ut litem, quam cum alia muliere habuit, dijudicare non gravaretur, ubi ille eam loqui jusserat ipsumque de iis quæ requirit certiorem facere, "sibi cum alia muliere vicina suique "amica convenisse, dicebat, ut, cum famis & ine-"diæ mala non amplius ferre potuerint, mactatis "liberis *suis* (nam utrique infans erat masculus) "alternis diebus altera alteram aleret. atque, ego "quidem, ait, prima meum jugulavi, hesternaque "die meo ambæ vescebamur. Illa vero non vult "idem *jam* facere; sed à pactis recedit, filiumque "suum abscondidit." Hæc res audita vehementi dolore affecit Joramum: cumque vestem consci-

Ira regis in Elisæum. *4 Regum, c. 6.*

disset & graviter exclamasset, postea in vatem Elisæum ira accensus est, magnopere volens eum occidere, quod non oraret Deum ut daret remedium & fugam malorum quibus tenebantur: atque statim misit qui caput ei præcideret. Et ille quidem ad vatis cædem properabat; Elisæum vero haud latuit regis ira: sed domi *suæ* sedens una cum discipulis, eis indicavit, quod Joramus homicidæ filius miserit qui ei caput auferret. Vos vero, inquit, cum venerit is cui hoc mandatum est, observate ut ingressurum foribus affligatis, atque retineatis: etenim sequetur eum ad me veniens rex, mutato consilio. Atque illi quidem, ubi venit qui à rege ad perimendum Elisæum missus erat, jussa

---

n Τῷ τ Ισραηλιτῶν] Illud τῷ ex *MSS.*

o Σπάνις τ ἐπιτηδ.ω.] *Gen.* σπάνη, vel σπάνις. Sophocl. Oedip. Col. v. 519. σπάνιν ἴσχης. SPANH.

p Ἀργυρῶν νομίσματος] Ἀργύρου hic & mox infra *Samb.* in aliquot *codicibus* LXXII. πεντήκοντα σίκλων ἀργυρίου.

q Ξέστου κόπρου περιστερῶν ἀντὶ ἀλῶν ἀνεῖσθαι] Sextarium fimi Columbarum pro sale comparabant Hebræi. *Rufin.* Hebr. quartum cabi stercoris columbarum. LXX. τέταρτον δὲ κάβου κόπρου τ περιστερῶν. In *MS. Alex.* τέσσαρες κάβοι κ. πιε. nulla ibi ἀντὶ ἀλῶν aut salis mentione. Sale vero pro stercore usi Babylonii in fructificandis Palmis, juxta Theoph. de P. H. lib. III. c. XXII. p. 256. SPANH.

r Αντὶ ἀλῶν ἀνεῖσθαι] Ita & *Theodoret.* in *4 Regum.* ΕΡΩΤ. κέ. Videsis *Jac. Capellum* de *Pond.* & *Mens.* p. 76. & *Bochartum* in *Hieroz.* P. 2. l. 1. c. 7.

s Τὴν πόλιν] Τὴν πόλιν. ὁ δὲ Ἰώραμος καθ' ἑκάστην in omnibus *MSS.* verum lectionem vulgatam agnoscit *Vet. Interpr.*

τ προφήτου ᾧ τὸ θεῖον ἔτως ἐναργῶς παρῆν, κρύφα μὲν οὐκέτι διέγνω ᵘ τῷ τῶν Ισραηλιτῶν ἐπιχειρῆν βασιλεῖ, τ Ελισσαῖον δεδοικώς· φανερῶς δὲ πολεμεῖν ἔκρινε, τῷ πλήθει τ στρατιᾶς καὶ τῇ δυνάμει νομίζων προέσεσθαι τῶν πολεμίων. καὶ στρατεύει μὲν μεγάλης δυνάμεως ἐπὶ τὸν Ἰόρδανον. ὡς δὲ οὐχ ἡγούμενος αὐτὸν ἀξιόμαχον εἶναι τοῖς Σύροις, ἐνέκλεισεν αὐτὸν εἰς τὴν Σαμάρειαν, θαρρῶν τῇ τῶν τειχῶν ὀχυρότητι. Αδαδος δὲ, λογισάμενος αἱρήσειν τὴν πόλιν, εἰ καὶ μὴ τοῖς μηχανήμασι, λιμῷ μέντοι καὶ ° πάσῃ τῶν ἐπιτηδείων παρασήσεσθαι τοὺς Σαμαρεῖς, προσβαλὼν ἐπολιόρκει τὴν πόλιν. ἔτω δὲ ἐπέλιπε τ Ιώρδανον ἡ τῶν ἀναγκαίων ἀπορία, ὡς μέχρι τοῦ ὑπερβολὴν τ ἐνδείας ἐν τῇ Σαμαρείᾳ πραθῆναι ὀγδοήκοντα μὲν P ἀργυρῶν νομίσματος κεφαλὴν ὄνου, πέντε δὲ ἀργυρῶν νομίσματος q ξέστου κόπρου περιστερῶν r ἀντὶ ἁλῶν ὠνεῖσθαι τοὺς Εβραίους. λέγουσι δὲ ἐν φόβῳ μὴ μέχρι τ λιμοῦ προέλθῃ τις τοῖς ἐχθροῖς s τὴν πόλιν ὁ Ιώραμος, καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐκπορεύεσθαι πρὸ τείχους τε τοὺς φύλακας, μή τις ἔνδον εἴη t παρ' αὐτῶν σκεπτόμενος· καὶ τῷ βλέπεσθαι ἐπὶ φροντίζειν ἀφαιρούμενος ἐπ' v τὸ βέλεσθαί τι ποιεῖν, καὶ τὸ ἔργον, εἰ πού τις τὴν γνώμην ἤδη λαμβάνειν ἔφασεν. ἀνακραγόσης δέ τινος γυναικὸς, δέεσθαι x ἐλέησον, νομίσας αἰτεῖν τι μέλλειν αὐτὴν τ περὶ τροφῆς, ὀργισθεὶς ἐπεράσατο αὐτῇ τ Θεὸν, καὶ μήτε y ἅλωσιν αὐτῷ μήτε λῆνον ὑπάρχειν ἔλεγεν, ὅθεν τι ἐπαρκέσειεν αὐτῇ δεομένῃ. τ δὲ ἀδένος μὲν χρῄζειν εἰπούσης τούτου, ἀσχολεῖν τροφῆς ἕνεκα, κελεύσαι δὲ ἀξιούσης περὶ ἄλλου γυναῖκα, κελεύσαι λέγειν ἐπιδάσκειν περὶ ὧν ἐπιζητεῖ, "σιωπήσας, ἔφη, "ποιήσαις μὴ τ ἑτέρας γυναικὸς z γειτνιώσης καὶ φίλης "αὐτῇ τυγχανούσης, ὅπως, ἐπεὶ τὰ ἔνδον λιμὸς καὶ τ ἐνδεια "λιμὸν ἀμύχανα, διαχρησαμένας τὰ τέκνα, λύσῃ δὲ ἄρρεν "ἑκατέρα παιδίον, ἀνὰ μίαν ἡμέραν θρέψωμεν ἀλλήλας. "κἀγὼ a μὲν, φησὶ, πρώτην τοὐμὸν κατέσφαξα, καὶ "τὴν παρελθοῦσαν ἡμέραν τοὐμὸν ἐτραφήμεν ἀμφότερα. "ἡ δὲ οὐ βούλεται ταὐτὰ ποιεῖν, ἀλλὰ διαβαίνῃ τὴν "συνθήκην, καὶ τ ἐν ἀφανῆ πεποίηκε." ταῦτ' ἐλύπησε σφοδρῶς Ιώραμον ἀκούσαντα, καὶ περιρρηξάμενος τὴν ἐσθῆτα, καὶ δεινὸν ἀκοίσας, ἔφθη ὀργῆς ἐπὶ τὸν προφήτην Ελισσαῖον πληρωθεὶς, ἀνελεῖν αὐτὸν ὥρμησεν, ὅπως μὴ δῶσι θεοῦ πόρον αὐτοῖς καὶ διαφυγὴν τ περιεχόντων κακῶν δοῦναι· τόν τε ἀποτεμοῦσθαι αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν, ᾧπερ b ἐξέπεμψε. καὶ ὁ μὲν ἐπὶ τὴν ἀναίρεσιν ἠπείγετο τ προφήτου, τ δὲ Ελισσαῖον οὐκ ἔλαθεν ἡ τ βασιλέως ὀργή· καθεζόμενος δὲ οἴκαδε παρ' ἑαυτῷ σὺν τοῖς μαθηταῖς ἐμήνυσεν αὐτοῖς, ὅτι Ιώραμος ὁ τ φονέως υἱὸς πέμψει τὴν ἀφαιρήσουσα αὐτοῦ τὴν κεφαλήν. ἀλλ' ὑμεῖς, φησὶν, ὅταν ὁ τῦρ προσελθὼν ἀφίκηται, c διαφυλάξαντες εἰσιέναι μέλλοντα d προσαποθλίψατε τῇ θύρᾳ καὶ κατάσχετε· ἀκηκοὼς γὰρ αὐτοῦ πρὸς ἐμὲ c διαγνόμενος ὁ βασιλεὺς, μεταβεβουλευμένος. καὶ οἱ μὲν τὸ κελευσθὲν, ὡς ἦκεν ὁ πεμφθεὶς ὑπὸ τ βασιλέως ἐπὶ τὴν ἀναί-

---

t Παρ' αὐτῶν] Ita cum *Vat.* & *Vet. Interpr.* παρ' αὐτῷ in *Editis Aliisque.*

* *Conspiceretur & curam adhiberet,*] *Al.* conspectus fuerit curam adhibere.

v Τὸ] Edit. *Gen.* τῷ.

x Ελέησον,] Δέησον κύριε ἐλέησον in plerisque *MSS.*

y Ἅλωσις] *Gen.* ἅλωας. lege ἅλωας vel ἅλωσις COCC.

z Γειτνιώσης,] *Al.* γειτνιώσης αὐτῇ καὶ φίλης τυγχανούσης.

a Μὲν, φησὶ.] Illud φησὶ ex *MSS.*

b Εξέπεμψε.] Ita cum *MSS.* & *Vet. Interpr.* ἐξέπεμπε in *reliquis.*

c Διαφυλάξαντες] Ita *Vat.* & *Vet. Interpr.* καθέχετε etiam habet *Gall.* 2. in *Editis Aliisque* διαφυλάξεσθε εἰσιέναι μέλλοντα προσαποθλίψαι τῇ θύρᾳ καὶ κατασχεῖν.

d Προσαποθλίψατε] 4 *Regum*, c. 6. v. 32. ἀποκλείσατε τὴν θύραν καὶ διαφθλίψατε αὐτὸν ἐν τῇ θύρᾳ, *in janua cum prematis*, ut vertit *Castalio.*

e Διαγινόμενος ὁ βατιλεύς,] Ita cum *MSS.* διαγνόμενος in *Editis.*

f Κα-

ἀναίρεσιν τῶ Ελισαίε, ἐποίησαν. Ιώραμος δ᾽ [f] καταγνοὺς τ᾽ ὀπὶ τὸν προφήτῃ ὀργῆς, καὶ δείσας [g] μὴ φθάσῃ κτείνας αὐτὸν ὁ τοῦτο προσαχθεὶς, ἔσπευσε κωλύσαι γενέσθαι τὸν φόνον, καὶ διασῶσαι τὸν προφήτην. ἀφικόμενος δ᾽ πρὸς αὐτὸν, ἤρατο ὅτι μὴ παρὰ τοῦ Θεοῦ λύσιν αὐτοῖς τ᾽ παρόντων κακῶν αἰτήσαι, ἀλλ᾽ οὕτως ὑπ᾽ αὐτῶν φθειρομένους [h] ὁρᾷ. Ελισσαῖος δ᾽ εἰς τὴν ὑπιοῦσαν ἐπηγγέλλετο, κατ᾽ ἐκείνην τὴν ὥραν, [i] καθ᾽ ἣν ὁ βασιλεὺς ἀφίκετο πρὸς αὐτὸν, ἔσεσθαι πολλὴν ὑπεροχὴν τροφῆς· καὶ πραθήσεσθαι μὲν [k] ἐν τῇ ἀγορᾷ σίκλου δύο κριθῆς [l] σάτα, [m] ὠνήσεσθαι δὲ σεμιδάλεως σάτον σίκλου. ταῦτα τόν τ᾽ Ιώραμον καὶ τὰς παρόντας εἰς χαρὰν ἔπεισε τρέψε. πιστεύσαι γὰρ τῷ προφήτῃ διὰ τὴν ὑπὲρ τοῖς προπεπραγμένοις ἀληθῆ σὺν ὤκνουν. ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπ᾽ ἐκείνης ἐνδεὲς τ᾽ ἡμέρας καὶ παλαίπωρον [n] ἡ προσδοκωμένη κοῦφον αὐτοῖς ἐποίει. [o] ὁ δὲ τ᾽ τρίτης μοίρας ἡγεμὼν, τῷ βασιλεῖ φίλος ὢν, καὶ [p] τότε φέρων αὐτὸν ἐπερρεισμένον, "ἄπιστα, εἶπε, λέγεις, "ὦ προφῆτα· καὶ ὥσπερ ἀδύνατον ἐκχέαι τ᾽ Θεὸν ἐξ οὐρανοῦ "[q] καταρράκτας κριθῆς ἢ σεμιδάλεως, ὅτως ἀμήχανον καὶ "τὰ ὑπὸ σοῦ νῦν εἰρημένα γενέσθαι." καὶ ὁ προφήτης πρὸς "αὐτὸν ταῦτα μὲν εἶπεν, "[r] ὄψῃ τῷρ λαμβάνοντα τὸ "τέλος, οὐ μεταλήψῃ δὲ οὐδενὸς τ᾽ [s] ὑπαρξάντων.

ε'. Ἐξέβη τοίνυν τοῦτον τὸν τρόπον τὰ ὑπὸ Ελισαίε προειρημένα. [t] νόμος ἦν ἐν τῇ Σαμαρείᾳ, τοὺς λέπραν ἔχοντας, καὶ μὴ καθαροὺς ὑπὸ τ᾽ τοιούτων τὰ σώματα, μένειν ἔξω τ᾽ πόλεως. ἄνδρες οὖν τ᾽ ἀριθμὸν τέσσαρες, διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν πρὸ τ᾽ πυλῶν μένοντες, μηκέτι μηδενὸς αὐτοῖς διὰ τὴν ὑπερβολὴν τ᾽ λιμοῦ τροφὴν σκέρνοντος, εἰσελθεῖν μὲν εἰς τὴν πόλιν κεκωλυμένοι διὰ τ᾽ νόμον, κἂν ὑπιτραπῇ δὲ αὐτοῖς διαφθαρήσεσθαι κακῶς ὑπὸ τ᾽ λιμοῦ λογισάμενοι, τοῦτο δὲ πείσεσθαι κἂν αὐτόθι μένωσιν ἀπορίᾳ τροφῆς, παραδοῦναι τοῖς πολεμίοις αὑτοὺς ἔκρινον, ὡς εἰ μὲν φείσαιντο αὐτῶν, ζησόμενοι, εἰ δὲ ἀναιρεθείεν, [v] θανατησόντες. ταύτην κυρώσαντες τὴν βουλὴν νυκτὸς ἦκον εἰς τὸ στρατόπεδον [x] τὸ τῶν πολεμίων. ἦρχεν δὲ ἤδη τοὺς Σύρους σκοπεῖν ὁ θεὸς, καὶ κτύπον ἁρμάτων καὶ ὅπλων, ὡς ἐπερχομένης στρατιᾶς, τ᾽ ἀκοαῖς αὐτῶν ἐνηχεῖν, καὶ ταύτην ἐγχωρίῳ προσφέρειν αὐτοῖς τὴν ὑπόνοιαν. ἀμέλει τοσοῦτον τὸν τρόπον ὑπ᾽ αὐτῆς διετέθησαν, [y] ὥστε τὰς σκηνὰς ἐκλιπόντες συνέδραμον πρὸς τὸν Αδαδον, λέγοντες, ὡς Ιώραμος ὁ τῶν Ισραηλιτῶν βασιλεὺς, μισθωσάμενος συμμάχους, τόν τε τῶν Αἰγυπτίων βασιλέα, [z] καὶ τὸν [a] τῶν νήσων, ἐπ᾽ αὐτοὺς ἄγει· προσιόντων γὰρ [b] αὐτῶν ἐπακοὴν τοῦ κτύπου. ταῦτα λέγουσιν ὁ Αδαδος, καὶ γὰρ αὐτὸς ἀκηκοὼς ὁμοίως τῷ πλήθει, προσέσχε. καὶ μετὰ πολλῆς ἀπειρίας καὶ θορύβου, καταλιπόντες ἐν τῇ παρεμβολῇ τοὺς ἵππους καὶ τὰ ὑποζύγια καὶ πλοῦτον ἄφθονον, [c] εἰς φυγὴν ἐχώρησαν. οἱ δὲ λεπροὶ [d] οἱ ἐκ τ᾽ Σαμαρείας ἀναχωρήσαντες εἰς τὸ τῶν Σύρων στρατόπεδον,

fecerunt. Joramus autem suæ contra vatem iracundiæ pœnitens, veritusque ne eum jam occidisset qui ad hoc missus erat, properavit cædem fieri prohibere, vatemque conservare. Atque ubi ad eum venit, conqueri de eo cœpit, qui eis præsentium malorum remedium à Deo non postularet, sed eos ita malis illis confici spectaret. Elisæus autem in crastinum diem promittebat, eadem hora qua tum rex ad eum venerat, futuram magnam alimenti copiam & abundantiam; foreque ut in foro bina quidem hordei sata sicli vendantur, similæ vero satum sicli ematur. Ista Joramum & qui cum eo erant ad gaudia converterunt. non enim tardi erant ad fidem vati habendam, quod vaticiniorum ejus veritatem jam ante experti fuissent. immo etiam illius diei inediam & miseriam eis levavit futuri exspectatio. Tertiæ autem *copiarum* partis præfectus, amicus regis, qui tum forte eum reclinatum ferebat, "incredibilia, inquit, loque"ris, ô vates: & sicuti istud haud fieri potest ut "Deus è cœlo effunderet hordei & similæ cata"ractas, ita fieri nequeunt quæ à te jam dicta "sunt." Cui vates dicebat, "tuis quidem oculis "ista videbis ad hunc plane modum evenire, cum "vero exhiterint eorum nullatenus particeps eris.

Elisæus summam vilitatem pollicetur in posterum diem. 4 Regum, c. 7.

Leprosorum consilium. 4 Regum, c. 7.

ς'. Quæ itaque ab Elisæo prædicta ad exitum perducta sunt, hoc modo. Lege cautum erat apud Samariam, ut qui lepra scateant, & corpora non habeant morbi istiusmodi pura, extra civitatem manerent. Quatuor itaque viri ob hanc causam ante portam manentes, nemine ad eos propter summam famis diritatem cibi aliquid afferente, lege quidem in urbem intrare prohibiti, ratique, si liceret, fore ut fame male perirent, hoc ipsum vero victus inopia passuros esse etiamsi loco suo manerent, statuerunt sese hostibus committere, ut si quidem illis pepercerint victuri, sin vero occiderint honeste morituri. Cum hanc sententiam ratam fecissent, * nocte se conferebant ad castra hostium. Jam autem Deus incipiebat Syros exterrere & perturbare, auresque illorum, quasi in eo esset exercitus ut adventaret, sono equorum & armorum complere, facereque ut magis illis hæc crescret suspicio. ita scilicet ex ea animo erant affecti, ut relictis castris ad Adadum concurrerint, dicentes, Joramum Israëlitarum regem, sibi in auxilium mercede conductis & Ægyptiorum rege & rege Insularum, ipsos adortum venire. sonitum enim illorum appropinquantium exaudiri. Hæc nunciantibus Adadus (nam & ejus similiter ac militum aures *istiusmodi strepitu* circumsonabant) fidem habuit. atque confusi admodum & perturbati, in castris relictis equis & jumentis vique divitiarum ingenti, in fugam se conjecerunt. Leprosi autem isti, quorum paulo ante meminimus, cum ex Samaria ad Syrorum exercitum recessissent,

Syri panico terrore fugati. 4 Regum, c. 7.

[f] Καταγνὺς] Forsan μισήσας.

[g] Μὴ φθάσῃ κτείνας] Μὴ φθάσας κτείνῃ *Vat.*

[h] Ὁρᾷ.] Περιορᾷ *Vat.* ὑπεροράᾳ *Big. Samb. Gall.* 1. 2. & *Vet. Interpr.*

[i] Καθ᾽ ἣν ὁ βασιλεὺς] Sic cum *Big. Samb.* & *Vat.* in *reliquis* præpositio deest.

[k] Ἐν τῇ ἀγορᾷ] Ἐν ταῖς πύλαις Σαμαρείας LXXII.

[l] Σάτα, ὠνήσεσθαι δὲ σεμιδάλεως σάτον σίκλου.] סאתים Hebr. LXX. μέτρον σεμιδάλεως 2 Reg. VII. 1. SPANH.

[m] Ὠνήσεσθαι δὲ σεμιδάλεως σάτον σίκλου.] Ita *Samb.* ὠνήσασθαι *Gall.* 2. ὠνεῖσθαι in *Editis Aliisque.*

[n] Ἡ προσδοκωμένη] Sc. ἡμέρα. *Epiphanius* ita vertit, ac si legisset aut saltem subintellexisset ὑπόθεσιν.

[o] Ὁ δὲ τ᾽ τρίτης μοίρας ἡγεμὼν] Ὁ δὲ τρισάτης LXXII. *Triumvir* ex versione *Castalionis.* HUDS. Hebr. השלישׁ LXX. ex IV *Reg.* IX. 25. ὁ τεταγμένος, item *Exod.* XIV. 7. infra c. 6. §. 3. τῷ τ᾽ τρίτης μοίρας ἡγεμόνι· SPANH.

[p] Τότε φέρων] Ἐφ᾽ ὃν ὁ βασιλεὺς ἐπανεπαύετο LXXII.

[q] Καταρράκτας κριθῆς] Alio sensu vocem καταρράκτης accipiunt LXXII. 3 *Regum*, c. 7. v. 2. cum dicunt, ἰδοὺ ποιήσῃ κύριος καταρράκτας ἐν οὐρανῷ.

[r] Ὄψῃ τοῦτο λαμβάνοντα] Ita in *Editis Aliisque.* ὄψῃ *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2.

[s] Ὑπαρξάντων.] Ita *Samb.* ὑπαρξάντων in *reliquis.*

[t] Νόμος ἦν ἐν τῇ Σαμαρείᾳ, τοὺς λέπραν ἔχοντας, καὶ μὴ καθαροὺς ὑπὸ τ᾽ τοιούτων τὰ σώματα, μένειν ἔξω τ᾽ πόλεως.] Lex Samariæ, ut leprosi extra urbem haberent domicilium. vid. infr. de Ozia Rege Judææ, ubi leprosus evasit, ἐξιέναι τ᾽ πόλεως ὡς ἰσαγῇ cap. 10. §. 4. SPANH.

[v] Εὐθανατήσοντες.] *Al.* ἀθανατίσαντες.

* *Nocte se conferebant ad castra hostium.*] *Sub crepusculum* juxta *Verit. Hebr.* ἐν τῷ σκότει LXXII.

[x] Τὸ τ᾽ πολεμίων.] Τὸ deest aliquibus *MSS.*

[y] Ὥστε τὰς σκηνὰς] Ὥστε συνελθεῖν πρὸς τ᾽ Αδαδ λέγοντας *Hen.* & *Busb.*

[z] Καὶ τ᾽ τ᾽ νήσων,] Hebr. וּתחתים *Chitteorum* supr. lib. 1. c. 6. §. 2. τ᾽ ὧν ἐπὶ, διὰ, *Chittæorum* &c. SPANH.

[a] Τῶν νήσων,] Rectius τ᾽ Χετταίων in LXXII. 4 *Regum*, c. 7. v. 6. Videsis *N. L. Loidii Dictionarium*, voce *Cethim.* HUDS. חתים *Chittæorum* est in Sacris. REL.

[b] Αὐτῶν ἐπακοὴν] Sic *MSS.* αὐτοῖς in *Editis.* καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς *Big.* & *Samb.*

[c] Εἰς φυγὴν ἐχώρησαν.] Ἐφύγον *Hen.* & *Busb.* pro εἰς φυγὴν ἐχώρησαν.

[d] Οἱ ἐκ τ᾽ Σαμαρείας] Illud οἱ deest *Vat.*

sent, & ad castra perveniſſent, multum ſilentii & taciturnitatis illic animadvertebant. atque in ea ingreſſi, profectique in unum è tabernaculis, eum in propatulo neminem viderent, cibo potuque refecti veſtes ſuſtulerunt, multumque auri elatum extra castra abdiderunt. deinde in aliud tabernaculum ingreſſi, itidem quæ in eo *reperta* illinc etiam extulerunt. atque hoc ipſum tertio iterumque fecerunt, ne uno quidem oculis occurrente. Unde conjectura facta hoſtes abſceſſiſſe, ſeipſos incuſare cœperunt, quod hæc Joramo & civibus non nunciatum irent. Ita quidem illi, cum ad Samariæ mœnia acceſſiſſent & ad cuſtodes clamaſſent, ipſis indicabant quid de hoſtibus factum ſit. Illi autem excubitoribus regiis iſta nunciarunt. A quibus cum ea accepiſſet Joramus, amicos duceſque accerſit. ad quos, ubi venerant dicebat; "ſibi inſidiarum "dolique ſuſpicionem dare Syrorum regis diſceſ- "ſum, deſperantis fore ut vos fame intereatis, ut "ſi ad caſtra illorum quaſi fugâ deſerta diripienda "prodieritis, impetu repente facto vos quidem i- "pſos perimat, urbem vero ſine pugna capiat. "Quare vos moneo ut urbem cuſtodiatis, & nuſ- "quam ex ea excatis, animis elati ex hoſtium re- "ceſſu." Cum autem quidam dixiſſet, optime quidem eum & prudentiſſime *de illis* ſuſpicari; ſuaſiſſetque mittendos eſſe duos ex equitibus, qui regionem omnem uſque ad Jordanem explorarent, ut ſi ab hoſtibus inſidiantibus capti perirent, inde caveat exercitus, ne temere egreſſus ſimile quid patiatur; *quin & iſtos, inquit, equites, ſi forte capti ab hoſtibus intercant, annumerabis iis quos fames abſumpſit: ab hac ſententia non averſus, miſit qui omnia diſpicerent. Illi autem per viam hoſtibus quidem vacuam iter confecerunt, plenam vero cibariorum & armorum inveniebant, quæ abjecta reliquerant, ut leves eſſent & *expediti* ad fugam. His auditis, rex multitudinem ad ea quæ in caſtris erant diripienda emiſit. Non autem hoc vulgari aut exiguo illis emolumento erat; ſed aurum multum pariter & argentum, ut & jumentorum omne genus greges capiebant: ac præterea frumenti atque hordei vim infinitam nacti, quantam nec in ſomniis ſperare poterant, non ſolum malis prioribus liberati erant, ſed & tanta affluebant copia, ut duo quidem hordei ſata empta fuerint ſiclo, ſimilæ vero ſatum *itidem* ſiclo, juxta Eliſſæi vaticinium. Satum autem continet modium unum Italicum & dimidium *ejus*. Illi autem ſoli bona iſta non proderant, qui tertiæ *copiarum* partis præfectus erat. conſtitutus enim ad portam à rege, ut cohiberet proruentis multitudinis impetum, ne dum alter alterum truderent conculcati pereundi diſcrimen adirent, id ipſum ille paſſus eſt, oppreſſuſque *à turba* animam efflat; morte illius ab Eliſſæo prædicta, quod iis, quæ de futura rerum neceſſariarum copia loquutus erat, ille ſolus fidem non habuerit.

Leproſi Syrorum caſtra deſerta eſſe ſignificant. 4 Regum, c. 7.

Regis aliorumque conſilium de Syrorum fuga. 4 Regum, c. 7.

Syrorum caſtra diripiuntur. 4 Regum, c. 7.

Triumvir in turba oppreſſus. 4 Regum, c. 7.

6. Adadus autem Syrorum rex *ubi* incolumis Damaſcum venit, intellexitque Deum ipſique &

Adadus Syrorum rex in languorem incidit. 4 Regum, c. 8.

ὧν μικρὸν ἔμπροσθεν ἐπεμνήσθημεν, [c] καὶ γνόμενοι πρὸς τῇ παρεμβολῇ, πολλὴν ἡσυχίαν καὶ [f] ἀφωνίαν ἔβλεπον οὖσαν. [g] καὶ παρελθόντες εἴσω, καὶ ὁρμήσαντες εἰς μίαν σκηνὴν, [h] ὡς οὐδένα ἑώρων ἐν μέσῳ, φαγόντες καὶ πιόντες ἐβάστασαν [i] ἐσθῆτα, καὶ πολὺ χρυσὸν κομίσαντες ἔξω τῆς παρεμβολῆς ἔκρυψαν· ἔπειτ' εἰς ἑτέραν σκηνὴν παρελθόντες, ὁμοίως τὰ ἐν αὐτῇ πάλιν ἐξεκόμισαν. καὶ τῷ ἐπίσαν τετράκις, μηδενὸς αὐτοῖς ὅλως ἐντυγχάνοντος. ὅθεν εἰκάσαντες ἀνακεχωρηκέναι τοὺς πολεμίους, κατέγνωσαν ἑαυτῶν μὴ ταῦτα [k] δηλοῦντων τῷ Ἰωράμῳ τῶν πολιτῶν. καὶ οἱ μὲν ἐλθόντες πρὸς τὸ τῆς Σαμαρείας τεῖχος, καὶ ἀναβοήσαντες πρὸς τοὺς φύλακας, ἐμήνυον αὐτοῖς τὰ περὶ τοὺς πολεμίους. ἐκεῖνοι δὴ ταῦτα ἀπήγγελλον τοῖς τοῦ βασιλέως φύλαξι. παρ' ὧν μαθὼν Ἰώραμος, μεταπέμπεται τοὺς φίλους καὶ τοὺς ἡγεμόνας. πρὸς οὓς ἐλθόντας "ἐνέδραν καὶ τέχνην ὑπονοεῖν ἔλεγε τὴν ἀνα- "χώρησιν τῶν Σύρων βασιλέως, [l] ἀπογνόντος ὑμᾶς "τῷ λιμῷ διαφθαρήσεσθαι, ἵν' ὡς πεφευγότων δὴ "διαρπαγὴν ἐξελθόντων τῆς παρεμβολῆς αἰφνιδίως "ὑπιπέσῃ, καὶ κτείνῃ μὲν αὐτούς, ἁμαχητὶ δ' ἕλῃ τὴν "πόλιν. ὅθεν ὑμῖν παραινῶ, διὰ φυλακῆς ἔχειν αὐτὴν, "[m] καὶ μηδαμῶς πρόνοιαν καταφρονήσαντας τῷ τοὺς πο- "λεμίους ἀνακεχωρηκέναι." Φήσαντος δέ που, ὡς ἄριστα μὲν καὶ σωφρονέστατα ὑπονοήσας, πέμψαι γε μὴν συμβεβούλευκεν δύο τῶν ἱππέων τοὺς τὴν ἄχρι Ἰορδάνου πᾶσαν ἐξερευνήσοντας, ἵν' εἰ ληφθέντες [n] ὑπὸ λοχώντων τῶν πολεμίων διαφθαρεῖεν, φυλακὴ τῇ σπανίᾳ γένωνται, καὶ μηδὲν ὅμοιον παθεῖν αὐτοῖς ἀνυπόπτως προσελθοῦσαν, [o] προσαρτιθμήσας δέ φησι τοῖς ὑπὸ τὸ λιμὸν πεθνηκόσι τοὺς ἱππέας, κἂν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ληφθέντες ἀπόλωνται· ἀρεσθεὶς δὲ τῇ [p] γνώμῃ τοὺς [q] κατοψομένους [r] ἐπεμψεν. οἱ δὲ, κενὴν μὲν τὴν ὁδὸν πολεμίων ἦυσαν, μεστὴν δὲ σιτίων καὶ ὅπλων εὗρον· ἃ διὰ τὸ κέρδος πρὸς τὸ φεύγειν εἶναι [s] ῥίπτοντες κατέλιπον. ταῦτ' ἀκούσας ὁ βασιλεὺς, ὑπὸ διαρπαγὴν [t] τῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ τὸ πλῆθος ἐξαφῆκεν. ὀπτελὲς δὴ ἀδὲν ἀδὲ ὀλίγον [v] ὠφελοῦντο, ἀλλὰ πολὺν μὲν χρυσὸν, πολὺν δὲ ἄργυρον, ἀγέλας δὲ παντοδαπῶν κτηνῶν [x] ἐλάμβανον. ἔτι γε μὴν σίτου [y] μυριάσι καὶ μυριάσι, αἷς ἀδὲ ὄναρ ἤλπισαν, ὑπιτυχόντες, τὸ μὲν πρότερον κακῶν ἀπηλλάγησαν, ἀφθονίαν δὲ εἶχον, ὡς ὠνεῖσθαι δύο μὲν σάτα κριθῆς σίκλου, σεμιδάλεως δὲ σάτον σίκλου, κατὰ τὴν Ἐλισσαίου προφητείαν. ἰσχύει δὲ τὸ σάτον μόδιον καὶ ἥμισυ Ἰταλικόν. μόνος δὲ τούτων οὐκ ὠνατο τῶν ἀγαθῶν ὁ τῆς τρίτης μοίρας ἡγεμών. καταστὰς γὰρ ὑπὸ τῶν βασιλέως ἐπὶ τῆς πύλης, ἵνα τὸ πλῆθος ἐπέχῃ τῆς πολλῆς ὁρμῆς, καὶ μὴ κινδυνεύσωσι ὑπ' ἀλλήλων ὠθούμενοι συμπατηθέντες [z] ἀπολέσθαι, τοῦτ' αὐτὸς ἔπαθε, καὶ τοῦτον ἀποθνήσκει τὸν τρόπον, τῷ τελευτῶντι αὐτῷ προφητεύσαντος Ἐλισσαίου, ὅτε τοῖς ὑπ' αὐτὸν ὤφελε τῆς ἐσομένης εὐπορίας τῶν ἐπιπροσθίων λεγομένοις μόνος ἐξ ἁπάντων οὐκ ἐπίστευσεν.

ς'. Ο δὲ τῶν Σύρων βασιλεὺς Ἀδαδος διασωθεὶς εἰς Δαμασκὸν, καὶ μαθὼν ὅτι τὸ θεῖον αὐτὸν τε καὶ τὴν στρα-

e Καὶ γνόμενοι] Ως γνομένοι *Big.* & *Samb.*

f Ἀφωνίαν ἔβλεπον] Ita *MSS.* & *Vet. Interpr.* ἀφθονίαν in *Editis.*

g Καὶ παρελθόντες εἴσω] Ita *MSS.* καὶ παρελθόντες ἔσω in *Editis.*

h Ὡς οὐδένα ἑώρων ἐν μέσῳ,] Ὡς deeſt *Big. Samb. Vat.* & *Gall.* 1. 2. & mox φαγόντες ἢ καὶ π. legunt *Big.* & *Samb.*

i Ἐσθῆτα,] Ἐσθῆτα καὶ πολὺ χρυσὸν, καὶ κομίσαντες ἔξω τῆς παρεμβολῆς ἔκρυψαν *Vat.* atque ita forſan *Epiphan.*

k Δηλούντων] Δηλοῦντες ſolus *Vat.*

l Ἀπογνόντος] Ἀπογνόντας ἡμᾶς *Big.* & *Samb.* ἀπογνόντας ὑμᾶς *Gall.* 1. & 2.

m Καὶ μηδαμῶς προϊέναι] Ita *Big. Vat. Gall.* 1. *Hen.* & *Busb.* μηδαμῶς προσιέναι καταφρονήσαντας *Samb.* διὰ φυλακῆς ἔχειν αὐτὴν φρονήσαντας τῷ *Baſ.* & *G.* διὰ φ. ἔ. αὐτὴν, μὴ καταφρονήσαντας τῷ *Gall.* 2. in *Epiphanii* verſione, *unde vos, inquit, moneo ut cuſtodiatis civitatem, & nuſquam abire tentetis, hoſtes fugiſſe credentes.*

n Ὑπὸ λοχώντων] Eo modo *Samb.* ὑπολοχώντων in *reliquis.*

* *Quin & iſtos, inquit, equites,*] Nec duorum equitum fore gravem jacturam, quos fortaſſis alioquin fames abſumeret, *Gelen.*

o Προσαριθμήσας] Sic *Big. Samb.* (*Cocc.*) & *Gall.* 1. 2. προσαριθμήσῃ in *Editis Aliiſque.*

p Γνώμῃ τοὺς] Τότε poſt γνώμῃ delevimus auctoritate *MSS.* & *Epiphanii.*

q Κατοψομένους] Κατασκεψομένους ſolus *Vat.*

r Ἐπεμψεν.] Ἐξέπεμψεν *Samb. Vat.* & *Gall.* 1. 2.

s Ῥίπτοντες κατέλιπον.] Ριπτοῦντες *Samb.* & *Gall.* 1.

t Τῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ] Illud τῶν è *Cod. Vat.*

v Ὠφελοῦντο,] *Cotelerius* (in *Eccl. Gr. Mon.* tom. 2. p. 578.) emendavit hunc locum, legendo ἀφελοῦντο pro ὠφελοῦντο. infeliciter ſane, niſi voluerit ἀφέλοντο.

x Ἐλάμβανον.] Inſertum dedi è *MSS.*

y Μυριάσι] Ita cum *MSS.* (& *Cocc.*) μυριάδας in *Editis.*

z Ἀπολέσθαι,] Sic *MSS.* ἀπολεῖσθαι, ταῦτ' αὐτὸς in *Editis.*

a Ενι-

σραλιὰν αὐτοῦ πᾶσιν εἰς τὸ δέος καὶ τὴν παραχὴν ἐκείνην [a] ἐνέβαλεν, ἀλλ' οὐκ ἐξ ἐφόδου πολεμίων ἐγένετο, σφόδρα τῷ δυσμενῆ τὸν Θεὸν ἔχειν ἀθυμήσας εἰς νόσον κατέπεσεν. ἐνδημοῦντος δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν [b] χρόνον εἰς Δαμασκὸν Ελισσαῖος ὁ προφήτης, γένος ὁ Αδαδου τὸ πιστότατον τῶν οἰκετῶν Αζάηλον ἔπεμψεν ὑπαντησόμενον αὐτῷ, καὶ δῶρα κομίζοντα, κελεύσας ἐρέσθαι περὶ τῆς νόσου, καὶ εἰ [c] διαφεύξεται τὸν ἐξ αὐτῆς κίνδυνον. Αζάηλος [d] δὴ μετὰ καμήλων παραγενόμενος τὸν ἀριθμὸν, αἳ τὰ κάλλιστα καὶ τὰ πολυτελῆ τῶν ἐν Δαμασκῷ γινομένων καὶ ὄντων ἐν τῷ βασιλείῳ ἔφερον δῶρα, συμβαλὼν τῷ Ελισσαίῳ, καὶ προσαγορεύσας αὐτὸν φιλοφρόνως, ἔλεγεν ὑπὸ Αδάδου τοῦ βασιλέως [f] πεμφθεὶς πρὸς αὐτὸν, δῶρά τε κομίσαι, καὶ [g] πυθέσθαι περὶ τῆς νόσου, εἰ [h] ῥᾴων ἀπ' αὐτῆς ἔσοιτο. ὁ δὲ προφήτης, τὸν μὲν Αζάηλον [i] ἐκέλευσε μηδὲν ἀπαγγέλλειν τῷ βασιλεῖ κακόν· ἔλεγε δ' ὅτι τεθνήξεται. καὶ ὁ μὲν οἰκέτης τοῦ βασιλέως ἐλυπεῖτο ταῦτα ἀκούσας· ὁ δὲ Ελισσαῖος ἔκλαιε, καὶ πολλοῖς ἐρρεῖτο δακρύοις, προορώμενος ἃ πάσχειν ὁ λαὸς ἔμελλε κακά, μετὰ τὸν Αδάδου πλοῦτον. ἀνακείναντος δ' αὐτὸν Αζάηλος τὴν αἰτίαν τῆς συγχύσεως, κλαίω, φησὶ, τὸ πλῆθος τῶν Ισραηλιτῶν ἐλεῶν, ὧν ὅσα [k] πείσονται δεινῶν. ἀποκτενεῖς γὰρ αὐτῶν τοὺς ἀρίστους, καὶ τὰς ὀχυρωτάτας πόλεις ἐμπρήσεις, καὶ παιδία μὲν ἀποκτενεῖς πρὸς ὀρηγοὺς πέτρους, τὰς δ' ἐγκύους ἀναῤῥήξεις γυναῖκας. τοῦ δ' Αζάηλος λέγοντος, τίνα γὰρ ἰσχὺν [l] ἐν ἐμοὶ τηλικαύτην εἶναι συμβέβηκεν ὥστε ταῦτα ποιῆσαι; τὸν Θεὸν, ἔφησεν, αὐτῷ δεδηλωκέναι τὰ περὶ σὲ μέλλοντα βασιλεύειν. Αζάηλος μὲν οὖν ἀπαγγελόμενος πρὸς τὸν Αδαδον, τῷ μὲν τὰ βέλτιστα περὶ τῆς νόσου [m] κατήγγειλε· τῇ δ' ὑστεραίᾳ [n] δίκτυον ὑπέβαλεν αὐτῷ ἀράβοχον, τὸν μὲν [o] στραγγάλῃ διέφθειρε, τὴν δ' ἀρχὴν αὐτὸς παρέλαβε, δραστήριός τε ὢν ἀνὴρ, καὶ πολλὴν ἔχων πρὸς τὸν Σύρων εὔνοιαν, καὶ τὸν δῆμον τὸν Δαμασκηνῶν. ὑφ' ὃν μέχρι νῦν αὐτός τε ὁ [p] Αδαδος καὶ Αζάηλος, ὁ μετ' αὐτὸν ἄρξας, ὡς θεοὶ τιμῶνται διὰ τὰς εὐεργεσίας καὶ τὰς τῶν ναῶν οἰκοδομίας, οἷς ἐκόσμησαν τὴν τῶν Δαμασκηνῶν πόλιν. [q] πομπεύουσι δ' [r] ἅπαξ καθ' ἑκάστην ἡμέραν [s] ὑπὲρ τῆς τιμῆς τῶν βασιλέων, καὶ σεμνύνονται τὴν τούτων ἀρχαιότητα· οὐκ εἰδότες ὅτι νεώτεροί εἰσι, καὶ οὐκ ἔχουσιν ἔτη οἱ βασιλεῖς ἑκατὸν καὶ χίλια ἑκάστου. ὁ δὲ τῶν Ισραηλιτῶν βασιλεὺς Ιώραμος, ἀκούσας τὴν Αδάδου τελευτὴν, ἀνέπνευσεν ἐκ τῶν φόβων, καὶ τοῦ δέους ὃ δι' αὐτὸν εἶχεν, ἀσμένως εἰρήνης λαβόμενος.

exercitui ejus universo terrorem & perturbationem istam incussisse, quodque ab hostium invasione nequaquam metu fuerint perculsi, mœrore vehementer affectus, quod Deum sibi infensum haberet, in languorem incidit. Cumque per idem tempus Elissæus vates è patria sua Damascum iviſſet, *hoc* cognito, Adadus domesticorum suorum fidelissimum Azaëlum ei occursurum misit, munera etiam secum ferentem, cui in mandatis dedit, ut de morbo *illum* percontaretur, & num ex periculo ab eo intentato esset evasurus. Azaëlus itaque cum camelis numero quadraginta, quæ de optimis & pretiosissimis Damasci bonis quæque regia suppeditaret munera portabant, obviam factus Elissæo, cum benigne eum salutasset, dicebat, se ab Adado rege ad eum missum, ut & dona afferret, & de morbo sciscitaretur, an ex eo esset revaliturus. At vates Azaëlo quidem jussit, ut mali nihil regi renunciaret: dicebat autem eum *brevi* moriturum esse. Et quidem famulus regius, his auditis, dolebat: Elissæus vero flebat, & multis manabat lachrymis, prospiciens mala quæ passurus esset populus post mortem Adadi. Cum Azaëlus autem eum interrogasset, cur adeo *animo* perturbatus esset; fleo, inquit, quod me populi Israëlitici malorum misereat, quibus à te afficientur. nam optimos ex eis interficies, & urbes *eorum* munitissimas incendes, & infantes quidem lapidibus allisos perimes, mulieres vero gravidas dissecabis. Azaëlo autem dicente, unde me tantas habere vires contigit ut ista facerem? Deum, ajebat, id sibi ostendisse, illum regem fore Syriæ. Azaëlus itaque, cum ad Adadum veniſſet, illi quidem meliora *omnia* de morbo nunciavit: postridie vero reti madido in eum injecto fauces strangulando occidebat, regnumque in ejus loco ipse occupabat; vir impiger, & qui Syrorum, populique Damasceni gratiam sibi conciliaverat. à quo & ipse Adadus & Azaëlus qui post eum regnavit pro Diis adhuc coluntur, propter beneficentiam eorum, & exstructiones templorum, quibus Damascenorum urbem ornarunt. Quin & pompam illi quotidie ducunt in *horum* regum honorem, & de illorum antiquitate gloriantur; ignari eos esse recentiores, regesque istos non attingere ad centum & mille annos. Cæterum Joramus Israëlitarum rex, audita morte Adadi, à *continuis* pavoribus respiravit, & à metu quem propter ipsum habebat, lætè admodum pacem amplexus.

Azaëlus Elissæum de Adadi morbo consulit. 4 *Regum*, c. 8.

5. Atque ubi eum non procul abesse ab urbe intellexit, prodit una cum sacerdotibus & civili turba, venerabili & diverso ab aliis gentibus occursu, in quendam locum qui Sapha dicitur. hoc autem nomen, si Græce interpretemur, speculam significat: inde enim & Hierosolyma, atque templum conspiciebatur. Cumque Phœnices & Chaldæi qui *Regem* sequebantur fore putarent (quæ verisimile erat Regem præ iracundia illis permissurum esse) ut urbem diriperent & pontificem excarnificarent, accidit ut res contra se haberent. Alexander enim, procul adhuc conspicatus multitudinem in albis vestibus, & sacerdotes præcedentes in byssinis tunicis, & pontificem in hyacinthina veste & auro distincta, atque tiaram in capite gerentem, & auream in ea laminam, in qua Dei nomen inscriptum erat: solus accessit, & nomen veneratus est, priorque pontificem salutavit. Judæis autem omnibus una voce Alexandrum salutantibus & in orbem cingentibus, reges quidem Syriæ reliquique obstupuerunt, & Regem mentis impotem esse sunt suspicati: Parmenione vero solo eum aggresso & percontato, quî factum sit ut omnibus eum adorantibus, ipse Judæorum pontificem adorarit; "non hunc, inquit, adoravi, sed "Deum, cujus ille summo sacerdotio decoratus est. "Hunc enim secundum quietem vidi in hoc ha-"bitu, cum essem in Dio in Macedonia; ac cogi-"tantem me apud meipsum, quonam pacto potiri "possem Asia, hortatus est ne cunctarer, sed con-"fidenter trajicerem: sese enim exercitui meo præ-"iturum, mihique Persarum imperium traditu-"rum. Itaque cum alium nullum in tali veste vi-"derim, & nunc conspicatus hunc, & illius in "quicte visi & cohortationis recordatus sim, puto "me, divino missu facta expeditione, Dario supe-"riorem fore, & Persarum potestatem aboliturum, "atque omnia quæ mihi sunt in animo successura." Hæc loquutus ad Parmenionem, dataque pontifici dextra, sacerdotibus eum cursu comitantibus, in urbem venit; & in templum ascendit, ac Deo ad sacerdotis præscriptum sacrificavit, ipsumque pontificem & sacerdotes magnifice honoravit. Ostensoque ei Danielis libro, in quo fore significabat, ut Græcorum quidam Persarum imperium aboleret, ille se eum esse qui significaretur existimans, tunc quidem lætatus multitudinem dimisit: postri-

Alexandri adventus in urbem Hierosolymorum.

Alexandri somnium.

Alexander Hierosolymorum templum adit, & sacra facit.

m Προέισι μὲν τοῦ ἱερέων] Προέσεισι minus recte in *MSS.*

n Πολιτικοῦ πλήθους,] In Megillath Taanith dicuntur præcipui cives Hierosolymitani & בולטין *βελώται* cum eo profecti via Gaza Hierosolymas per Σκοπὸν. REL.

o Σαφὰ λεγόμενον.] Σαφὰν *Hen.* Σαφὶν *Busb.* Σαφὲὶ *Vat.* Hebraice צפה. HUDS. In Megillath Taanith dicitur usque Antipatrida urbem obviam iisse Alexandro Simeonem. Forsitan quia Antipatris olim dicta fuit Caphar vel vicus *Saba*, crediderunt Σαφὰ esse eundem locum ac *Caphar Saba*. REL. Conf. supr. lib. 8. c. 12. §. 1. SPANH.

p Σκοπὸν σημαίνει.] Σκοτὸν *Busb.* & *Vat.* & rectè. HUDS. in *Add.* Locum itaque hunc *Speculatorem* appellarunt, urbi (ut videtur) superimminentem, qualis Epipolæ erant Syracusis. HAV.

q Χαλδαίων,] Χαθαίων (post *Schotaeum* in Tom. 2. *Bibl. Hist.* S. p. 1214.) reponendum censet *L Loydius*, *Episcopus Wigorniensis*, in *Epistola* ad *Sherlockium* de Facto Jadduæ, p. 16.

r Λευκαῖς ἐσθῆσι,] Id etiam in Megillath Taanith legitur, primores populi qui cum Pontifice erant בלבנים albis vestibus fuisse indutos. In Gemara Joma, ubi eadem historia narratur, de eo nihil. REL.

s Υακινθίνῃ καὶ διαχρύσῳ στολῇ,] Υακινθίνῳ in *MSS.* ὑποδεδυμένον τὸν ὑακινθινον στολὴν καὶ διάχρυσον *Zonar.* Per ὑακινθίνη intelligit *pallium*, per διάχρυσον *Ephodum* cum *Pectorali*. ita *Braunius* de *Vest. Sacerd. Hebr.* l. 2. c. 25. p. 853.

t Ἐγέγραπτο ὄνομα,] Ἐπεγέγραπτο *Busb.* & *Zonar.* *Coccejus* vero ἐγέγραπτο.

u Προσεκύνησε] Simeonem ipsum adoratum esse dicitur Alexander in Megillath Taanith, & ita mox etiam Parmenio rogat cur adoraret Pontificem, quod in Megillath ita extat מלך גדול כמותך ישתחוה ליהודי *Rex magnus, qualis tu es, adorat Judæum?* REL.

x Τῇ ἀρχιερωσύνῃ] Ita in *MSS.* τῷ ἀρχιερωσύνῃ in *Editis.*

y Σχήματι,] Φησὶ post σχήματι inserunt *Hen.* & *Busb.*

z Ἐν Δίῳ] Τῆς Μακεδονίας ὄντα aut ἰσχύοντα τῆς Μακεδονίας in *MSS.* ἰσχύοντα ὡς ἔστι Μακεδονίας *Zonar.*

a Δίῳ τῆς Μακεδονίας τυγχάνων·] Alia urbs Syriæ *Gen.* Δίαι, de qua inf. lib. 13. c. 15. §. 3. Δίου πόλιν. & alibi. lib. 1. c. 6. §. 4. SPANH.

b Στρατιᾶς καὶ] Ita cum *MSS.* στρατίας in *Editis.* ac præterea μοι pro μοι in uno *MSS.*

c Τὸν Περσῶν] Ita in *MSS.* & *Zonar.* ut & mox infra, hac ead. §. τὸν in *Editis.*

d Τοιαύτῃ στολῇ,] Τῇ αὐτῇ *Busb.*

e Ἐπιμνησθεὶς ὄψεώς τε καὶ παρακλήσεως,] Ἀναμνησθεὶς in *MSS.*

f Νομίζω θείᾳ πομπῇ] Καὶ σοὶ Θεῷ νομίζω τὸν στρατιὰν ποιησόμενον Δαρεῖον ἡττήσειν *Zonar.*

g Τῶν ἱερέων παραθεόντων,] Τῶν Ἰουδαίων solus *Vat.*

h Ἐπὶ τὸ ἱερὸν,] Judæi etiam in Megillath Taanith memorant, Alexandrum Macedonem in Templo Hierosolymitano fuisse, ad 23 diem mensis Sivan. Gebiha ben Pesisa astu usus effecit ut quum ad montem templi adscenderet, calceos exueret. REL.

i Ἀρχιερεῖ ὑφήγησιν] Ita ex *MSS.* & *Zonara.* ἱερεῖ in *cæteris.*

k Καὶ τοὺς ἱερεῖς ἀξιοπρεπῶς ἐτίμησε.] Ita *Hen.* & *Epiphan.* καὶ τοὺς ἱερεῖς in *reliquis* desiderantur.

l Νομίσας αὐτὸς εἶναι] Νομίσας αὐτὸν εἶναι τὸν σημαινόμενον *Hen.*

In Judæos beneficia confert.

postridie vero ejus diei eos advocat, quæque ipsi velint dona postulare jubet. Pontifice autem petente, ut liceret patriis uti legibus, utque septimo quovis anno tributis essent immunes, omnia *eis* concessit. Cumque illi ab eo petiissent, ut & eos qui Babylone & in Media erant Judæos legibus suis uti sineret, libenter promisit facturum quæ *ab eo* postularent. cum vero ad hoc diceret multitudini, si qui secum militare vellent, ea lege ut patrios mores tenerent & secundum eos viverent, paratum esse *eos secum* ducere; multi lubenti animo in eam expeditionem dederunt nomina.

Sicima Samaritarum metropolis.

Samaritarum ingenium.

6. Igitur Alexander, compositis in hunc modum Hierosolymorum rebus, in proximas urbes duxit exercitum. Atque omnibus, quos adiret, amice eum excipientibus, Samaritani (qui tum Sicima regionis caput habebant, urbem apud Garizim montem positam, & à desertoribus Judaïcæ gentis habitatam) videntes Judæis ab Alexandro tam præclarum honorem habitum, statuerunt Judæos se profiteri. Sunt enim Samaritæ eo ingenio, sicuti jam ante memoravimus, ut in Judæorum rebus adversis negent suos esse cognatos, tunc quidem id quod verum est profitentes. Sed si forte eos paulo lautius agere viderint, continuo in eorum communionem insiliunt, suos esse consanguineos dicentes, genusque suum à Josephi natis, Ephraïmo & Manasse, deducentes. Igitur apparate, & cum magna in eum studii significatione, Regi occurrunt haud procul Hierosolymis. Cumque illos Alexander laudasset, Sicimitæ ad eum accedunt, assumptis quos Sanaballetes ad eum miserat militibus: rogantque, ut ipsorum urbem adiret fanumque *sua præsentia* cohonestaret. Ipse vero ad eos se venturum promittit, simulatque redierit. Ac postulantibus sibi anni septimi tributa condonari, quippe cum nec ipsi eo anno sementem facerent, quæsivit, quinam essent qui hæc peterent. Cumque dixissent, Hebræos se esse, vocari autem Sicimorum Sidonios: iterum interrogavit, an Judæi essent? Quod cum *illi* negarent, dixit, Atqui ego Judæis ista dedi; tamen cum rediero, & hæc à vobis accuratius cognovero, faciam quod mihi visum fuerit. Et quidem Sicimitas ita dimisit. Sanaballetis vero militibus imperavit, ut ipsum in Ægyptum sequerentur: illic enim agros eis divisurum. id quod paulo post fecit in Thebaïde, ubi eis regionem tuendam mandavit.

Mortuo Alexandro dividitur imperium.

Jaddi obitus.

Onias pontifex.

7. Alexandro autem vita defuncto, imperium inter successores divisum est: templumque in monte Garizin mansit. Quod si quis ab Hierosolymitis reus agebatur comesi profani cibi, aut violati Sabbati, aut alicujus talis peccati, is ad Sicimitas confugiebat, seque injuste accusatum dicebat. Per id vero tempus vita decesserat Jaddus pontifex, eique in pontificatum successerat Onias ejus filius. Atque in eo statu res Hierosolymitanæ tunc fuere.

Finis Libri undecimi.

τότε μὲν ἡθεὶς ἀπέλυσε τὸ πλῆθος· τῇ ὑπαύριον προσκαλεσάμενος, ἐκέλευσεν αὐτὸν αἰτεῖσθαι δωρεὰς ἃς ἂν αὐτοῖ θέλωσι. τὸν δὲ ἀρχιερέως αἰτησαμένου, χρῆσθαι τοῖς πατρῴοις νόμοις, καὶ τὸ ἕβδομον ἔτος ἀνεισφορον εἶναι, συνεχώρησε πάντα. προσκαλεσάμενον δὲ αὐτῶν, ἵνα καὶ τοὺς ἐν Βαβυλῶνι καὶ Μηδίᾳ Ιουδαίους τοῖς ἰδίοις ὑπαρχειν νόμοις [m] χρήσασθαι, ἀσμένως ὑπέσχετο ποιήσειν ἅπερ ἀξιοῦσιν. εἰπόντος δὲ αὐτοῦ πρὸς τὸ πλῆθος, εἴτινες αὐτῷ βούλονται [n] συστρατεύειν, τοῖς πατρῴοις ἔθεσιν ἐμμένοντες καὶ τότε ζῶντες, ἑτοίμως ἔχειν ἐπάγεσθαι, πολλοὶ τὴν σὺν αὐτῷ στρατείαν ὑπέσχοντο.

ς'. Ὁ μὲν δὴ Αλέξανδρος, τότε διοικησάμενος ἐν τοῖς Ιεροσολύμοις, ἐξεστράτευσεν ὑπὲρ τὰς ἐχομένας πόλεις. πάντων δὲ αὐτὸν πρὸς ὃς ἀφίκετο φιλοφρόνως ἐκδεχομένων, Σαμαρεῖται, μητρόπολιν τότε τὴν [o] Σίκιμα ἔχοντες, κεμένην πρὸς τῷ [p] Γαριζεὶν ὄρει, καὶ καλουμένην ὑπὸ τῶν ἀποστατῶν τὸ Ιουδαίων ἔθνος, ἰδόντες ὅτι τοὺς Ιουδαίους Αλέξανδρος οὕτω λαμπρῶς τετίμηκεν, ἐγνωσαν [q] αὐτοὺς Ιουδαίους ὁμολογεῖν. εἰσὶ γὰρ οἱ Σαμαρεῖς τοιοῦτοι τὴν φύσιν, ὡς ἤδη που [r] πρότερον δεδηλώκαμεν, [s] ἐν μὲν ταῖς συμφοραῖς ὄντας τοὺς Ιουδαίους λένειν καὶ συγγενεῖς [t] ἔχειν, ὁμολογοῦντες τότε τὴν ἀλήθειαν. ὅταν δέ τι πρεῖ αὐτοὺς λαμπρὸν ἰδωσιν ἐκ τύχης, ἐξαίφνης ὑπεπηδῶσιν αὐτῶν τῇ κοινωνίᾳ, προσήκειν αὐτοὺς λέγοντες, καὶ ἐκ τῶν Ιωσήπου γενεαλογοῦντες αὐτοὺς ἐκγόνων Εφραίμου καὶ Μανασσῆ. μὴ λαμπρότητος δὲ καὶ πλούτου [v] ἐνδεικνύμενοι πρεῖ αὐτὸν προθυμίαν, ἀπλώτησαν τῷ βασιλεῖ, μικρὸν δεῖν ἐγγὺς τῶν Ιεροσολύμων. ἐπαινέσαντος δὲ αὐτοὺς Αλεξάνδρου, οἱ Σικιμῖται προσῆλθον αὐτῷ, προπαραλαβόντες καὶ τὸς Σαναβαλλέτης πρὸς αὐτὸν στρατιώτας ἀπέστειλε· καὶ παρεκάλουν, προσαγορεύοντες [x] πρὸς τὴν πόλιν αὐτῶν, πομπῆσαι καὶ τὸ παρ' αὐτοῖς ἱερόν. ὁ δὲ ἐκείνοις μὲν αὖθις ὑποστρέφων ἦξειν ὑπέσχετο πρὸς αὐτούς. ἀξιούντων δὲ [y] ἀφιέναι τὸν φόρον αὐτοῖς τὸ [z] ἑβδομαδικὸν ἔτος· ὃ ἦν δὲ αὐτοῖς σπείρειν ἐν αὐτῷ· τίνες ὄντες ταῦτα προσκαλοῦσιν ἐπυνθάνετο. τῶν δὲ εἰπόντων, Εβραῖοι μὲν εἶναι, [a] χρηματίζειν δὲ οἱ ἐν Σικίμοις Σιδώνιοι, πάλιν αὐτοὺς ἐπηρώτησεν, εἰ τυγχάνουσιν Ιουδαῖοι; τῶν δὲ οὐκ εἶναι φαμένων, ἀλλ' ἔγωγε, εἶπεν, Ιουδαίοις ταῦτ' ἔδωκα. ὑποστρέψας μέντοιγε καὶ διδαχθεὶς ὑφ' ὑμῶν ἀκριβέστερον, ποιήσω τὰ δόξαντα. τοῖς μὲν οὖν Σικιμίταις ἄτως [b] ἀπεκρίθη. τοὺς δὲ Σαναβαλλέτου στρατιώτας ἐκέλευσεν ἕπεσθαι εἰς Αἴγυπτον· ἐκεῖ γὰρ αὐτοῖς δώσειν κλήρους γῆς. ὁ δὲ μετ' ὀλίγον ἐποίησεν ἐν τῇ Θηβαΐδι, φρουρεῖν τὴν χώραν αὐτοῖς προστάξας.

ζ. Τελευτήσαντος δὲ Αλεξάνδρου, ἡ μὲν ἀρχὴ [c] εἰς τοὺς Διαδόχους [d] ἐμερίσθη· τὸ δὲ ὄρος τὸ Γαριζεὶν ἱερὸν ἔμενεν. εἰ δέ τις αἰτίαν ἔχοι πρὸς τῶν Ιεροσολυμιτῶν κοινοφαγίας, ἢ τι ἐν τοῖς [e] Σαββάτοις παρανομίας, ἢ τιν' ἄλλο τοιοῦτο ἁμαρτήμαθ', πρὸς τοὺς Σικιμίτας ἔφευγε, λέγων ἀδίκως [f] ἐγκεκλῆσθαι. τετελευτηκότος δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν καὶ τοῦ ἀρχιερέως Ιαδδοῦ, καὶ τὴν ἀρχιερωσύνην Ονίας ὁ παῖς αὐτοῦ παρειληφότος. τὰ μὲν δὴ περὶ τοὺς Ιεροσολυμίτας ἐν τούτοις ἐτύγχανεν ὄντα.

Τέλος τῆς βιβλίου ἑνδεκάτου.

m Χρήσασθαι,] Χρῆσθαι hic loci in omnibus *MSS.* At supra post αἰτησαμένου, χρῆσθαι habet solus *Busb.*

n Συστρατεύειν,] Ita *MSS.* στρατεύειν in *Editis.*

o Σίκιμα ἔχοντες,] Σίκιμαν *Hen.* & *Busb.* Σίκιμαν *Vat.* & infra p. 583. & mox Σικιμίτας.

p Γαριζεὶν ὄρει,] Conf. supr. §. 2. SPANH.

q Αὐτοὺς Ιουδαίους ὁμολογεῖν.] Εαυτοὺς *MSS.* αὐτοὺς in *Editis*, ut & mox infra post γενεαλογοῦντες.

r Πρότερον δεδηλώκαμεν,] *Sc.* lib. 9. c. 14. §. 3. Vide etiam *lib.* XII. *c.* 7.

s Ἐν μὲν ταῖς συμφοραῖς ὄντας τοὺς Ιουδαίους ἀρνεῖν συγγενεῖς ἔχειν,] Conf. sup. lib. 9. c. 14. §. 3. SPANH.

t Ἔχειν, ὁμολογοῦντες τότε] Vocem ἔχειν non agnoscunt *Hen.* & *Vat.*

v Ἐνδεικνύμενοι πρεῖ αὐτὸν προθυμίαν,] *Al.* δεινύμενοι.

x Πρὸς τὴν πόλιν αὐτῶν,] Εἰς τὴν πόλιν in *MSS.*

y Ἀφιέναι τὸν φόρον] Ἀφεῖναι in *MSS.*

z Ἑβδομαδικὸν] Lege ἑβδομαδικῶν. COCC.

a Χρηματίζειν δὲ οἱ] Ita etiam apud *Zonaram*, ubi *Wolphius* vertit, *Sicimitas Sidonios appellari.* At *Epiphanius* reddit, *Sicimitas autem à Sidoniis nuncupari.* Denique *Schotanus* (in *Bibl. Hist.* S. tom. 2.) verti vult, *Sidonios in Sicimis vulgo appellari.* Confer. l. XII. c. 7.

b Ἀπεκρίθη.] Conf. supr. c. 6. §. 8. SPANH.

c Εἰς τὰς Διαδόχους] Εἰς Διαφόρους *Vat.*

d Ἐμερίσθη· τὸ] Διεμερίσθη *Hen.* & *Busb.*

e Σαββάτοις παρανομίας,] Ita *MSS.* ἐν τοῖς Σάββασι in *Editis.*

f Ἐγκεκλῆσθαι.] Ita *MSS.* ἐγκεκλῆσθαι in *Editis.* HUDS. Corrigit D. Hoornbekius ἐγκεκλεῖσθαι. Vetus *culpari*; sed Basilecensis ἐγκλῆσθαι. rectè. COCC.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ [a]ΕΝ ΤΗι ΔΩΔΕΚΑΤΗι

ΤΩΝ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΣΤΩΡΙΩΝ ΤΗΣ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ.

JOSEPHI LIBRO DUODECIMO HISTORIARUM ANTIQUITATIS JUDAICÆ HÆC CONTINENTUR.

α'. Ως Πτολεμαῖος ὁ Λάγυ, δόλῳ καὶ ἀπάτῃ παραλαβὼν τὰ Ιεροσόλυμα καὶ τὴν Ιουδαίαν, πολλοὺς ἐξ αὐτῆς εἰς Αἴγυπτον [b] κατῴκισεν.

β'. Ως ὁ υἱὸς αὐτοῦ Πτολεμαῖος, ὁ κληθεὶς Φιλάδελφος, τοὺς [c] Ιουδαίων νόμους εἰς τὴν Ελληνικὴν γλῶτταν μετέβαλε, καὶ πολλοὺς αἰχμαλώτους ἀπέλυσεν, Ελεαζάρῳ τῷ ἀρχιερεῖ αὐτῶν χαριζόμενος, καὶ ἀναθήματα πολλὰ ἀνέθηκε τῷ Θεῷ.

γ'. Πῶς ἐτίμησαν οἱ τῆς Ασίας βασιλεῖς τὸ Ιουδαίων ἔθνος, καὶ πολίτας ἐποίησαν ἐν τοῖς ἀπ' αὐτῶν κλισθείσαις πόλεσιν.

δ'. Εκ τῆς γνωμένης ἀτυχίας ἐπανόρθωσις τοῦ Ιωσήπου τοῦ Τωβίου πεποιημένου φιλίαν πρὸς Πτολεμαῖον τὸν Επιφανῆ.

ε'. Φιλία καὶ συμμαχία Λακεδαιμονίων πρὸς Ονίαν τὸν ἀρχιερέα τῶν Ιουδαίων.

ς'. Στάσις τῶν δυναλῶν Ιουδαίων πρὸς ἀλλήλους, καὶ ὡς [d] ἐπεκαλέσαντο Αντίοχον τὸν Επιφανῆ.

ζ'. Οτι στρατεύσαμενος Αντίοχος ἐπὶ Ιεροσόλυμα, τὴν τε πόλιν παρέλαβε, καὶ τὸν ναὸν ἐσύλησεν.

η'. Ως Αντίοχου κωλύσαντος τοῖς πατρίοις νόμοις χρῆσθαι τοὺς Ιουδαίους, μόνος [e] ὁ Ασαμωναίου παῖς [f] Ματταθίας καταφρόνησε τοῦ βασιλέως, καὶ τοὺς Αντιόχου στρατηγοὺς ἐνίκησε.

θ'. Ματταθίου τελευτὴ, γήρᾳ μὲν ὄντος ἤδη, θαυμαζομένου δὲ τὴν τῶν πραγμάτων οἰκονομίαν τοῖς παισίν.

ι'. [g] Ως ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ιούδας, τοῖς Αντιόχου στρατηγοῖς μαχεσάμενος, τοὺς Ιουδαίους εἰς τὴν πάτριον ἐπανήγαγε πολιτείαν, καὶ ἀρχιερεὺς ἀπεδείχθη τοῦ λαοῦ.

ια'. Ως Αντιόχου στρατηγὸς Απολλώνιος, εἰς τὴν Ιουδαίαν ἐμβαλὼν, ἡττηθεὶς ἀπέθανεν.

ιβ'. Η [h] Λυσίου καὶ Γοργίου στρατηλασία ἐπὶ τὴν Ιουδαίαν, καὶ ἥττα καὶ διαφθορὰ τοῦ στρατοῦ.

ιγ'. Οτι στρατεύσαντες Ιούδας καὶ Σίμων, ὁ μὲν ἐπὶ Αμμανίτας καὶ τὴν [i] Γαλαδίτιν, ὁ δὲ Σίμων ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἐπὶ Τυρίους καὶ Πτολεμαεῖς, ἐκράτησαν αὐτῶν.

ιδ'. [k] Ως Αντίοχος ὁ Επιφανὴς ἐτελεύτησεν ἐν Πέρσαις.

ιε'. Ως Αντίοχος, ὁ ἐπικληθεὶς Εὐπάτωρ, στρατεύσας ἐπὶ Ιουδαίους μετὰ Λυσίου, καὶ νικήσας, ἐπολιόρκησε Ιούδαν εἰς τὸ ἱερὸν ἐγκλείσας.

ις'. Οτι πολλοῦ χρόνου τῇ πολιορκίᾳ τριβομένου, φιλίαν

1. *Quomodo Ptolemæus, Lagi filius, Hierosolymis & Judæis dolo occupatis, multos inde deportavit in Ægyptum.*

2. *Quomodo filius ejus Ptolemæus, Philadelphus appellatus, Judaïcas leges Græce transferendas curavit, & multos captivos, in gratiam Eleazari illorum pontificis, manumisit, plurimaque donaria Deo consecravit.*

3. *Ut Judæorum gentem honore affecerunt reges Asiæ, & conditarum à se urbium civitate donaverunt.*

4. *Josephus Tobiæ filius malo medetur, quo laborabant Judæi, inita cum Ptolemæo Epiphane amicitia.*

5. *Amicitia & societas Lacedæmoniorum cum Onia Judæorum pontifice.*

6. *Judæi potentiores inter se dissident, & quomodo Antiochi Epiphanis opem implorarunt.*

7. *Quod Antiochus, expeditione facta in Hierosolyma, & urbem cepit & templum diripuit.*

8. *Quemadmodum, Antiocho vetante Judæos patriis uti legibus, solus Mattathias Assamonæi filius, Regis mandata contempsit, & postea Antiochi duces prælio superavit.*

9. *Mattathiæ obitus in summa senectute, rerum administratione filiis relicta.*

10. *Quomodo filius ejus Judas, cum Antiochi copiarum ducibus congressus, id assequutus est ut Judæi patriis institutis viverent; atque ipse à populo pontifex constitutus est.*

11. *Quomodo Apollonius, Antiochi exercitus dux, incursione in Judæam facta, victus interiit.*

12. *Lysiæ & Gorgiæ contra Judæos expeditio & clades, & exercitûs interitus.*

13. *Quod Judas & Simon, ductis exercitibus, ab illo in Ammanitas, à Simone fratre ejus in Tyrios & Ptolemæos, illos devicerunt.*

14. *Quomodo Antiochus Epiphanes apud Persas diem obiit.*

15. *Quomodo Antiochus, cognominatus Eupator, una cum Lysia susceptа in Judæos expeditione, victoria potitus Judam in templo obsidet.*

16. *Quod, longo tempore in obsidione consumpto, Antiochus*

[a] Εν τῇ δωδεκάτῃ] *Al.* ἐν τῷ δωδεκάτῳ, vel ἐν τῷ δωδεκάτῳ λόγῳ.

[b] Κατῴκισεν.] Μετῴκησεν *Hen.*

[c] Ιουδαίων νόμους] *Al.* Ιουδαίους.

[d] Επεκαλέσαντο] Απεκαλέσαντο *Hen.*

[e] Ο Ασαμωναίου παῖς] Ita *MSS.* in *Editis* deest articulus.

[f] Ματταθίας] Ita ubique cum *MSS.* & *Vet. Interpr.* Ματθίας passim in *Editis*.

[g] Ως ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ιούδας,] Hunc titulum insertum dedi ex *MSS.*

[h] Λυσίου καὶ Γοργίου] Ita juxta *Epiphanii Codd. MSS.* Σιλωνος in *Editis Flavii* & aliquibus *MSS.* Γαιωνος *Hen.*

[i] Γαλαδίτιν.] Γαλαδίτην *Vat.*

[k] Ως Αντίοχος ὁ Επιφανὴς] Λυσίου στρατεία, καὶ Αντιόχου στρατηγοῦ, ἐπὶ Ιουδαίους [Ιούδαν *Gall.*] καὶ ἥττα inter hunc & præcedentem titulum inserunt *Hen. Gall.* & *Vat.*

tiochus cum Juda fœdus feriit, & ex Judæa non ſine gloria diſceſſit.

17. *Quomodo Bacchides Demetrii copiarum dux, cum exercitu contra Judæos profectus, re infecta ad Regem reverſus eſt.*

18. *Quomodo Nicanor, dux poſt Bacchidem miſſus, una cum exercitu periit.*

19. *Quod Bacchides denuo miſſus contra Judæam, victoria potitus eſt.*

20. *Quomodo Judas in prælio occubuit.*

ποιησάμενος πρὸς Ἰούδαν, ὑπερεπῶς ἀνεχώρησεν ἐκ τῆς Ἰουδαίας ὁ Ἀντίοχος.

ιζ. Ὡς Βακχίδης ὁ Δημητρίου στρατηγὸς, ἐπιστρατεύσας τοῖς Ἰουδαίοις, ἄπρακτος ἀνέστρεψε πρὸς τὸν βασιλέα.

ιη. Ὡς Νικάνωρ, μετὰ τὸν Βακχίδην πεμφθεὶς στρατηγὸς, ἀπώλετο σὺν [l] τῷ στρατῷ.

ιθ. Ὅτι πάλιν ἐπὶ τοὺς Ἰουδαίους Βακχίδης ἐκπεμφθεὶς, ἐνίκησεν.

κ. Ὡς Ἰούδας διεφθάρη μαχόμενος.

[l] Τῷ στρατῷ.] Τῇ στρατιᾷ in duobus *MSS.*

ΦΛ. ΙΩΣΗΠΟΥ
ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΩΔΕΚΑΤΟΝ.

Περιέχει ἡ βίβλος χρόνον ἐτῶν [a] ἑκατὸν καὶ ἑβδομήκοντα.

FLAVII JOSEPHI
ANTIQUITATUM JUDAICARUM
LIBER DUODECIMUS.

Continet hic liber tempus annorum CLXX.

CAP. I.

Quomodo Ptolemæus Lagi filius, Hieroſolymis & Judæa dolo occupatis, multos inde deportavit in Ægyptum.

ΚΕΦ. α'.

Ὡς Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, δόλῳ καὶ ἀπάτῃ καταλαβὼν τὰ Ἱεροσόλυμα καὶ τὴν Ἰουδαίαν, πολλοὺς ἐξ αὐτῆς εἰς Αἴγυπτον κατῴκισεν.

Alexandri ſucceſſores.

AGITUR Alexander Macedonum rex, ſubacto Perſarum imperio, & conſtitutis (ut jam dictum eſt) Judææ rebus, vitam finiit: ac diſtracto in multos imperio, Antigonus Aſia potitur, Seleucus Babylone & illius tractus nationibus, Lyſimachus Helleſpontum obtinuit, Macedoniam occupavit Caſſander, Ægyptum autem tenuit Ptolemæus Lagi filius. Hi dum inter ſeſe diſſident, & de imperio quiſque ſuo contendunt, fiebat ut continua longaque bella gererentur, urbeſque affligerentur, & multos civium in certaminibus amitterent, adeo ut omnis Syria à Ptolemæo Lagi filio (qui tum Soter, *hoc eſt Servator*, appellabatur) longe aliter afficeretur, quam ejus nomine dignum eſſet. Is etiam Hieroſolymam per fraudem & proditionem occupavit. Ingreſſus enim Sabbato in urbem per ſpeciem ſacrificandi, ne prohibentibus quidem Judæis (neque enim hoſtem eſſe putabant, & tum quia nihil mali ſuſpicabantur, tum propter diem ocium & quietem agebant) urbe nullo labore potitus eſt, eamque acerbe tractavit & in-

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ μὲν οὖν ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς, καταλύσας τὴν Περσῶν ἡγεμονίαν, καὶ [b] τὰ κατὰ τὴν Ἰουδαίαν τὸν προφῃμένον καταστησάμενος τρόπον, τελευτᾷ τὸν βίον· μεταπεσούσης εἰς πολλὰς τὴν ἀρχῆς, Ἀντίγονος μὲν τὴν Ἀσίας [c] ἐπικρατεῖ, [d] Σέλευκος δὲ Βαβυλῶνος καὶ [e] τῶν ἐκεῖ ἐθνῶν, Λυσίμαχος δὲ τὸν Ἑλλήσποντον διεῖπε, τὴν δὲ Μακεδονίαν [f] εἶχε Κάσσανδρος, Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου τὴν Αἴγυπτον [g] εἰλήφει. στασιαζόντων δὲ τούτων, καὶ πρὸς ἀλλήλους φιλοπολεμουμένων ὑπὲρ τῆς ἰδίας ἀρχῆς, πόλεμός τε συνεχὴς καὶ μακρὰς [h] συνέβαινε γίνεσθαι, καὶ τὰς πόλεις κακοπαθεῖν, καὶ πολλοὺς ἐν τοῖς ἀγῶσιν [i] ἀποβάλλειν τῶν οἰκητόρων, ὡς δὲ τὴν Συρίαν ἅπασαν ὑπὸ Πτολεμαίου τοῦ Λάγου, Σωτῆρος ἐπικαλουμένου, χρηματίζειν, πάντα παθεῖν αὐτὴν τὴν ἐπικλησιν κατέσχε δὲ ὅτε δὲ τὰ Ἱεροσόλυμα, δόλῳ δὲ ἀπάτῃ [k] χρησάμενος. εἰσελθὼν γὰρ Σαββάτοις εἰς τὴν πόλιν ὡς θύσων, μὴτε τῶν Ἰουδαίων αὐτὸν ἀμυνομένων, διὰ γὰρ ὑπενόουν πολέμου, καὶ διὰ τὸ ἀνύποπτον δὲ τῇ ἡμέρᾳ ἐν ἀργίᾳ δὲ ῥᾳθυμίᾳ τυγχανόντων, ἀπόνως ἐγκρατὴς γενόμενος τῆς πόλεως, καὶ πικρῶς ἤρξεν αὐ-

Ægyptum tenuit Ptolemæus Lagi filius, Soter dictus.

Judæi, Hieroſolymis dolo captis, in Ægyptum abducti.

[a] Ἑκατὸν καὶ ἑβδομήκοντα.] Ita in omnibus *MSS.* tam *Latinis* quam *Græcis*. Videſis *Iſ. Voſſium* in *Chronol.* S. cap. XI. p. 150.

[b] Τὰ κατὰ τὴν Ἰουδαίαν] Illa τὰ κατὰ deſunt *Cod. NC.*

[c] Ἐπικρατεῖ,] Ἐπεκράτησε *NC.*

[d] Σέλευκος δὲ Βαβυλῶνος] Σέλευκος ὁ Νικάτωρ ἐπικαλούμενος *NC.*

[e] Τῶν ἐκεῖ ἐθνῶν,] Τῶν ἄλλων ἐθνῶν *NC.*

[f] Εἶχε Κάσσανδρος,] Εἶχε abeſt *Hen.* mox Κάσσανδρος ex nummis pro Κάσσανδρος edidimus.

[g] Εἰλήφει.] Εἵλκυσεν in nonnullis *MSS.*

[h] Συνέβαινε γίνεσθαι] Συνέβη γίνεσθαι *Hen.* συνέβαινε γενέσθαι *NC.*

[i] Ἀποβάλλειν τῶν οἰκητόρων] Ἀπόλλυσθαι *NC.*

[k] Χρησάμενος.] Χρησάμενος, ἀρχιερέως ὄντος τοῦ ἔθνους ἡμῶν κατ' ἐκείνας τὰς ἡμέρας Ὀνίου, ὃς ἦν Ἀδὶν μος. εἰσελθὼν δὲ ἐν ἡμέρᾳ Σαββάτου εἰς τὴν πόλιν ὁ Πτολεμαῖος ὡς θύσων τῷ Θεῷ *NC.*

[l] Τὰς

αὐτῆς. μαρτυρεῖ ἢ τῷ λόγῳ τούτῳ καὶ Ἀγαθαρχίδης ὁ Κνίδιος, ὁ [l] τὰς τῶν Ἀλεξανδρέων πράξεις συγγραψάμενος, ὀνειδίζων ἡμῖν δεισιδαιμονίαν, ὡς δι' αὐτὴν ἀποβαλόντες τὴν ἐλευθερίαν, λέγων οὕτως. "ἔστιν ἔθνος Ἰουδαίων λεγόμενον, οἳ "πόλιν ὀχυρὰν καὶ μεγάλην ἔχοντες Ἱεροσόλυμα, παρεῖναι "πρεσβεύσαντες τῷ Πτολεμαίῳ λεγομένῳ, ὅπλα λαβεῖν ὁ βα- "σιλεὺς, ἀλλὰ διὰ τὴν ἄκαιρον δεισιδαιμονίαν χαλεπὴν "ἐπενεγκάντων ἔχειν δεσποτείαν." Ἀγαθαρχίδης μὲν οὖν τοῦτα περὶ τοῦ ἔθνους ἡμῶν ἀπεφήνατο. ὁ δὲ Πτολεμαῖος πολλοὺς αἰχμαλώτους λαβών, ἀπό τε τῆς ὀρεινῆς Ἰουδαίας καὶ τῶν περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα τόπων, καὶ τῆς Σαμαρείτιδος, καὶ τῶν [m] ἐν Γαριζεὶν, καθώκισεν "ἀπαγαγὼν εἰς Αἴγυπτον ἀναγωγάς. [o] ἐγνωκὼς δὲ τοὺς ἀπὸ τῶν Ἱεροσολύμων περί τε τὴν τῶν ὅρκων φυλακὴν καὶ τοὺς πίστεις βεβαιοτάτους ὑπάρχοντας, [p] ἐξ ὧν ἀπεκρίναντο Ἀλεξάνδρῳ πρεσβευσαμένῳ πρὸς αὐτοὺς, μὴ πολεμῆσαι Δαρείῳ τῷ μάχῃ· [q] πολλοὺς αὐτῶν εἰς τὰ Φρούρια [r] καταλοχίσας, καὶ τοῖς Μακεδόσιν [s] ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ποιήσας ἰσοπολίτας, ὅρκους ἔλαβε παρ' αὐτῶν, ὅπως τοῖς ἐκγόνοις διαφυλάσσωσι τὴν πίστιν. εἰσὶ δὲ ὀλίγοι [t] δὴ ἐκ τῶν ἄλλων Ἰουδαίων ἑκουσίως εἰς τὴν Αἴγυπτον παρεγένοντο, καὶ τὴν [v] ἀρετὴν τῶν τόπων αὐτοὺς ἢ τῆς τοῦ Πτολεμαίου φιλοτιμίας προσκαλεμένης. εἰσὶ μέντοι καὶ τοῖς ἐκγόνοις αὐτῶν πρὸς τοὺς Σαμαρείτας, τὴν πάτριον ἀγωγὴν τῶν [x] ἐθῶν διασώζειν προαιρουμένοις, ἐρίζουσι, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἐπολέμουν. τῶν μὲν Ἱεροσολυμιτῶν τὸ παρ' αὐτοῖς ἱερὸν ἅγιον εἶναι λεγόντων, καὶ τὰς θυσίας ἐκεῖ πέμπειν ἀξιούντων· τῶν δὲ [y] Σαμαρειτῶν εἰς τὸ Γαριζεὶν ὄρος κελευόντων.

clementer. Hiſce quæ diximus etiam Agatharchides Cnidius, qui res à ſucceſſoribus *Alexandri* geſtas conſcripſit, teſtimonium perhibet, ſuperſtitionem nobis exprobrans, ut qui libertatem propter eam amiſerimus, iſtiuſmodi verbis. "Eſt "gens quæ Judæorum dicitur, qui urbem incolentes magnam & bene munitam *nomine* Hierosolyma, paſſi ſunt eam in Ptolemæi poteſtatem "venire, quod arma capere noluerint, atque ex "ſuperſtitione intempeſtiva crudeli dominatui ſe- "ſe ſubjecerunt." Et Agatharchides quidem de gente noſtra hæc memoriæ prodidit. Cæterum Ptolemæus, multis hominibus captis, tum ex Judææ montanis, lociſque circa Hieroſolyma, tum ex Samaria & Garizin, omnes in Ægyptum transtulit. Cumque Hieroſolymitanos jurisjurandi fideique obſervantiſſimos ex iis intelligeret, quæ Alexandri legatis poſt victum ab eo Darium reſponderant, multos eorum in præſidiis diſpoſuit, & cum Macedonibus Alexandriæ pares fecit, ac ſacramento adſtrinxit, ſervaturos fidem poſteris ejus, qui ipſis mandaſſet eam provinciam. Non pauci præterea reliquorum Judæorum in Ægyptum ſua ſponte profecti ſunt, allecti partim bonitate ſoli, partim Ptolemæi liberalitate. Sed inter Samaritas & Judæorum poſteros inſtituta patria retinere ſtudentes exiſtebant contentiones, iique inter ſeſe decertabant, dum Hieroſolymitani ſuum templum ſanctum eſſe contendunt, & victimas eo mitti volunt; Samaritæ contra, in montem Garizin.

Agatharchides Cnidius.

Ptolemæus in Judæos benignitas.

Contentiones inter Judæos & Samaritas.

ΚΕΦ. β'.

Ὡς Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος τοὺς Ἰουδαίων νόμους εἰς τὴν Ἑλληνικὴν γλῶσσαν μετέβαλε, καὶ πολλοὺς αἰχμαλώτους ἀπέλυσε, καὶ ἀναθήματα πολλὰ ἀνέθηκε τῷ Θεῷ.

CAP. II.

Quomodo Ptolemæus Philadelphus leges Judaïcas Græce transferendas curavit, multoſque captivos manumiſit, & multa donaria Deo conſecravit.

II.

[z] Βασιλεύσαντος δὲ Ἀλεξάνδρου ἔτη δώδεκα, καὶ μετ' αὐτὸν Πτολεμαίου τοῦ Σωτῆρος πεντήκοντα, ἕπτα τὴν βασιλείαν τῆς Αἰγύπτου διαλαβὼν ὁ Φιλάδελφος, καὶ κατασχὼν αὐτὴν ἐπ' [a] ἔτη ἐνὸς [b] δέοντος πεντήκοντα, [c] τὸν τε νόμον ἡρμήνευσε, καὶ τοὺς δουλεύοντας ἐν Αἰγύπτῳ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν ἀπέλυσε τῆς δουλείας, [d] ὄντας δώδεκα μυριάδας, ἐξ αἰτίας τοιαύτης. Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς, ὃς ἦν ἐπὶ τῶν [e] βιβλιοθηκῶν τοῦ βασιλέως, σπουδάζων εἰ δυνατὸν εἴη πάντα [f] τὰ καθ' τὴν οἰκουμένην συναγαγεῖν βιβλία, καὶ συνωγόμενος, [g] εἴ τι που μόνον

CUM autem Alexander duodecim annos regnaſſet, & poſt eum Ptolemæus Soter quadraginta, tum demum Ægypti regnum adeptus Philadelphus (quod quidem tenuit annos undequadraginta) & legem *Judaïcam* curavit transferendam, & ſervientes in Ægypto Hieroſolymitanos ſervitute liberavit, qui fuerunt centum & viginti millia, ex hujuſmodi cauſa. Demetrius Phalereus, regiarum bibliothecarum præfectus, operam dans ut omnes, ſi fieri poſſet, totius orbis libros colligeret, & coëmens quicquid ubique vel fama accepiſſet ſtudio dignum fore Regiſque volun-

Ptolemæus Philadelphus ſecundus Ægypti rex.

Demetrius Phalereus bibliothecæ Ptolemaïcæ præfectus.

[l] Τὰς τῶν Ἀλεξανδρέων πράξεις συνεγραψάμενον,] Forſan in libris ſuæ Atthis, quos laudant *Diodorus*, *Phlegon*, *Lucianus* & *Athenæus*.

[m] Ἐν Γαριζεῖν,] Ἐν τῷ ὄρει τῷ Γαριζεῖν *NC*.

[n] Ἀπαντας εἰς Αἴγυπτον ἀγαγών.] Quorum Samaritanorum in Ægyptum deductorum reliquias putat *Scaliger. de Emend. Temp.* l. VII. p. 663. eos, qui Synagogam magnam habent in Cairo; Item qui Inſulam in Mari Rubro occupant, teſte Geographo Arabe. SPANH.

[o] Ἐγνωκὼς δ'] Ἐπεγνωκὼς *Hen. Busb.* & *NC*.

[p] Ἐξ ὧν ἀπεκρίναντο] Ἐξ ὧν ἀπεκρίνατο Ἰαδδοῦς ὁ ἀρχιερεὺς Ἀλεξάνδρῳ πρεσβεύσαντι πρὸς τοὺς Ἰουδαίους, ὃς μὴ τὸ κρ. *NC*.

[q] Πολλοὺς αὐτῶν εἰς τὰ Φρούρια καταλοχίσας] Vid. infr. c. 2 §. 4. & adv. Appion. lib. 2. §. 4. SPANH.

[r] Καταλοχίσας] Καταλοχισάμενος *NC*.

[s] Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ποιήσας ἰσοπολίτας,] Judæi in Alexandria cum Macedonibus Ἰσοπολίται. Ita etiam Antiochiæ infr. c. 3. §. 1. SPANH.

[t] Δ' ἐκ] Forte δὴ καὶ. COCC.

[v] Ἀρετὴν] Ἀρετὴ hic pro εὐδαιμονία, ut quandoque apud Homerum. SPANH.

[x] Ἐθῶν διασώζειν προαιρουμένοις,] Ἐθνῶν *Vat.* & *NC*.

[y] Σαμαρειτῶν] Σικιμιτῶν (*Lugd. Bat*) *NC*. & *Vet. Interpr.* in nonnullis codicibus.

[z] Βασιλεύσαντος δὲ Ἀλεξάνδρου] Ita *Busb. NC*. & *Vet. Interpr.* nec non *Iſ Voſſii* MS. (nunc *Lugd. Bat.*) niſi quod πεντηκόντα καὶ ἓν pro πεντήκοντα præ ſe ferat. in *Editis* deſiderantur iſta, Βασιλεύσαντος δὲ Ἀλεξάνδρου ἔτη δώδεκα, καὶ μετ' αὐτὸν Πτολεμαίου πεντήκοντα. In *Cod. NC.* (cui titulus eſt Πτολεμαϊκὸν) caput incipit ad hunc modum, Τελευτήσαντος δὲ Ὀνίου τοῦ ἀρχιερέως, ὁ παῖς αὐτοῦ Σίμων γίνεται Δημόχου, ὁ καὶ δίκαιος ἐπικληθείς, διὰ τὸ καὶ τοῦ Θεοῦ λύσεις καὶ τοὺς ὁμοφύλους εὐνοεῖν. Βασιλεύσαντος δὲ Ἀλεξ. &c. Videſis *Uſſerium* ad A. M. 3721.

[a] Ἐπὶ ἐνὸς δέοντος πεντήκοντα,] Porphyrius apud Euſebium XXXVIII. annis regnaſſe eum dicit. SPANH.

[b] Δέοντος πεντήκοντα,] Δέοντα *Hen.* & *Busb.*

[c] Τόν τε νόμον ἡρμήνευσε,] De ſola Legis verſione ſub hoc Ptolemæo. vid. Procem. c. 1. §... ἀλλ' αὐτὰ μόνα τὰ τοῦ νόμου παρέδοσαν οἱ πεμφθέντες ἐπὶ τὴν ἐξήγησιν παρὰ τοῦ Ἀλεξάνδρειαν· & ſuperius ibid. ὅτου μοι καὶ μέλλοντος ἐγκεῖσθαι τοιαύτην μετενεγκεῖν ὑπόθεσιν εἰς ἀλλοδαπὴν ἡμῖν καὶ ξένην διάλεκτον σωτήριαν· Vide quæ de hoc ſuo conſilio, quæ in Hebræis voluminibus contenta in Græcam linguam transferendi, ait infr. §. 10. ubi διφθέραις, quibus Lex ſcripta, aureis litteris: ut ita de ſolis Legis Libris verſis à LXX. agat ſemper Joſephus, & ſic infr. §. 12. de Verſione illa facta ἀναγραφὴν τοῦ Νόμου· & contr. Appion. lib. 2. §. 4. SPANH. Nihil præter Pentateuchum tunc Græce verſum fuiſſe ex iſtis colligunt viri docti, & certe Græcus cæterorum librorum ſtylus arguit, eos, qui Ptol. Philadelphi rogatu Pentateuchum Moſis interpretati ſunt, reliquos libros ſacros non convertiſſe. *Pet.* Var. Lect. IV. 9. HUDS. in *Add.*

[d] Ὄντας δώδεκα μυριάδας,] Ὄντας πεντε δώδεκα in *iiſdem MSS.*

[e] Βιβλιοθηκῶν τοῦ βασιλέως,] Vide *S. Epiphanium* in lib. *de Menſuris & Ponderibus*, p. 166. & *Simſonum* in *Chron. Cathol.* ad A. M. 3719.

[f] Τὰ] Abeſt a *L. B.*

[g] Εἴ τι που μόνον] Εἴ που τι *Busb.* & *Lugd. Bat.*

Ptolemæus, ex consilio Demetrii, de legibus Judaïcis Græce transferendis cogitat.

luntati non ingratum, (nam *is* maximo librorum colligendorum desiderio tenebatur) omni cura & cogitatione huic rei incumbebat. Ptolemæo autem aliquando ab ipso quærente, quot jam librorum millia collecta haberet? respondit esse jam circiter *ducenta millia, & brevi congesturum ad quingenta. sibi etiam, adjiciebat, indicatum multos esse apud Judæos de ipsorum institutis libros studio dignos & bibliotheca regia; qui cum illorum literis & sermone scripti sint, rem fore magni laboris & molestiæ, si in Græcam linguam transferantur. Videtur enim eorum scriptura plane similis esse Syrorum scripturæ, vocemque reddere consimilem, contigit tamen ut sui generis sit. cæterum nihil, inquit, prohibet, quo minus eos transferendos cures (opibus enim ad hoc efficiendum polles) & in biliotheca *tua* habeas. Rex igitur Demetrium, pro suo libros colligendi studio, sibi optime consulere existimans, Judæorum pontifici scribit, ut hæc fiant.

2. Jam quidam *nomine* Aristæus, Regi in primis amicus atque gratus ob modestiam, sæpe antea Regem orare statuerat, ut Judæos, quicunque in ejus regno essent, manumitteret, hoc vero sibi idoneum ad ea postulata tempus arbitratus, primum ea de re agit cum satellitum præfectis, Sosibio Tarentino & Andrea, eos obsecrans, ut se in eis quæ sit à Rege postulaturus adjuvent. Cumque Aristæus eorum, quos memoravimus, sententiam accepisset, Regem adit, & cum eo agit in hunc modum. *Aristæi oratio ad regem Ptolemæum.* "Non decet committere "nos, ô Rex, ut decipiamur, sed verum pate- "facere. Cum enim id nobismet negotii dari vo- "luerimus, ut Judæorum leges in tuam gratiam "non solum transscribantur, verum etiam vertan- "tur, quanam ratione hoc facere possimus, cum "multi Judæi serviant in regno tuo? Quos certe "non alienum erit à tua magnificentia & bonita- "te liberare à calamitate: quandoquidem qui "Deus eis leges tulit, is est qui tuum regnum "regit, quantum ego quidem quærendo compe- "ri. Conditorem enim universitatis Deum & i- "psi & nos colimus, familiari sermone Ζεῦα (i. "e. *Jovem*) vocantes, indito à vivendo nomine, "quòd is vitam conferat omnibus. Quapropter "ad honorem Dei, iis, qui Deum præcipua re- "ligione venerantur, redde patriam, ut eis in na- "tali solo vitam agere liceat. Illud quidem scito, "Rex, me nec genere eis, nec natione propin- "quum, hæc pro eis postulare. Sed cum omnes "homines Dei sint opificium, & sciam eum be- "nefacientibus delectari, ad benefaciendum te "cohortor.

Ptolemæi ad Aristæum responsum.

3. Hæc loquutum Aristæum, Rex hilari lætoque vultu intuitus, Quotnam, inquit, millia putas esse eorum, qui manumittendi sunt? Cumque Andreas, qui tum forte adstiterat, subjecisset, paulo plura esse quam centum decem millia. An vero parvum à nobis, inquit Rex, donum, Aristæe, postulas? Cumque Sosibius, & qui ad-

ἀκέσαι ἀπολύσεως ἄξιον [h] ἢ ἡδὺ τῇ ἐμῇ βασιλείᾳ περαιῶσαι, μάλιστα γὰρ [i] περὶ τὴν συλλογὴν τῶν βιβλίων εἶχε φιλοκάλως, συνηγωνίζετο. ἐρομένου δ' αὐτὸν ποτε ὁ Πτολεμαῖος, πόσας ἤδη μυριάδας [k] ἔχοι συνειλεγμένας βιβλίων; τῶν μὲν ὑπαρχόντων [l] εἶπεν εἶναι περὶ εἴκοσιν, ὀλίγῳ δ' χρόνῳ εἰς πεντήκοντα συναθροίσειν. μεμαθηκέναι δ' ἐλέγχειν αὐτῷ πολλὰ εἶναι καὶ ἀξιόλογα τοῖς Ἰουδαίοις τῶν παρ' αὐτοῖς νομίμων συγγράμματα, ἀπολύσεως ἄξια καὶ τῆς βασιλέως βιβλιοθήκης· ἃ, τοῖς ἐκείνων χαρακτῆρσι καὶ τῇ διαλέκτῳ γεγραμμένα, πόνον αὐτοῖς οὐκ ὀλίγον παρέξειν εἰς τὴν Ἑλληνικὴν μεταβαλλόμενα γλῶτταν. δοκεῖ μὲν γὰρ εἶναι τῇ ἰδιότητι τῶν [m] Σύρων γραμμάτων ἐμφερὴς ὁ χαρακτὴρ αὐτῶν, καὶ τὴν φωνὴν ὁμοίαν αὐτοῖς [n] ἀπηχεῖν, ἰδιότροπον δ' αὐτὴν εἶναι συμβέβηκεν. ὅθεν οὐκ ἔλεγε κωλύειν καὶ ταῦτα μεταβαλόντα· δύναται γὰρ τῆς εἰς ταῦτα χορηγίας ἀπορεῖν· ἔχειν τε τῇ βιβλιοθήκῃ καὶ τὰ παρ' ἐκείνοις. [o] δόξας οὖν ὁ βασιλεὺς ἀρέσαι τὸ Δημήτριον φιλοδοξοῦμενον περὶ [p] τὸ πλῆθος αὐτῶν τῶν βιβλίων ὑποτίθεσθαι, χάριν τῶν Ἰουδαίων δέχεσθαι ταῦτα γίνεσθαι.

β'. [q] Ἀριστεύς δέ τις, φίλος ὢν [r] ἐν τοῖς μάλιστα τῷ βασιλεῖ, [s] καὶ ἀπολαύοντος αὐτοῦ διὰ μελέτης, πολλάκις μὲν πρότερον ἔγνω παρακαλέσαι τὸν βασιλέα, ὅπως ἀπολύσῃ τοὺς [t] αἰχμαλώτους Ἰουδαίους, ὅσοι κατὰ τὴν βασιλείαν ἦσαν αὐτοῦ. καιρὸν δ' ἐπιτήδειον εἶναι τοῦτον δοκιμάσας τῆς δεήσεως, πρώτοις περὶ τούτου διαλέγεται τοῖς ἄρχουσι τῶν σωματοφυλάκων, Σωσιβίῳ τῷ Ταραντίνῳ καὶ Ἀνδρέᾳ, συναγωνίσασθαι περὶ ὧν ἐντυγχάνειν μέλλοι τῷ βασιλεῖ παρακαλῶν αὐτούς. προσλαβὼν οὖν καὶ τὴν τῶν προφημένων γνώμην ὁ Ἀριστεύς, προσελθὼν τῷ βασιλεῖ λόγους περὶ αὐτῶν τοιούτους ἐποιήσατο. "[u] ἃ χρή σε ἀπαλλαγέντας ἡμᾶς, ὦ βασιλεῦ, "[v] προϊδεῖν, ἀλλὰ ταλήθεις ἀπελέγχειν. τοὺς γὰρ τῶν Ἰουδαίων "νόμους οὐ μεταγράψαι μόνον, ἀλλὰ καὶ [x] ἑρμηνεῦσαι διανο- "κόπτεις εἰς τὸ σοὶ κεχαρισμένον, [y] πίνι λόγῳ χρώμενοι τῷ "πράξαμεν ἂν, πολλῶν Ἰουδαίων ἐν τῇ σῇ βασιλείᾳ δο- "λούλων; ὃς, τῇ σωτοῦ μεγαλοψυχίᾳ καὶ χρηστότητι πιστῶν "ἀνηλάθως, ἀπόλυσον τὴν παλαιπωρίας, τοῦ βασιλέως "σε διεπονοῦ καὶ θεμένους τοὺς νόμους αὐτοῖς Θεοῦ, καθὼς "ἐμοὶ πολυπραγμονήσαντι μαθεῖν ὑπῆρξε. τὸ γὰρ ἅπαν- "τα συνησάμενον Θεὸν καὶ ἔστι καὶ ἡμεῖς σεβόμεθα, ζῆνα κα- "λοῦντες αὐτὸν [z] ἐτύμως, ἀπὸ τοῦ συμπασι ἐμφῦσαν τὸ ζῆν "τοῦ ἐπικλησιν αὐτοῦ [a] νοήσαντες. ὅθεν εἰς τιμὴν τοῦ Θεοῦ, "[b] τοῖς ἐξαίρετον τοῦ εἰς αὐτὸν θρησκείαν πεπιστευμένοις, "ἀπόδος αὐτοῖς τὴν πατρίδα, καὶ τὸ ἐν αὐτῇ βίον [c] ἀπολη- "φόζειν. ἴσθι μέντοιγε, ὦ βασιλεῦ, ὡς ἔστι γένει προσή- "κων αὐτοῖς, ἔτε ὁμόφυλος [d] αὐτῶν ὢν ταῦτα περὶ αὐ- "τῶν ἀξιῶ. πάντων γὰρ ἀνθρώπων δημιούργημα ὄντων καὶ "Θεοῦ, [e] καὶ γινώσκων αὐτὸν ἡδόμενον τοῖς εὐποιοῦσιν, [f] ἐπὶ "τούτῳ καὶ σὲ παρακαλῶ.

γ'. Ταῦτα εἰπόντος τοῦ Ἀριστέως, ἀναβλέψας εἰς αὐτὸν ὁ βασιλεὺς ἱλαρῷ τε γενόμενος τῷ προσώπῳ, πόσας, εἶπεν, ὑπολαμβάνεις τοὺς ἀπολυθησομένους ἔσεσθαι μυριάδας; ὑπολυχόντος δ' Ἀνδρέου, παρῳκηκέναι γὰρ, καὶ φάσκοντος ὀλίγας πλείονας ἔσεσθαι τῶν [g] δέκα μυριάδων. ἢ μικρὰν ἄρα [h] ἡμᾶς, εἶπεν, Ἀριστεῦ, δωρεὰν αἰτεῖς; Σωσιβίου δ' καὶ τῶν πα-

h Η ἡδὺ] Οι ὁ ἥδομαι *L. B.*
i Περὶ] Τὰ περὶ *L. B.*
k Ἔχοι συνειλεγμένας βιβλίων.] Sic *MSS.* ἔχει in *Editis.*
l Εἶπεν εἶναι περὶ εἴκοσιν,] Illud εἶπεν ex *MSS.* agnoscunt etiam *Epiphanii* libri, *Aristeas*, & *Eusebius.*
* *Ducenta millia*,] In *Vet. Interpr.* perperam *viginti millia*, & dein *quinquaginta.*
m Συρων] *L. B.* Συριων.
n Απηχειν,] *L. B.* απεχειν.
o Δόξας] *L. B.* δέξας.
p Τὸ πλῆθος αὐτῶν τῶν βιβλίων] *L. B.* πλήθους αὐτῷ βιβλίων.
q Ἀριστεύς δέ τις,] Ita passim *Flavius.* Ἀριστέας *Aliis.*
r Εν τοῖς] *L. B.* ἐν τοῖς.
s Καὶ απολαυζομενου] *L. B.* ἀπολαυζομένου.
t Αἰχμαλώτους Ἰουδαίους,] Ita *MSS.* & *Epiphan.* αἰχμαλώτους deëst *Editis.*
v Προϊδεῖν,] Προϊδεῖν τι *NC.*
x Ερμηνεῦσαι] Μεθερμηνεῦσαι in *MSS.*
y Τίνι λόγῳ χρώμενοι] Τίνι τῷ λόγῳ *Hen.* & *Busb.* τίνι λόγῳ *L. B.*
z Ετύμως, ἀπὸ δὲ συμπασι] Lege ἐτύμως ἀπὸ πασι &c. COCC, & ita corrigere jubet HUDS. in *Addendis*, sicuti fecimus pro ἑτοίμως. HAV.
a Νοησαντες·] *L. B.* θέντες.
b Τοῖς ἐξαίρετον τοῦ εἰς αὐτὸν θρησκείαν πεπιστευμένοις, ἀπόδος αὐτοῖς] *L. B.* τοὺς ——— πεπιστευμένους ἀπόδος τοῖς &c.
c Απολληφόσιν.] Απολελοιπόσιν *Hen. Busb.* (*Cocc.*) & *NC.* HUDS. ἀπολελοιπόσιν *L. B.*
d Αὐτῶν ὢν ταῦτα] Αὐτῶν desideratur in *iisd. MSS.*
e Καὶ γινώσκων αὐτὸν] Καὶ δὴ γινώσκων *Hen.* & *Busb.*
f Επὶ τούτῳ καὶ σὲ παρακαλῶ.] Επὶ τοῦτο *NC.* & *Lugd. Bat.*
g Δέκα μυριάδων.] Ita cum *Aristea*, *Eusebio*, *Vet. Interpr.* & *Josepho* ipso infr. §. 4. ἑνδεκα in *Editt. Basil.* & *Gen.* nec non in *MSS.*
h Ημᾶς, εἶπεν,] *L. B.* εἶπεν ἡμᾶς.

παρόντων φησάντων, ὡς ἄξιον αὐτὸν [i] δεῖ τὴν αὐτοῦ μεγαλοψυχίας τῷ παρεχηκότι τὴν βασιλείαν Θεῷ χαρισήμενον ποιήσασθαι· [k] διαχυθείς ὑπ' αὐτῶν, ἐκέλευσεν, ὅταν τοῖς στρατιώταις ἀποδίδωσι τὸ μισθοφορικὸν, καὶ ὑπὲρ ἑκάστου τῶν παρ' αὐτοῖς αἰχμαλώτων καταβαλεῖν [l] δραχμὰς ἑκατὸν εἴκοσι. καὶ περὶ ὧν [m] ἠξίου προθεῖναι γράμματα ὑπέσχετο [n] μεγαλοπρεπῶς ἔχοντα, καὶ τὴν Ἀριστέου προαίρεσιν βεβαιῶσαι, καὶ [o] περὶ τούτου τὴν τοῦ Θεοῦ βούλησιν· καθ' ἣν ὃ μόνον τοὺς [p] ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἀχθέντας αὐτοὺς καὶ τὰ ἐκείνου [q] στρατιᾶς [r] ἀπολυσὴν ἔλεγεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς προυπάρχοντας ἐν τῇ βασιλείᾳ, καὶ εἴ τινες αὖθις ἐπεσήχθησαν. πλείονων [s] ἢ ἑκατὸν εἰκοσίων ταλάντων [t] τὴν ἀπολυτρώσεως γενήσεσθαι φαμένων, τοῦτό τε συνεχώρησε, καὶ τὸ ἀντίγραφον τοῦ προσταγματος, εἰς δήλωσιν τῆς Βασιλέως μεγαλοφροσύνης, [v] ἐγνωσαν διαφυλάξαι. ὧδε ἦν τοῦτο. "Ὅσοι τῶν συστρατευσαμένων ἡμῖν "τῷ πατρὶ, τήν τε [x] Συρίαν καὶ Φοινίκην ἐπέδραμον, καὶ τὴν "Ἰουδαίαν καταστρεψάμενοι, σώματα λαβόντες αἰχμάλωτα, "διεκόμισαν εἰς τε τὰς πόλεις ἡμῶν καὶ [y] τὴν χώραν, καὶ τοῦτο "ἀπεμπόλησαν, τούς τε πρὸ αὐτῶν ὄντας ἐν τῇ ἐμῇ βασιλείᾳ, "καὶ εἴ τινες νῦν εἰσήχθησαν, τούτους ἀπολυέτωσαν, οἱ παρ' "αὐτοῖς ἔχοντες, ὑπὲρ ἑκάστου σώματος λαμβάνοντες "δραχμὰς ἑκατὸν εἴκοσι, οἱ μὲν στρατιῶται μετὰ τὸν ὀψωνίων, οἱ δὲ λοιποὶ ἀπὸ τῆς βασιλικῆς τραπέζης κομιζόμενοι "τὰ λύτρα. νομίζω γὰρ αὐτοὺς καὶ παρὰ τὴν τοῦ πατρὸς προ"αίρεσιν καὶ παρὰ τὸ θεῖον [z] ἠχμαλωτίσθαι, τὴν δὲ χώραν αὐ"τῶν διὰ τὴν στρατιωτικὴν αὐθάδειαν κεκακῶσθαι, καὶ διὰ "τὴν εἰς Αἴγυπτον αὐτῶν μετάγωγὴν πολλὴν ὠφέλειαν ἐκ "τούτου τοῖς στρατιώταις γεγονέναι. τὸ δίκαιον οὖν σκοπῶν "καὶ τὰς [a] καταδωσασθομένας παρὰ τὸ προσῆκον ἐλεῶν, "ἀπολύειν κελεύω τοὺς ἐν [b] οἰκετείαις ὄντας Ἰουδαίους, "τὸ προσηγορευμένον κομιζομένους ὑπὲρ αὐτῶν κεφά"λαιον [c] τοὺς κεκτημένους· καὶ μηδένα περὶ τούτων κα"κουργεῖν, ἀλλ' ὑπακούειν τοῖς προστεταγμένοις. [d] βούλομαι "δὲ τοὺς ἀπογραφὰς, ἀφ' ἧς ἐξεπέμφθησαν, ἐπὶ τρεῖς ἡμέ"ρας παρεῖναι πρὸς τοὺς ἐπ' αὐτῶν ὑπάρχοντας, παραδει"κνύτας [e] αὐτοῖς καὶ τὰ σώματα. τοῦτο γὰρ [f] καὶ τοῖς ἐμαυτοῦ "πράγμασιν ἡγοῦμαι συμφέρειν. προσαγγελλέτω δὲ τοὺς "ἀπογραφομένους ὁ βουλόμενος, ὧν τὰς οὐσίας εἰς τὴν βασι"λικὴν κτῆσιν ἀνενεχθῆναι βούλομαι." τοῦτο δὲ [g] τοῦ προστάγματος [h] ἀναγνωσθέντος τῷ βασιλεῖ, καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἔχοντος, μόνου δὲ λειπομένου τοῦ περὶ τοῦ πρότερον καὶ τῶν αὖθις εἰσηγμένων Ἰουδαίων μὴ διεσκέφθαι, προσέθηκεν αὐτὸς μεγαλοφρόνως καὶ τὸ περὶ τούτων φιλάνθρωπον, καὶ τὴν τῶν [i] διαφόρων δόξιν ὅσαν ἀθρόαν ἐκέλευσε τοῖς ὑπηρέταις τῶν [k] πραγμάτων ἀπομερίσαι καὶ τοῖς βασιλικοῖς

erant, dixissent, debere eum dignam sua munificentia gratiam Deo rependere, qui ei regnum conciliasset: *Rex* ex illis gaudio perfusus jussit, ut cum militibus stipendia solverent, etiam pro captivis, qui apud eos essent, penderent in singula capita drachmas centum viginti. Ac de ipsius postulatis promisit libellos se magnifice scriptos editurum, quibus Aristæi propositum, & ante id Dei voluntas confirmaretur: ex qua non solum ductos à patre suo & ejus exercitu liberaturum se dixit, sed etiam eos qui ante erant in regno, & siqui postea fuerant adducti. Et cum eam liberationem dicerent plusquam quadraginta talenta poscere, *nihilominus* concessit; atque edicti exemplar, quo illustrior esset Regis magnanimitas, *posteris* conservari voluerunt. Erat autem hujusmodi. "Quicunque sub patre nostro militantes Syriam & Phœnicem incursarunt, pervastataque Judæa mancipia inde in urbes regionemque nostram deportarunt ac vendiderunt; itemque qui ante nos erant in meo regno, & si qui nunc adducti sunt, hos manumittunto, qui penes sese habent, accipientes pro singulis capitibus drachmas centum viginti, ita ut milites quidem una cum stipendiis, reliqui autem à mensa regia redemptionis pretium reportent. Arbitror enim eos contra patris voluntatem, contraque æquitatem, captivos esse factos, eorumque terram licentia militari afflictam, & ex eorum in Ægyptum translatione magnam utilitatem partam esse militibus. Quapropter justitiæ rationem habens, & eorum misericordiam capiens qui inique opprimuntur, impero iis, qui Judæos habent in suo servitio, ut eos manumittant domini pro præscripta summa; neve quisquam in hac re dolo malo agat, sed imperatis obediat. Volo autem ut intra triduum, ex quo allatum erit hoc edictum, apud eos, qui huic negotio præsint, profiteantur, eisque simul etiam corpora ostendant: hoc enim etiam è re mea esse duco. Quod si qui dicto audientes non fuerint, eorum nomina qui volet deferto, eorumque bona in fiscum regium referuntor." Cum *primum* hoc edictum prælectum esset Regi, atque alia quidem *recte* haberet, hoc vero desideraretur, quo cautum esset illis quoque, qui vel ante *aderant* vel postea sunt adducti ex Judæa, ille & hoc quicquid est benigni eis pro sua magnanimitate indulsit, jussitque solutionem, ut quæ multiplex & cumulata esset *futura*, inter rerum agendarum ministros partiri & regios nummularios. Hoc autem

Ptolemæi mandatum de manumittendis Judæis.

Regis erga Judæos benignitas & liberalitas prolixa.

[i] Δεῖ] Idem δ' οἱ.

[k] Διαχυθεὶς ὑπ' αὐτῶν,] Διαχυθεὶς δὲ μᾶλλα τοῖς ὑψωνίοις *Aristeæ.*

[l] Δραχμὰς ἑκατὸν εἴκοσι.] Pro ἑκατὸν εἴκοσι (quod reperitur in omnibus *Josephi* libris, tam *Græcis* quam *Latinis*) ἑκατὸν iterum iterumque habent *Aristeæ* exemplaria, quod sane mihi verisimilius videtur. Vide *Usserium* in *Annalibus Vet. Test.* ad A. M. 3727.

[m] Ἠξίου] *L. B.* ἀξίων. Lege ἠξίουν. COCC.

[n] Μεγαλοπρεπῶς ἔχοντα,] Μεγαλοπρεπῶς δὲ ἔχοντα *Hen.* & *NC.* μεγαλοπρεπῶς τε ἔχοντα *Busb.* & *L. B.*

[o] Περὶ] *L. B.* πρὸς.

[p] Ὑπὸ τοῦ] Abest ultima a *L. B.*

[q] Στρατιᾶς] *Al.* στρατείας.

[r] Ἀπολύσειν ἔλεγεν,] Ita cum (*L. B.*) & *NC.* ἀπολύειν in *cæteris.*

[s] Δὲ ἢ] *L. B.* δὴ ἢ.

[t] Τῆς ἀπολυτρώσεως] Forte τὰ ἀπολ. COCC.

[v] Ἐγνωσαν διαφυλάξαι.] Ita *Busb.* (*L. B.*) *N. C.* & *Epiphan.* ἔγνων in *cæteris.*

[x] Συρίαν καὶ Φοινίκην ἐπέδραμον] Ita cum *MSS.* & *Vet. Interpr.* Συρίαν τε Φοινίκην ἐπέδραμον in *Editis.*

[y] Τὴν χώραν,] Χώρα proprie Ægyptus interior. Græv. ad gloss. Isidori. REL.

[z] Ἠχμαλωτίσθαι,] Sic *MSS.* αἰχμαλωτίσθαι in *Editis.*

[a] Καταδωσασθομένας] Ita etiam apud *Aristeam.* καταδιδωσασθομένης in *MSS.*

[b] Οἰκετείαις] *L. B.* οἰκεσίαις. Lege οἰκειΐαις. COCC.

[c] Τοὺς κεκτημένους·] Κεκτημένοις *heri* dicti respectu servorum, *Aristoph. Plut.* p. 1. τῷ κεκτημένῳ· vid. Athen. lib. XIV. p. 657. E. Sic κεκτημένη hera *Aristoph. Eccles.* p. 717. & Lucian. in Asino p. 122. SPANH.

[d] Βούλομαι δὲ τὰς ἀπογραφὰς,] Ita *Basil.* & *Gen.* βούλομαι δὲ τοὺς προγεγραφὰς, ἀφ' ἧς ἐξεπέμφθησαν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ποιεῖσθαι πρὸς τοὺς ὑπ' αὐτῶν ὑπαρχοντας, παραδεικνύτας αὐτοῖς καὶ τὰ σώματα. nec aliter in *MSS.* nisi quod ὦδε pro αὐτοῖς habeant *Hen.* & *NC.* In *Epiphanii* versione, *Dispositiones autem meas præcipio, ex quo missæ sunt, per tres dies proponi, quatenus ad judices domini conveniant, corpora statim ostendentes.* Apud *Aristeam*, τὰς δὲ ἀπογραφὰς ὑπὲρ ἡμέρας τρεῖς, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἔκκειται τὸ πρόσταγμα, ποιεῖσθαι πρὸς τοὺς κατεπαλτίνους πρὸ τούτου, καταδεικνύτας ὧδε καὶ τὰ σώματα, unde rescribendum censui, βούλομαι δὲ τὰς ἀπογραφὰς, ἀφ' ἧς [ἡμέρας] ἐξεπέμφθησαν [τὸ πρόσταγμα], ποιεῖσθαι τοὺς ἐπ' αὐτῶν ὑπάρχοντας ποιοῦσθαι, παραδεικνύτας αὐτοῖς καὶ τὰ σώματα. Si quis ὧδε pro αὐτοῖς malit, non repugnabo.

[e] Αὐτοῖς] *L. B.* εὐθὺς. Lege ὧδε. *Vetus* statim. COCC.

[f] Καὶ τοῖς ἐμαυτοῦ πράγμασιν] Καὶ deest *Hen.* & *NC.* Forsan τοῦτο γὰρ ἡμῖν καὶ τοῖς πρ.

[g] Τοῦ προστάγματος ἀναγνωσθέντος] Τῷ γράμματος ἀναγνωσθέντος *L. B.*

[h] Ἀναγνωσθέντος] Ita cum *Hen. NC.* & *Vet. Interpr.* ἀνενεχθέντος in *Editis.*

[i] Διαφόρων] Ita *Gall.* & *Arist.* τῶν ἀφ' φόρων *NC.* τῶν φόρων in *Editis Alisique.*

[k] Πραγμάτων ἀπομερίσαι] Sic *Hen. NC.* (*L. B.*) *Vet. Interpr.* & *Arist.* ταγμάτων in *Editis Alisique.*

tem facto, Regis jussa septem non amplius diebus peracta sunt, impensis in eam liberationem talentis plus quadringentis sexaginta. Nam etiam pro parvulis exigebant domini centenas vicenas drachmas, quasi Rex etiam eorum nomine solvi jussisset, dum scripsisset accipiendum pro singulis capitibus quod dictum est.

Ptolemæus jubet Demetrium suam de legibus Hebraïcis interpretandis sententiam scriptis sibi proponere.

3. Hæc ubi ex sententia Regis magno cum decore acta erant, imperavit Demetrio, ut quid ipse de Judæorum libris describendis sentiat sibi libello proponeret. Nihil enim ab iis Regibus temere unquam administratum, sed omnia multa cum diligentia fieri consueverant. Unde mihi visum est libelli *hujus* & epistolarum exemplaria ordine collocare, necnon missorum etiam donariorum numerum, cum proprio singulorum apparatu, ut exquisita opificis magnificentia ab omnibus spectetur, & ex operum præstantia eximia quis uniuscujusque artifex sit primo intuitu cognoscatur. Et quidem libelli exemplar ita se habet.

Demetrii ad Regem supplex libellus.

"Regi magno Demetrius. Quod mihi dederas in "mandatis, ô Rex, ut qui ad bibliothecæ com-"plementum deessent, ii per me libri congererentur, & ut illis, quibus aliqua forte exciderint, "cura debita adhiberetur, summa hac in re dili-"gentia defunctus significo tibi libros legislatio-"nis Judæorum à nobis desiderari cum aliis. Nam "cum Hebraïco charactere & patria ipsorum lin-"gua scripti sint, intelligi à nobis non possunt. "Contigit autem & ipsos negligentius, quam *ab* "*auctoribus* se habent, * notatos esse; quod non-"dum regia eis cura consuluerit. Oportet ideo ut "istos etiam ad amussim exactos penes te habeas. "nam ita comparata est ea legislatio, ut altioris cu-"jusdam sapientiæ & sinceriſſimæ integritatis plena "sit, utpote à Deo profecta. Quare nec poëtæ, nec "qui historias conscripsere ejus meminerunt, quem-

Hecatæus Abderita.

"admodum Hecatæus Abderita testatur, adeo-"que nec hominum illorum, qui ex ejus præce-"ptis vitam instituerunt, quod casta esset & *augu-*"*sta*, & profano ore & *sermone* exponi non opor-"teret. Quam ob rem, si ita tibi visum fuerit, ô "Rex, scribes ad Judæorum pontificem, ut ad te "mittat seniores sex ex singulis tribubus, legum "peritissimos, à quibus postquam librorum illo-"rum apertum & consonum sensum intellexeri-"mus, & accuratam acceperimus rerum interpre-"tationem, digna hæc desiderio tuo colligamus.

Regi visum est ad Judæorum pontificem scribere & dona mittere.

4. Hujusmodi itaque libello *supplice* oblato, jussit Rex, ut de his scriberetur Eleazaro Judæorum pontifici, eique simul manumissio declararetur servientium in Ægypto Judæorum. Itemque ad faciendos crateras & phialas & calices misit auri

τραπεζίτας. γινομένης δὲ τούτου, ταχέως ἐνεπλήσθη πάσας ἡμέρας τελοῦσι εἰλήφει τὰ δοχθέντα τῷ βασιλεῖ. πάλαντα δὲ ὑπὲρ ἑξήκοντα ἐστὶ τάλαντα ἑξακόσια τῶν λύτρων ἐγένετο. καὶ γὰρ ὑπὲρ τῶν νηπίων εἰσέπραττον οἱ δεσπόται τὰς εἴκοσι ἑκάστου δραχμὰς, ὡς δὴ βασιλέως ὑπὲρ τούτων δίδοναί κελεύσαντος, ἐν τῷ προσγράψαι ὑπὲρ ἑκάστου σώματος λαμβάνειν τὸ προειρημένον.

γ'. Ἐπειδὴ δὲ ταῦτ' ἐγένετο κατὰ τὸν δ' βασιλέως βούλησιν μεγαλοπρεπῶς, ἐκέλευσε τὸν Δημήτριον [1] ἐκδοῦναι καὶ τὸ περὶ τῆς τῶν Ἰουδαϊκῶν βιβλίων ἀναγραφῆς δόγμα. ἐώθει γὰρ εἰκῆ τοῖς βασιλεῦσι [m τούτοις] [n] οἰκονομεῖσθαι, πάντα δὲ μετὰ πολλῆς ἐπιμελείας ἐπράττετο. διὸ καὶ τὸ τῆ [o] ἐκδόσεως ἀντίγραφον καὶ τὸ τῶν ὑπομνημάτων [p] κατατέτακται, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἀπεσταλμένων ἀναθημάτων, καὶ τὸ ἐφ' ἑκάστου κατασκευασθὲν, ὡς ἀκριβεστάτων εἶναι τοῦ δ' τεχνίτου τοῖς ὄρεσι μεγαλουργίαν, καὶ διὰ τοῦ τῶν κατασκευασμάτων ἐξοχοῦ, τὸν ἑκάστου δημιουργὸν εἶναι δῆθεν γνώριμον. τῆς μέντοι ἐκδόσεως τὸ ἀντίγραφον ὑπῆρχε τοιοῦτον. "Βασιλεῖ μεγάλῳ "[q] παρὰ Δημητρίου. Προσέταξάς σε, ὦ βασιλεῦ, πε-"ρί τε τῶν ἔτι λειπόντων εἰς ἀναπλήρωσιν τῆς βιβλιο-"θήκης συγγραμμάτων, ὅπως συναχθῇ, καὶ περὶ τῶν "διαπεπτωκότων ὅπως [r] τῆς δεούσης [s] ἐπιμελείας τύχῃ, "πάσῃ κεχρημένου περὶ ταῦτα σπουδῇ, δηλῶσαί σοι τὰ δ' "Ἰουδαίων νομοθεσίας βιβλία λείπειν ἡμῖν σὺν ἑτέροις. "χαρακτῆρσι γὰρ Ἑβραϊκοῖς γεγραμμένα καὶ φωνῇ τῇ "ἐθνικῇ ἐστιν ἡμῖν ἀσύμφωνα. συμβέβηκε δ' αὐτὰ καὶ ἀ-"μελέστερον ἢ [t] ἔχρῆν σεσημάνθαι, διὰ τὸ βασιλικῆς ἐ-"πιμελείας τυχεῖν. ἔστι δὲ ἀναγκαῖον εἶναι καὶ "ταῦτα πρὸς σὲ διηκριβωμένα. Φιλοσοφώτερον γὰρ "καὶ ἀκέραιον τοῦ νομοθεσίαν εἶναι συμβέβηκεν, ὡς ἂν "ἦσαν Θεοῦ. διὸ καὶ τοὺς ποιητὰς αὐτῆς, καὶ συγγρα-"φεῖς τῶν ἱστοριῶν, οὐκ [v] ἐπιμνηθῆναι, φησὶν [x] Ε-"καταῖος ὁ Ἀβδηρίτης, οὐδὲ τῶν κατ' αὐτὸν πολιτευ-"σαμένων ἀνδρῶν, ὡς ἀγνῆς ὕσης, καὶ μὴ δέον αὐτὸν "βεβήλοις στόμασι διασυρθῆναι. ἐὰν οὖν σοι δοκῇ, "βασιλεῦ, γράψεις τῷ τῶν Ἰουδαίων ἀρχιερεῖ, ὅπως "ἐκλογεῖλῃ τῶν πρεσβυτέρων ἐξ ἑκάστης [y] φυλῆς, "τοὺς ἐμπροτάτους τῶν νόμων, [z] ἀφ' ὧν τὸ τῶν βι-"βλίων σαφὲς καὶ σύμφωνον [a] ἐκμαθόντες, καὶ τὸ κα-"τὰ τὴν ἑρμηνείαν ἀκριβὲς λαβόντες τῶν [b] πραγμά-"των, ἀξίως τοῦτο τῆς προαιρέσεως συναγάγω-"μεν.

δ'. Τοιαύτης δὲ τῆς [c] ἐκδόσεως γενομένης, ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσεν Ἐλεαζάρῳ τῷ ἀρχιερεῖ τῶν Ἰουδαίων γράφῆναι περὶ τούτων, ἅμα δὲ τὴν ἄφεσιν τῶν δουλούντων παρ' αὐτοῖς Ἰουδαίων δηλοῦντας αὐτῷ. καὶ πρὸς [d] προσκυνοῦντ' καὶ

l Ἐκδοῦναι] In *Aristeæ* libris εἰσδοῦναι.

m [Τούτοις] Illud τούτοις, uncis inclusum, ex Aristea adjectum esse volui.

n Ὠκονόμηϐ',] Διῳκεῖτο *Aristea*.

o Ἐκδόσεως ἀντίγραφον] Ita *NC.* & *Euseb.* de *Præp. Evang.* p. 353. in *Josephi Editis Aliisque* utroque loco εἰσδόσεως, prout in *Aristeæ* libris.

p Κατατέτακ'),] Κατακεχώρισται in *Aristeæ* libris, unde forsan aliquis hîc loci malit κατατέταχται, aut media voce κατατέταγμαι, præsertim cum *Epiphanius* vertat *designavimus*.

[s] Πάλιν,] Πάλις de Roma *Zonaras* p. 239. εἰς Ρόδον ἐπείγετο πρὸς τ Καίσαρα· Κατακλεύσας ἢ &c. nempe εἰς τὸν πάλιν, & quod malè ibi expressit Zonaræ Interpres. SPANH.

[t] Οὐδὲν ὑφεικώς.] Οὐδὲν ὑφῆκεν, ἀλλ' ὅτε καὶ καινολογῆσαι λόγε *Busb.*

[v] Ἁμαρτήμασιν,] Ἡμαρτημένοις *Busb.* & *Hen.*

[x] Ανυποδιμήτως.] Forte ἀνεπιλήπτως. COCC.

[y] Ελεγε —— γενέσθαι] Herodis Oratio ad Cæsarem ἄλωσ. lib. 1. c. 20. § 1. & seq. SPANH.

[z] Κατὰ τὸν δυώαμιν, ὡς ἐπ' ἐκείνῳ] Κατὰ τὸν αὐτῷ δυώαμιν *Hen.* ut & *Vat.* qui (cum *Lugd. Bat.*) mox habet ἐπ' ἐκείνῳ.

[a] Μεταβαινούσης τ τύχης,] Μεταβαινούσης καὶ τ τύχης *Vat.*

[b] Σύμβολόν τε ἀξιώτατον Αντωνίῳ,] Σύμβολόν γε δικαιότατον *Vat.*

[c] Υποδεικνύτα Κλεοπάτραν] Ita cum *Cod. Vat.* ὑποδεικνύντα Κλ. ὑπανελέσθαι *Basil.* & *Hen.* προδεικνύντα Κλ. ὑπανελέσθαι *Gen.* HUDS. Eadem ἄλωσ. lib. 1. c. 20. §. 1. SPANH.

[d] Προαιρημένης γὰρ ἐκείνης,] Πρὸς αἱρημένης in *Editis.* προηρημένης *Vat.* Levicula cum mutatione legendum censui προαιρημένης. id quod me monuit Cl. *Lowthius.*

[e] Εσεσθαί σοι πεῖρα] Εστραί σοι *Vat.*

[f] Παρ' αὐτῷ ἐμφαίνων] Εν ἅπασι *Busb.* παρόντα *Vat.* & *Lugd. Bat.*

[g] Διάδημα πάλιν ἐπικαθίσησιν αὐτῷ,] Conf. sup. lib. 14. c. 14. §. 5. SPANH.

[h] Κόιντος Δίδιος] Ita & hic loci & libro 1. *de Bello Jud.* rescripsi ex *Dione* p. 447. cum assensu virorum Clarissimorum, *Casauboni, Usserii, Pagi*, invito tamen *Montacutio*, qui (in *Exercitationibus*, p. 347.) utroque in loco Βεττίδιος malit. Antea editum erat Καπίδιος, pro quo Ταΐδιος vel Ταΐδος in *MSS.* HUDS. Conf. ἄλωσ. lib. 1. c. 20. §. 2. SPANH.

[i] Απάσῃ προθυμίᾳ] Εν ἁπάσῃ προθυμίας *Vat.*

[k] Μονομάχους] Μονομάχας pro μονάρχας (*L. B.* μοναρχεῖς) substitui ex libro 1. *de Bello Jud.* atque ita plane legendum esse monuerunt Viri jam laudati, *Casaubonus* adv. *Baronium*, p. 135. *Edit. Lond. Usserius* in *Annalibus* V. T. p. 477. *Edit. Lond.* & *Pagi* in *Apparatu* ad *Baronium*, p. 24. HUDS. Conf. ἄλωσ. lib. 1. c. 20. §. 2. SPANH.

[l] Αξιώμενος] Ηξιωμένος *Busb.* (*Lugd. Bat.*) *Hen.* & *Vat.*

m Εν

ἐξ ὑπαρχῆς βεβαιοτέραν τὴν βασιλείαν, δόσῃ Καίσαρος, καὶ δόγμασι Ρωμαίων, ὅπερ ἐκεῖνος αὐτῷ πρὸς τὸ βέβαιον ἐπραγματεύσατο, παρέπεμψεν [m] ἐπ' Αἰγύπτου Καίσαρα, δωρησάμενος ὑπὲρ δύναμιν αὐτόν τε καὶ τοὺς φίλους, καὶ πᾶσαν ἐμφαίνων μεγαλοψυχίαν. ἠτεῖτο δὲ καὶ τῶν Αντωνίῳ συνήθων [n] Αλέξανδρον, ὡς μηδὲν ἀνήκεστον παθεῖν· ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐκ ἔτυχεν, ὅρκῳ προκατειλημμένος Καίσαρος. [o] ἐπανιὼν δὲ πάλιν εἰς τὴν Ιουδαίαν πολείονί τε τιμῇ καὶ παῤῥησίᾳ, καὶ τοῖς τὰ ἐναντία προδοκήσασιν ἔκπληξιν παρέσχεν, ὡς ἀεὶ τὸ λαμπρότερον ἐκ τῶν κινδύνων κατ' εὐμένειαν ἕξ Θεοῦ προσεπικτώμενος. [p] εὐθὺς μὲν οὖν περὶ τὴν ὑποδοχὴν ἐγένετο Καίσαρος ὁπότε Συρίας εἰς Αἴγυπτον [q] εἰσβαλεῖν μέλλοι. καὶ παρῆν, δέχεται μὲν αὐτὸν ἐν Πτολεμαΐδι [r] πάσῃ τιμῇ βασιλικῇ· παρέσχε δὲ καὶ τῷ στρατεύματι ξένια καὶ τῶν ὑπαρχόντων ἀφθονίαν. καὶ τοὺς εὐνοϊκοτάτοις ἐξηπάζετο, τάς τε δυνάμεις [s] ἐκπέμπουσι [t] συνιπαζόμενος, καὶ δεχόμενος αὐτὸν καὶ φίλους [u] ἀνδράσιν ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα, πᾶσιν εἰς πολυτέλειαν καὶ [x] πλοῦτον ὑπηρεσίας ἠσκημένοις. παρέσχε δὲ καὶ τὴν [y] ἄνυδρον διερχομένοις, τὴν τῶν ἐπιόντων χορηγίαν, ὡς μήτε οἴνου, μήτε ὕδατος, ὃ καὶ μᾶλλον ἦν ἐν χρείᾳ σπανιώτατος, ὑστερηθῆναι. αὐτόν γε μὴν Καίσαρα πολλοῖς ὀκταικοσίοις ἐδωρήσατο· καὶ παρέσχησεν ἅπασιν ἔννοιαν λαβεῖν, ὅτι τῆς βασιλείας ἧς [z] ἔτυχε πολὺ μείζω καὶ [a] λαμπροτέρα τὰ καθ' τὰς ὑπουργίας ἐνδείξατο. τοῦτ' αὐτὸν καὶ μᾶλλον εἰς πᾶσιν εὐνοίας καὶ προθυμίας ἐπιποιήσῃ, καὶ πολείσιν ἠνέγκαλο τῇ χρείᾳ καὶ καιροῦ τὸ μεγαλόψυχον ἁρμόσας. ὁ δὲ, καὶ πάλιν ἐπανιόντων ἀπ' Αἰγύπτου, τῶν πρώτων [b] ἑνὸς τὰς ὑπηρεσίας ἤδιον ἐφάνη.

tione Cæſaris, quam Romanorum ſenatuſconſulto, quod ad majorem certitudinem curavit obtinendum, Cæſarem in Ægyptum *proficiſcentem* deduxit, eumque & ejus amicos ſupra vires muneratus eſt, ſeſe quam potuit magnificentiſſime gerens. Quin & petebat, ne quid Alexander, qui fuerat ex familiaribus Antonio, gravius pateretur: ſed illud quidem non impetravit, impediente Cæſarem jurejurando. Rurſus autem in Judæam ſe recepit, majore cum honore & fiducia; eoſque qui contraria exſpectaverant attonitos reddidit, quaſi Dei benignitate majorem ſemper ex periculis ſplendorem ſibi acquireret. Et quidem continuò Cæſarem ut acciperet operam dedit, qui à Syria invaſurus erat in Ægyptum. Atque ubi ille advenit, apud Ptolemaïdem eum omni regio apparatu excepit: inſuper & exercitui ejus lautia dedit, magnamque rerum neceſſariarum copiam. quo factum eſt ut inter fidiſſimos *poſtea* haberetur, una cum eo obequitans dum milites ordinaret & luſtraret, ipſumque & amicos ejus excipiens centum & quinquaquaginta viris *comitatus*, qui ad miniſteria ſplendidiſſima & ſumptuoſiſſima omnes exercitati erant. Quin & ipſos per eam regionem tranſeuntes quæ caret aqua, ita contra inopiam, qua premerentur, munivit, ut nec vino, nec aqua, quæ tum magis neceſſaria erat militibus, caruerint. immo Cæſari octingenta talenta donavit, fecitque ut omnes exiſtimarent, quod majorem in modum & luculentius quam regni facultates ferebant omnia ſuppeditarit. atque inde fiebat ut eo magis illis de ſua benevolentia ſtudioque perſuaderetur; atque ei plurimum profuit, quod ad temporis neceſſitatem magnanimitatem ſuam accommodaverit. Ille etiam, cum iterum ex Ægypto redirent, officia prioribus non minora præſtitit.

Cæſarem magnis muneribus donatum in Ægyptum deducit.

Poſtea Cæſarem ejuſque exercitum honorifice excipit.

Cæſarem DCCC. *talentis donat.*

ΚΕΦ. ζ'. CAP VII.

Ως Ηρώδης Σόημον τὸν Μαριάμνης ἀπέκτεινεν· ἔπειτα Αλεξάνδραν, καὶ Κοστόβαρον, καὶ τοὺς ἀναγκαιοτάτους αὐτῷ φίλους, τέλος δὲ τοὺς Βαβᾶ υἱούς.

Quomodo Herodes Soëmum & Mariamnen interfecit: deinde Alexandram, & Coſtobarum, & amicos ejus maxime neceſſarios, tandemque Babæ filios.

ΤΟτε μέντοι γνόμενος ἐν τῇ βασιλείᾳ, τεταραγμένην αὐτοῦ τὴν οἰκίαν καταλαμβάνει, καὶ χαλεπῶς ἔχοντας [c] τήν τε γυναῖκα Μαριάμμην καὶ τὴν μητέρα τὴν ἐκείνης Αλεξάνδραν. οἰηθεῖσαι γὰρ, ὅπερ γ' [d] ἦν ὕποπτον, οὐκ εἰς ἀσφάλειαν τῶν σωμάτων εἰς ἐκεῖνο καταπεφῆναι τὸ χωρίον, ἀλλ' ὡς εἰς [e] φρουράν, [f] μηδενὸς μήτε τῶν ἄλλων μηθ' αὐτῶν ἐξουσίαν ἔχειν, χαλεπῶς ἔφερον. ἥ τε Μαριάμμη τὸν μὲν ἔρωτα τοῦ βασιλέως, ὑπώκειτο γὰρ ἄλλως καὶ πρὸς τὸ συμφέρον αὐτῷ [g] γινόμενον, ἀπάτην ὑπελάμβανεν· ἦγε γὰρ τῷ μηδ' εἰ πάσχοι τι δεινὸν ἐκεῖνος ἐλπίδα τοῦ [h] βιώσεσθαι δι' αὐτὸν ἐσκηνέναι· καὶ τὰς Ιωσήπῳ δοθείσας ἐντολὰς ἀνεμνημόνευεν, ὥστ' ἤδη παρὰ τοῦ Σόημον, ἐν ἐκείνῳ τὸ πᾶν ἱστάμενον. Σόημος μὲν [i] κατὰ μὲν τὰς ἀρχὰς πιστὸς ἦν, ἅτε ὢν Ηρώδης [k] ἐπιτέλλοντος πάντα· λόγοις δὲ δωρεαῖς λιπαρέστερον τῶν γυναικῶν ἐκθεραπεύσας αὐ-

Mariamne & Alexandra inſenſa Herodi.

Soëmus ad Herodis mandata enunciandæ adductus.

[m] Επ' Αἰγύπτου Καίσαρα,] *Al.* (ut & *L. B.*) ἐπ' Αἴγυπτον.

[n] Αλέξανδρον,] Αλέξας ὁ Λαοδικεὺς dicitur *Plutarcho* in *Antonio*, p. 949. Verum Αλέξας & Αλέξανδρος idem nomen, ut pluribus oſtendit *Grotius* ad cap. 1. *D. Lucæ*. HUDS. Conf. *ἀλλοι.* lib. 1. c. 20. §. 3. SPANH.

[o] Επανιὼν δὲ πάλιν] Ita *Busb.* & *Hen.* perperam ἐπανεῖν in *Editis Aliiſque.*

[p] Εὐθὺς μὲν οὖν] Εὐθὺς ὧν *Hen.*

[q] Εισβαλεῖν μέλλοντος.] Εμβαλεῖν *Hen.* & *Busb.*

[r] Πάσῃ τιμῇ βασιλικῇ·] Πάσῃ τῇ βασιλικῇ θεραπείᾳ (præter *Lugd. Bat.*) *Hen.*

[s] Εκπέμποντος] An ἐξεπέμποντος prout in *de Bello*?

[t] Συνιπαζόμενος] Conf. *ἀλλοι.* lib. 1. c. 20. §. 3. συνιπάσατο ποιούμενος τὴν Πτολεμαΐδα τὴν δυνάμεως ἔξοδον· SPANH.

[u] Ανδράσιν ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα,] *Epiphanius* vertit, *in eæ. domibus ornatis cum amicis ſuſcepit*, ac ſi legiſſet ἀνδρῶσιν.

[x] Πλοῦτον ὑπηρεσίας ἠσκημένοις.] Ita *Hen.* πλούτων in *reliquis.*

[y] Ανυδρον διερχομένοις,] Iterum cum *Cod. Hen.* (ut & *Lugd. Bat.*) ἀνυδρίαν in *cæteris.*

[z] Ετυχε πολυ] Εἶχε pro ἔτυχε *Hen.* & *Vat.*

[a] Λαμπροτέρα] Λαμπροτέρα τοῦ τὰς ὑπουργίας ἐπιδείκνυτο *Hen.*

[b] Ουδένος τὰς ὑπηρεσίας] Οὐδὲν εἰς τὰς ὑπουργίας *Hen.* & *Lugd. Bat.*

[c] Τήν τε γυναῖκα] Sic *MSS.* τὴν γυναῖκα in *Editis.*

[d] Γ' ἦν ὕποπτον,] Ita *Lugd. Bat.* nam *Alii* ἦν ὕποπτον. HAV.

[e] Φρουράν] *L. B.* Φρουρᾷ. Forte ὡς Φρουρᾷ. COCC.

[f] Μηδενὸς μήτε τῶν ἄλλων] *Al.* μηθ' ἑνός.

[g] Γενόμενον,] *L. B.* γινομένῳ.

[h] Βιώσεσθαι δι' αὐτὸν ἐσκηνέναι·] Βιώσασθαι *Busb.*

[i] Κατὰ μὲν] *L. B.* καὶ τὰ μὲν.

[k] Επετέλλετο πάντα.] Ita *Hen.* ἐπετέλλετο πάντες in *cæteris.*

Επι-

mulcerent, paulatim victus cedebat, & ad extremum omnia regis mandata exposuit: præsertim quod non speraret eum cum eadem potestate reversurum. quamobrem, ut qui magis periculum ex illo effugeret, mulieribus non parum gratificari in animum induxit, quas verisimile erat suam retenturas esse dignitatem, immo & majorem gratiam sibi referendi potestatem habere, cum illa vel regnatura vel regnanti proxima futura esset. nec tamen minorem ipsem concipiebat, si Herodes, rebus ex sententia confectis, rediret, ut qui uxoris voluntati nihil contradicere potuerit. nam sciebat regem Mariamnes amore justo vehementius ardere. His inductus *regis* mandata enunciavit. At Mariamne ægre admodum accepit, nova sibi semper alia ex aliis ab Herode nasci pericula: idque iniquo animo ferebat, orans optansque ut ille nihil æqui impetraret, quod vitam cum eo vix vitalem esse sibi persuaderet. id quod postea non dissimulavit, aperte fassa quid ipsam male haberet.

Herodes reversus parum benigne à Mariamne excipitur.

2. At ille quidem cum *domum* revertisset; magna præter spem feliciter assequutus, primæ uxori, ut par erat, læta de istis nunciabat, solamque eam ex omnibus, cæteris prælatam, ex amore & more suo salutabat. Illi autem contigit, ut dum is itineris sui successum narrat, non magis gauderet quam mœreret, neque dolorem suum occultare potuit; sed, dignitatis quippe & nobilitatis suæ conscia, dum salutaretur ingemiscebat, & ex narratione ejus tristitiam magis quam lætitiam præ se ferebat: ut jam Herodes non tam suspicionibus quam factis manifestis turbaretur. Angebatur enim cum videret uxorem in se habere odium inopinatum minimeque occultum: idcirco rem iniquissime tulit, & amoris impatiens, quandoque iratus erat quandoque reconciliatus, semperque ab uno ad alterum transiens in utroque varius erat & inconstans. Atque ita in medio inter amorem & odium nutabat: & cum sæpe eam ob superbiam pœna persequi decreverit, amore victus debilior erat quam ut mulierem *à se* summoveret. Ad summam, cum valde eam punire cuperet, veritus est ne in seipsum nihil tale cogitantem gravius, illâ defunctâ, animadvertat.

Odio pariter ac amore inflammatur Herodes.

Acriores ei stimulos subdunt mater ejus & soror.

3. Cum autem soror ejus & mater animum illius in Mariamnen intellexissent, pulcherrimam se occasionem nactas existimarunt suum in eam odium exercendi: & Herodem, dum sermonem cum eo haberent, calumniis irritarunt acerbis, quibus ad odium & obtrectationem perduci posset. Atqui neque ille hujusmodi verba libenter audiebat, neque in uxorem, quasi illis fidem haberet, aliquid statuere audebat. tamen indies erat alieniore in eam animo; gliscebatque utrinque malum, dum & illa affectum suum non dissimulat, & hic amorem assidue convertit in odium: adeo ut jam tum fuerit in eam gravius aliquid statuturus. Sed cum interea nunciaretur Cæsar victoria potitus, & mortuis Antonio & Cleopatra Ægyptum obtinuisse,

Mortuis Antonio & Cleopatra Ægypto potitur Augustus.

Cæsari celeriter obviam proficiscens domum suam in eo statu reliquit. At discedenti commendavit Mariamne Soëmum, plurimumque ei debere fatebatur qui sui sedulo curam gessisset, eique præfe-

τὸν, ἡδέως τε μικρὸν ἤδη, καὶ τέλος ἐξεῖπεν ἁπάσας τὰς ἐντολὰς τοῦ βασιλέως, μάλιστα μὲν ἀφ' ἑλπίσας αὐτὸν ἐπὶ τὰ αὐτῆς [l] ἐπιστρέψειν ἐξουσίας. ἐν ᾧ καὶ μᾶλλον [m] ἐκφεύγων τὰ ἀπ' αὐτοῦ κίνδυνον, ἡ μικρὰ [n] χαρίσασθαι ταῖς γυναιξὶν ὑπελάμβανεν, αἷς ἐῴκει οὐκ ἀπεικὸς ἔσεσθαι τοῦ σεβασμοῦ τε ἀξιώματος, ἀλλὰ καὶ πλέον εἰς τοῦτο ἀμοιβὴν ἐξεῖναι, [o] βασιλεύσης ἢ τοῦ βασιλεύοντος ἀγχοῦ γεγενημένης. ἐπήλπιζε δ' αὐτὸν οὐκ ἦττον, εἰ καὶ πάντα καὶ νῦν πράξας ὑποστρέψειεν Ἡρῴδης, μηδὲν ὅτι τῇ γυναικὶ δυνήσεσθαι βαρυμένῃ γε ἀντιπεῖν. ἠπίστατο γὰρ τὸ περὶ τοῦτο τὸν Μαριάμμην ἔρωτα μείζονα λόγου τῷ βασιλεῖ. [p] πῶτε τοίνυν [q] προσελκύσασθαι τὰς ἐντολὰς ἐξαγγείλας. Μαριάμμη δὲ χαλεπῶς μὲν ἤκουσεν, εἰ μηδὲν πέρας αὐτῇ τῆς ἐξ Ἡρῴδου κινδύνων ἔσται· χαλεπῶς δὲ διέκειτο, μηδενὸς μὲν τυχεῖν αὐτὸν τῶν ἴσων εὐχομένην, δυσπρίατον δὲ εἰ [r] τύχη τὸ μετ' αὐτοῦ βίον κρίνοιτο. καὶ τοῦτο [s] δηδεῖχθαι ἐν ὑστέρῳ, μηδὲν ἐπικρυψαμένη δὲ κατ' αὐτὸν πάθος.

Β'. Ὁ μὲν δὴ μεγάλοις οἷς παρ' ἐλπίδας [t] ἠντυχήκει κατεπεπλωκὼς, πρώτῃ μὲν ὡς εἰκὸς τῇ γυναικὶ περὶ τούτων εὐηγγελίζετο. μόνην δ' [v] ἐκ πάντων δὴ τὸ ἔρωτα καὶ τοῦτο ἴσον αὐτῷ σπουδὴν ἀσπαζομένη. τῇ δ' ὅτε τὰς [x] εὐημερίας διηγουμένου χαίρειν μᾶλλον ἢ χαλεπῶς φέρειν συνέβαινεν, ὅτ' ἐπικρύπτεσθαι τὸ πάθος δυνατὸν οὐ. ἀλλ' ὑπ' [y] ἀξίας καὶ τὸ σεμνὸν εὐμενείας, ὡς μὲν τὰς ἀσπασμὰς ἀνέσεινε, τοῖς δὲ διηγήμασιν ἄχθεσθαι μᾶλλον ἢ συγχαίρειν ἐνέφαινεν, [z] ὡς ἐκ ὑποπτα μόνον, ἀλλὰ καὶ καταφανῆ γινόμενα τὰ Ἡρῴδου [a] ἐπιπαράπτειν. ἠδημόνει μὲν δὴ ὁρῶν τὸ σεβάσμιον τῆς γυναικὸς πρὸς αὐτὸν μῖσος οὐκ ἀποκεκρυμμένον· ἤχθετο δὲ τῷ πάσματι καὶ τὰ ἔρωτα φέρειν [b] ἀδυνατῶν, τῆς τε ὀργῆς καὶ τῆς διαλλαγῆς οὐκ ἐνέμενεν, ἀεὶ δὲ ἀπὸ θατέρου μεταβαίνων εἰς θάτερον ἐφ' ἑκατέρῳ πολλὴν εἶχεν ἀπορίαν. [c] ἕως μὲν οὖν μέσῳ δὲ συγεῖν καὶ στέργειν ἀπληφθεὶς, καὶ πολλάκις ἑτοίμου ὢν ἀμνάσθαι τὰ ὑπερφανίας αὐτῷ, διὰ τὸ σκηπτεῖσθαι τῷ ψυχῇ ἀθενέστερος εἰς τὸ [d] μεταπίπτειν τῷ ἄνθρωπον ἐφύετο. τὸ δὲ σύμπαν ἡδέως ἂν ἐκείνῳ κηλάσειε, εἰ δεδοικὼς μὴ λάθῃ παρ' [e] αὐτὸ μείζονα τοῦ τιμωρίαν ἀποθανούσης εἰσπραττόμενος.

Γ'. Σωιδᾶσα δὲ αὐτὸν ἕως ἔχουσα πρὸς τὸν Μαριάμμην ἥτε ἀδελφὴ καὶ ἡ μήτηρ, κάλλιστον ὑπῆρχεν τὸ καιρὸν τοῦ πρὸς ἐκείνην μίσους εἰληφέναι· καὶ διαλάλοιν ἐ μικραῖς παροξύνουσαι τὰ Ἡρῴδου ἀφορολαῖς, μῖσος ὁμοῦ καὶ ζηλοτυπίαν ἐμπεσεῖν διωκομένας. ὁ δ' οὔτε τῶν πιστῶν ἀνδρῶν ἤκουε λόγων, ἔτε ὁρᾶν τι καὶ τὰ γυναικὸς ὡς πεπισδυκὼς ἐπεθάρρει. χεῖρον μέντοι πρὸς αὐτὸν εἶχεν ἀεὶ, καὶ τὸ πάθος ἀνεκαίετο, τὰ μὲν οὐκ ἀποκρυπτομένης τοῦ ἀφθίτου, καὶ δὴ τὰ ἔρωτα πρὸς ὀργὴν ἀεὶ μεταβάλλοντος· καὶ εὐθὺς ἐπεάχθη τι τῶν ἀνηκέστων. νυνὶ δὴ Καίσαρος ἀγγελθέντος κρατεῖν τῷ πολέμῳ, καὶ τεθνηκότων Ἀντωνίου καὶ Κλεοπάτρας ἔχειν Αἴγυπτον, ἐπιόντος εἰς τὸ Καίσαρι ἀπαντᾶν, κατέλιπεν ὡς εἶχε τὰ πρὸς τὴν οἰκίαν. ἐξιόντι δὴ Μαριάμμη προσφωνησαμένη τὸν Σόημον, πολλὴν τε χάριν τοῦ ἐπιμελείας ὁμολογεῖ, καὶ μεγαρχίαν αὐτῷ προσ-

[f] Γε-

[l] Ἐπιστρέψειν] *L. B.* ὑποστρέφειν.
[m] Ἐκφεύγων] *L. B.* ἐκφυγὼν.
[n] Χαρίσασθαι ταῖς γυναιξὶν] Χαριεῖσθαι *Hen. & Lugd. Bat.*
[o] Βασιλεύσης ἢ τοῦ βασιλεύοντος] Βασιλεύσας & mox γενησομένας *Hen.* (& *Lugd. Bat.*) unde aliquis (sicuti & *Cocceius* in ora codicis sui) forsan βασιλεύσαις & γενησομένοις legendum esse conjiceret. βασιλεύσης τοῦ βασ. *Vat.*
[p] Ταῦτα —— ἐξαγγείλας] *Rufinus*: Itaque cum hujusmodi illum fefellisset spes, secreta omnia indicavit. SPANH. *L. B.* ταῦτ' ἂν.
[q] Προσελκύσασθαι] Ita ex conjectura. προσελκύσαντα in *libris* omnibus, nullo plane sensu.
[r] Τύχῃ] *L. B.* τύχοι.
[s] Διέδειξεν] *L. B.* ἢ ἔδειξεν.
[t] Ηντυχήκει] Ita *Busb.* ἀντυχήκει in *cæteris*.
[v] Ἐκ πάντων] Ἐκ πασῶν legisse videtur *Gelenius*, non item *Rufinus* Solamque præponens omnibus. SPANH.
[x] Εὐημερίας] Conf. supr. c. 5. §. 5. SPANH.
[y] Ἀξίας καὶ τὸ σεμνὸν εὐμενείας.] Sic *Busb.* (& *Lugd. Bat.*) ἀδοξίας in *Editis Aliisque*. Est qui legendum conjicit, ἀπ' ἀδοξίας αὐτῇ καὶ τὸ σεμνὸν αὐτῆς εὐμενείας.
[z] Ὡς ἐκ] *L. B.* ὡς δ' ἐκ.
[a] Ἐπιπαράπτειν.] Ἐπιβάπτειν *Hen.*
[b] Ἀδυνατῶν,] Ἀδύνατον ἦν *Hen.* & *Lugd. Bat.* sed in *marg.* ἀδυνατῶν.
[c] Οὕτως ἦν] *L. B.* ἕως ἂν.
[d] Μεταπίπτειν τὸν ἄνθρωπον ἐφύετο.] Μεταπίπτων *Busb.* μεταπίπτειν *Hen.* & *Vat.*
[e] Αὐτῷ] *L. B.* αὐτῆς.

τ̃ βασιλέως ἐτήσαντο. καὶ κεῖνος μὲν τυγχάνει τ̃ τιμῆς. Ἡρώδης δ̃ ἡνίκα ἐν Αἰγύπτῳ, Καίσαρί τε μ̃ ἀπλήστως συνεγχάνει τ̃ παῤῥησίας, ὡς ἤδη φίλος, καὶ μεγίστων ἠξιώθη. τῶν τε γὰρ Κλεοπάτραν δορυφορούντων [f] Γαλατῶν τετρακοσίοις αὐτὸν ἐδωρήσατο, καὶ τὴν χώραν ἀπέδωκεν αὖτις πάλιν, ἣν δι' ἐκείνης ἀφῃρέθη. προσέθηκε δ̃ καὶ τ̃ βασιλείᾳ [g] Γάδαρα καὶ Ἵππον καὶ Σαμάρειαν, ἔτι δ̃ τ̃ παραλίαν Γάζαν καὶ Ἀνθηδόνα καὶ Ἰόππην καὶ Στράτωνος πύργον.

δ'. Ἐπιτυχὼν δὲ καὶ τούτων λαμπροτέρων ἐκείνων· καὶ τ̃ μὲν Καίσαρα παρέπεμψεν ἐπ' Ἀντιοχείας. αὐτὸς δ' ἐπανελθών, ὅσον ὤφελε τὰ πράγματα οὕτως ἔξω τ̃ ἔξωθεν ἐπιδιδόναι πρὸς εὐδαιμονίαν, τοσοῦτον ἔκαμνε τοῖς οἰκείοις, καὶ μάλιστα περὶ τ̃ γάμον, ἐν ᾧ καὶ μᾶλλον εὐτυχεῖν ἐδόκει πρότερον. [h] ἔρωτι γὰρ ἐδένος ἐλάττων τ̃ ἰσχυόντων ἐπεπόνθει μ̃ δικαίως τ̃ Μαριάμμης. ἡ δὲ, [i] τὰ μὲν ἄλλα σώφρων καὶ πιστὴ πρὸς αὐτὸν ἐκείνῳ. εἶχε δέ τι ἐκ γυναικεῖον ὁμοῦ καὶ χαλεπὸν ἐκ φύσεως, ἱκανῶς μὲν [k] ἐντρυφῶσα δεδουλωμένῳ διὰ τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ τὸ βασιλεύεσθαι καὶ κρατεῖν [l] ἄλλον αὐτῆς ὑ συγκαταλογιζομένη τῷ καιρῷ, πολλάκις μὲν ὑβριστικῶς αὐτῷ προσηνέχθη, καὶ τ̃τ' ἐκεῖνος ἐξειρωνευόμενος ἔφερεν ἐγκρατῶς καὶ μετρίως. ἀναφανδὸν δ̃ [m] τὴν τε μητέρα καὶ τὴν ἀδελφὴν ἐπὶ δυσγνωμοσύνῃ διεκελεύσατο, καὶ κακῶς ἔλεγεν· ὥστ' ἤδη εἶναι ἐν τοῖς γυναιξὶν εἶναι καὶ μῖσος ἀπορρητον, ἐν ᾧ τότε καὶ διαβολὰς μείζονας. ἡ τε ὑποψία τρεφομένη παρέτεινεν ἐνιαυτὸν μῆνας, ἐξ ὧν ἀπὸ Καίσαρος Ἡρώδης ὑποστρέφει. τέλεον μέντοι προοικονομούμενον ἐκ πλείονος ἐξέῤῥαγη, τοιαύτης ἀφορμῆς [n] ἐκπεσούσης. κατακλινόμενος ὁ βασιλεὺς [o] ἀναπαύσασθαι μεσημβρίας ὥρας, ἐκάλει τὴν Μαριάμμην ὑπὲρ φιλοστοργίας ἧς ἀεὶ περὶ αὐτὴν εἶχεν. ἡ δ̃ εἰσῆλθε μὲν, ὡς μὴν καὶ κατεκλίθη, [p] ἀπροσδοκήτως ἐκφαυλίσασα καὶ προσλοιδορηθεῖσα, [q] τόν τε πατέρα καὶ τ̃ ἀδελφὸν [r] αὐτῆς ὡς ἀπεκτόνει. χαλεπῶς δ' ἐκείνα τὴν ὕβριν ἐνεγκόντος, καὶ γεγονότος εἰς προπέτειαν ἑτοίμως, τ̃ παραχῆς αἰσθομένη μείζονος ἡ δ̃ βασιλέως ἀδελφὴ Σαλώμη, παρεσκευασμένον ἐκ πολλοῦ τ̃ οἰνοχόον [s] εἰσπέμπει, κελεύσασα λέγειν, ὡς πείθει Μαριάμμη φίλτρον αὐτῇ συγκατασκευάσαι τῷ βασιλεῖ. κἂν παραχθῇ καὶ πυθάνηται τί ποτε τ̃τ' ἐστίν, λέγειν ὅτι φάρμακον μὲν ἐκείνης ἐχούσης, αὐτὸ δ̃ ἀγνοῆσαι παρακαλυμένης. μὴ κινηθέντος δ̃ [t] ἐπὶ τὸ φίλτρον, τ̃ λόγον λέγειν ἐᾶν· ἀδένα γὰρ αὐτῷ κίνδυνον φέρειν. τοιαῦτα προδιδάξασα κατ' ἐκεῖνον τ̃ καιρὸν εἰσπέμπει Μαλεξόμενον. ὁ δ̃ [v] πιθανὸς ἅμα καὶ μ̃ ἀπροσδοκήτως εἰσῆλθε, δῶρα μὲν αὐτῷ τὴν Μαριάμμην [x] παρεχήσεσθαι λέγων, ἀναπείθειν δ̃ φίλτρον αὐτῷ δοῦναι. [y] ὡς τ̃τε Μαρκινηθέντος, τὸ φίλτρον ἔλεγεν εἶναι φάρμακον ὑπ' ἐκείνης δοθέν, ὃ τὴν δύναμιν αὐτὸς οὐκ [z] εἰδε· διὸ

ecturam à rege exoravit. Et ille quidem honorem hunc obtinet. Herodes vero, ubi in Ægyptum pervenit, cum Cæsare confidenter, jam ut amicus, colloquutus est, & ab eo maxima *beneficia* accepit. Nam Cæsar ei quadringentos Gallos, Cleopatræ stipatores, dono dedit, terramque ei restituit, qua propter Cleopatram mulctatus fuerat: necnon ejus regno Gadara & Hippon & Samariam addidit; & in ora maritima Gazam & Anthedona & Joppen & Stratonis turrim. *Herodis dignitatem auget.*

4. Quas ille insuper res consequutus, magnificentior evasit: & Cæsarem quidem ad Antiochiam usque comitatus est. Ille vero reversus, quantum res suas prospero foris successu crescere putabat, tanto plus malorum in domesticis habebat, præsertim in re conjugali, in qua antea tam fortunatus esse videbatur. Flagraverat enim, idque merito, Mariamnes amore, non minus quam illi de quibus loquuntur historiæ. atque illa alioquin pudica, & erga eum fidelis erat: sed ingenium habebat mulie- *Mariamnes ingenium paulo morosius.*
bre paulo odiosius; quippe quæ eum amore devinctum satis imperiose tractaret, atque tum quidem, non secum reputans quod in regno viveret & alterius imperio subesset, sæpe in eum petulantius se gereret, id quod ille dissimulans moderate & patienter ferebat. Deridebat etiam ipsa palam regis matrem & sororem, & de eis ob ipsarum generis obscuritatem male dicebat: adeo ut inter feminas jam *aperta* esset simultas & odium inexpiabile, & tunc etiam graviores jacerentur calumniæ. atque ea suspicio *magis magisque* fota integrum annum duravit post Herodis à Cæsare reditum. Postremo alitum diu malum erupit ex hujusmodi occasione. Cum rex *quodam die* quietis gratia meridie cubaret, Mariamnen pro suo perpetuo in eam amore ad se vocabat. Illa vero ingressa quidem *Herodi maleficia exprobrat.*
est, tamen non cum eo cubuit, sed cum hoc vellet contempsit & contumelia affecit, quasi patris ipsius fratrisque necis auctor exstitisset. Cum autem ille graviter contumeliam tulisset, & ad temerarium aliquid committendum se paratet, Salome regis soror, majorem turbam sentiens, eò *Salome fallacem* summisit regis pocillatorem à se jampridem subornatum, jussitque ut diceret, à Mariamne rogatum se ut ipsam in conficiendo regi amatorio adjuvaret. Quod si rex turbatus quæsivisset quid esset, diceret amatorium penes ipsum esse, sed se ab ea oratum ut id regi porrigeret. sin hac amatorii mentione rex non moveretur, fileret & nihil laboraret; id quidem ei nullum afferre periculum. Hunc illa ita instructum tempore ipso misit intro *cum rege* colloquuturum. Ille compositus ad fidem & cum studio ingressus, dicit, Mariamnen sibi dona dedisse, suasisseque ut regi præberet amatorium. Ad hoc commoto rege, *id* amatorium dicebat esse pharmacum quod ab ea daretur, cujus quænam vis esset nescire se: hac de causa se id *regi* indicasse, ra- *testem contra Mariamnem subornat.*

f Γαλατῶν τετρακοσίοις αὐτὸν ἐδωρήσατο,] Conf. ἀλωτ. lib. 1. c. 20. §. 3. SPANH.

g Γάδαρα —— πύργον.] Conf. ἀλωτ. lib. 1. c. 20. §. 3. Verum mox Gazam etiam Costobaro datam ab Herode §. 9. seq. scribit, ubi regnum adeptus. Unde repugnantia hic à Josepho dici contendit Harduin. de Numm. Herod. p. 23; vid. & de Costobaro uno è Primatibus Idumæorum & Salomes marito ἀλωτ. lib. 2. c. 17. §. 4. SPANH.

h Ἔρωτα γὰ] Ἔρωτα μὲ γὰ *Busb.*

i Τὰ μὲν ἄλλα σώφρων] Ita *MSS.* & *Zonar.* τὰ μὲν ἄλλα in *Editis.*

k Ἐντρυφῶσα δεδουλωμένῳ] Καταπτυφῶσα *Zonar.*

l Ἄλλον αὐτῆς] Sic *Busb.* & *Hen.* ἄλλων in *cæteris.*

m Τὴν τε μητέρα] Eo modo *Vat.* τὴν μητέρα in *reliquis.*

n Ἐκπεσούσης.] Ἐγκειμένης *Hen.*

o Ἀναπαύσασθαι μεσημβρίας ὥρας,] Ὡς ἀναπαύσασθαι *Hen.* & *Busb.*

p Ἀπροσδοκήτως ἐκφαυλίσασα] Ἀπροσδοκήτως (hîc absolute sumptum) non agnoscunt *Hen. Busb.* & *Vat.* Fuit cum vocum ordinem & interpunctionem mutatam esse vellem, ut esset, ὡς μὴν κατεκλίθη κ̃ ἀπροσδοκήτως ἐκφαυλίσασα κ̃ προσλοιδορηθεῖσα &c. aut hoc modo, ὡς μὴν κατεκλίθη, κ̃ ἀπροσδοκήτως ἐκφ. aut demum, ὡς μὴν κατεκλίθη, κ̃ ἀπροσδοκήτα ἐκφ. quo modo legisse videtur *Epiphanius*, qui vertit, *festinantem eam depulit.*

q Τόν τε πατέρα κ̃ τ̃ ἀδελφὸν] Τὸν πάππον αὐτῆς habet hic *Zonaras* p. 240. A. Alexander enim Mariamnes Pater non ab Herode cæsus, sed Antiochiæ à Scipione Pompeji jussu securi percussus supr. lib. 14. c. 7. §. 4. *Patris* tamen & *fratris* habet hic etiam *Rufinus.* Hyrcanus verò ab Herode cæsus Avus Maternus Mariamnes. vid. supr. c. 6. §. 2. SPANH.

r Αὐτῆς ὡς ἀπεκτόνει.] Sic *MSS.* αὐτῇ perperam in *Editis.*

s Εἰσπέμπει] Ita cum *Busb.* (*Lugd. Bat.*) & *Hen.* ἐκπέμπει in *cæteris.*

t Ἐπὶ τὸ φίλτρον,] Ἐπὶ τῷ φίλτρῳ *Busb.* (*Lugd. Bat.*) & *Hen.* utraque lectio satis commoda.

v Πιθανὸς ἅμα] Πιθανῶς *Busb.* & *Hen.*

x Παρεχήσεσθαι λέγων,] Παρεχήσειν *Busb.*

y Ὡς τ̃τε Μαρκινηθέντος,] Plenius aliquanto in *Cod. Hen.* ad hunc modum, ὡς τ̃τε Μαρκινηθέντος, κ̃ τί τὸ φίλτρον εἴη ἐρωτήσαντος, φάρμακον εἶπεν ὑπ' ἐκείνης δεδόμενον. Verum cum cæteri libri una cum *Epiphanio* vulgatam lectionem tueantur, loco dimovere nolui.

z Εἰδε·] *L. B.* εἰδέναι.

ratum id & sibi & regi tutius futurum. His verbis auditis Herodes, qui jam ante male affectus esset, etiam magis exacerbatus est: & de spadone, qui erat Mariamne fidissimus, quæstionem habuit super pharmaco, sciens absque illo nihil tantum tantulumve potuisse fieri. At homo in angustias redactus, nihil eorum, propter quæ cruciabatur, dicere potuit: tantum mulieris in se odium dixit à verbis profectum, quæ ei Soëmus dixisset. Hæc eo adhuc loquente, rex, magno clamore sublato, dicebat, Soëmum, antea & sibi & regno *suo* fidelissimum, nunquam fuisse mandata enunciaturum, nisi majus ei, quam par esset, cum Mariamne commercium intercessisset. Atque ita Soëmum quidem è vestigio comprehendi & necari jussit: de uxore vero judicium habuit, convocatis suis familiarissimis, & accusatione in ipsam magno studio instituta de amatoriis & pharmacis ei per calumniam objectis. Erat autem *Herodes* in verbis intemperans, & iracundior quam esse in judicio deceret; tandemque ii qui aderant ita animatum videntes, eam capite damnarunt. Tamen lata sententia, & ipsi & nonnullis qui præsentes erant in mentem venit, ut non temerario illam perimerent, sed in aliquo regni munito loco collocarent. Atqui Salome sedulo operam dedit, ut mulier de medio tolleretur: idque magis regi persuasit, consulendo ut populi motus caveret, qui possent existere, si ea viva conservaretur. Atque ita quidem ad necem ducta est Mariamne.

Soëmum necari jubet Herodes.

Mariamne capite damnata.

5. Alexandra vero, quo loco res esset animadvertens, & sibi exiguam spem superesse videns ne ipsa ita plecteretur ab Herode, contra quàm in superiore audacia, nulla decori ratione habita, plane alia facta est. Ut enim se eorum, de quibus illa accusaretur, insciam esse ostenderet, exsiliit foras, & omnium in præsentia filiæ conviciando, clamabat, improbam & adversus maritum ingratam fuisse, & merito ei accidere quæ ejusmodi res ausa fuisset. haud enim quæ oportebat retribuisse, de omnibus ipsis bene merito. Hæc dum inhoneste simulat, & illi etiam in crines involare audet, multi quidem, ut verisimile erat, fœdam ejus simulationem culpabant; maxime vero eam culpare visa est illa ipsa, quæ tum mortem erat obitura. neque enim unum prorsus verbum effata, neque *vel tantillum* turbata ad matris offensionem respiciebat; sed excelso quasi animo ut erraverit, præsertimque manifestam ejus turpitudinem se ægre ferre monstravit. Ipsa porro intrepida *animi* firmitate, & ne minimum quidem mutato corporis colore, ad mortem profecta est, generis sui nobilitatem etiam in extremis, ut ab omnibus conspiceretur, præ se ferens.

Alexandra indecore se gerit erga Mariamnen.

Mariamnes mors.

6. Atque illa quidem ita interiit, femina ad continentiam & animi magnitudinem optime comparata: ipsi tamen deerat moderatio, naturaque contentionibus paulo erat addictior; corporis vero pulchritudine & auctoritate in congressibus, plus quam dici potest, cæteris suæ ætatis antecellebat: quæ potissima causa erat, quod parum admodum regi gratificaretur, minusque jucunde cum eo viveret. Nam cum indulgenter propter amorem tractaretur, & nihil asperius duriusve ab eo exspecta-

Ejus elogium.

---

a Ηρεθίσθη,] *L. B.* ἀνηρεθίσθη.

b Φράσεις.] Ita *Busb.* & *Zonar.* Φράσῃ *Gall.* Φράσαι in *Editis Aliisque.*

c Προελαλύθϕ] Sic *Hen.* & *Busb.* προελαλύθη in *reliquis.*

d Εστρδασμϕ́λω ποιάμβρῳ,] Εστρδασμῷ̀ως *Busb.*

e Οργιλώτερος·] Ὀργίλως κατ' αὐτὰς διέκειτο *Zonaras* p. 240. C. SPANH.

f Διενεχθείσης ἢ τ γνώμης,] Διελεγχθείσης *Vat.* in *Epiphanii* versione, *dum hæc sententia pronunciaretur.*

g Υπεξήγετο μ̀] Ita *Busb.* (*Lugd. Bat.*) *Hen.* & *Epiphanius*, qui vertit, *subvenit.* ἐπεξήγετο in *cæteris.*

h Ταῖς πρὸς τὸν Σαλώμην] Τοῖς πρὸς τὸν Σ. *Hen.*

i Τύχη,] Τύχοι *Busb.* & *Hen.*

k Οὗ ἕνεκα ἤγετο] Illud ὃν è *Cod. Hen.* & *Epiphan.*

l Βυλομένη γὰρ] Βυλομένη ἢ ἐκφῆναι *Vat.* βυλομένη ἢ ἐμφῆναι in *Editis.*

m Ἐπὶ τοιούτοις τολμήμασιν.] Ita in *MSS.* ἐπὶ τοῖς τοιούτοις in *Editis.*

n Αὕτη] *L. B.* αὐτὴ.

o Ἡ, ἐν τῇ φύσῃ τὸ φιλόνεικον,] Illud ὃ è *MSS.*

p Ἢ ὡς φράσαι] *L. B.* ἢ φράσαι.

q Υπερῆγεν·] Forte ὑπερῆρεν.

r Εγεγόνει.] Ἐγένετο *Hen.*

ει-

ε᾽χεν· ἡνία δ᾽ αὐτῷ καὶ τὰ πρὸς τὰς οἰκείας, [s] καὶ ταῦτα πάντα πρὸς ἐκεῖνον ὡς ἐπεπόηϰε λέγων ἠξίου· καὶ πέρας ἐξεκίνησεν ἐχθρὰς αὐτῇ γενέσθαι τήν τε μητέρα καὶ τὸν ἀδελφὸν ϗ Βασιλέως, κἀκεῖνον αὐτὸν, ᾧ μόνῳ τὸ μὴ παθεῖν τι δυσχερὲς ἀπεπίσθευεν.

ζ. [t] Ἀναιρεθείσης δὲ τότε ϵ μᾶλλον ἐξήφθη τὸ πρὸς τὸν ἐπιθυμίαν ϗ Βασιλέως, ἔχοντος μὲν ἔτως ὡς ϵ πρότερον ἐδηλώσαμεν. ὁ γὰρ ἀπαθὴς ὀργῆς οἷος ἂν [v] ἐκ σωφροσύνης ἦν ὁ πρὸς αὐτὸν ἔρως· ἀλλὰ ϵ πρότερον ἦρξεν ἐνθουσιαστικῶς, καὶ τῇ παῤῥησίᾳ τ᾽ συμβιώσεως οὐκ [x] ἀπενικήθη μὴ πλείων ἀεὶ γίνεσθαι. τότε μέντοι καὶ μᾶλλον ἐδόκει τισὶ νέμεσιν τινα [y] τ᾽ ϗ τὸν Μαριάμμην ἀπωλείας ὀπτᾶσθαι, ϗ πολλάκις μὲν ἀνακλινὴς ἦσεν αὐτῆς, πολλάκις δ᾽ ϗ θρῆνος ἀχήμων, ἐπενὸς δ᾽ πᾶν εἴ τι δυνατὸν εἰς ψυχαγωγίαν, πότος ϵ συνουσίας αὐτῷ πραγματευόμενος. ϗ τούτων οὐδὲν ἤρκει. τὰς οὖν διοικήσεις τ᾽ ϗ τὸν Βασιλείαν παρητεῖτο, ϗ τοσοῦτον ἦλθε ϗ πάθους, ὥστ᾽ αὐτὸν ἤδη ϵ καλεῖν τὸν Μαριάμμην προστάξαι τοῖς ὑπηρέταις, [z] ὡς ζῶσαν ἔτι ϵ δυναμένην ὑπακούειν. ἔτως δ᾽ ἔχοντος, ὀπτὴ γίνεται λοιμώδης νόσος, [a] ἣ ϵ τ᾽ ὄχλον ϵ τ᾽ φίλων τὰς πλείους ϵ ἐνιαυσιαίους διέφθειρε, ϗ παρέσχεν ἅπασιν [b] ὑπονοεῖσθαι κατὰ μικρὸν [c] ϗ θεοῦ τοῦτο συνενεχθῆναι, ἀλλὰ τὸν γεγενημένον παρανομίαν ὀπὶ τῇ Μαριάμμῃ. χεῖρον οὖν διεπέφθη ϗ τοῦτ᾽ αὐτὸν τ᾽ βασιλέα, ϗ τέλος εἰς τὰς ἐρημίας αὐτὸν διδοὺς, ϗ προφάσει κυνηγεσίων τούτοις ἐναθημονῶν, οὐκ ἔφθη πλείους διενεγκεῖν ἡμέρας, ϗ πρὸς πάθος νόσῳ δυσχερεσάτῃ [d] Φλόγωσις γὰρ ἦν ϗ πῖσις ϗ ἰνίων, ϗ τ᾽ διανοίας παραλλαγή· τ᾽ τε ἰατρικῶν παθημάτων οὐδὲν ὄφελος, τι ϗ πρὸς ὠφέλειαν ἐξηύρισκεν, ἀλλ᾽ ἐναντιούμενα τέλος εἰς ἀπόγνωσιν ἦγε. ὅσοι τε περὶ αὐτὸν ἦσαν ἰατροὶ, τὰ μὲν οἷς αὐτοὶ προσέφερον βοηθήμασιν οὐδὲν ὑπῆκουσε τ᾽ νόσου, τὰ δ᾽ ϗ ϗ βασιλέως οὐκ ἐχούσης ἄλλως ἢ ϗ τὸ βιαζόμενον τ᾽ ἀῤῥωστίας διαιτᾶσθαι, πάντ᾽ οἷς ἐκεῖνος ἐπενεχθεὶς παρέχειν ἠξίουν, τὸ δύσελπι τ᾽ σωτηρίας ἐν ἐξουσίᾳ τ᾽ διαίτης ἀναπτέντες τῇ τύχῃ. κἀκεῖνος μὲν ἐν [e] Σαμαρείᾳ, τῇ κληθείσῃ [f] Σεβαστῇ, τοῦτον τ᾽ τρόπον ἐνοσηλεύετο.

η. Διατελούσης δ᾽ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις Ἀλεξάνδρας, ϗ πυθομένης τὰ κατ᾽ αὐτὸν, ἐπιβουλὴ τῶν περὶ τὴν πόλιν φρουρίων ἐγκρατὴς γενέσθαι. [g] δύο δ᾽ ἦν, ἓν μὲν αὐτῆς τ᾽ πόλεως, ἕτερον δ᾽ ϗ ἱερᾶς· ϗ τούτων οἱ κρατοῦντες, ὑπερχείρων τὸ πᾶν ἔθνος ἐχόντων. τὰς μὲν γὰρ θυσίας οὐκ ἄνευ τούτων οἷόν τε γενέσθαι. τὸ δὲ μὴ ποιῆσαι σωτηρίαν ἑνὶ Ἰουδαίων δυνατὸν, ϗ ζῆν ἑτοιμότερον ἂν προσαπολέσαντα ἢ τῆς θρησκείας, ἵνα εἰς τ᾽ Θεὸν εὐσεβῆσαι σωτηρίαν. τοῖς οὖν ὑπὲρ τούτων τῶν φυλακτηρίων Ἀλεξάνδρα προσλέγκε τοὺς λόγους, ὡς δέον αὐτῇ ϗ τοῖς ἐξ Ἡρώδου προσαδοκῶσι παισὶν, μὴ ϗ [h] φθῇ τις, ἐκείνου μεταλλάξαντος, ἕτερος ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν πραγμάτων· ῥᾳθέντι μὲν γὰρ, ἑδεὶς ἀσφαλέστερον τῶν [i] οἰκείων διατηρήσει. τούτους τοὺς λόγους αὐτῆς οὐκ ὀπιεικῶς ἤνεγκαν· ἀλλὰ ϗ τὸν ἔμπροσθεν χρόνον ἐχθρὸν ἐκ τούτων προσεκτήσαντο.

ret libertate usa est immodestata. Quin & ea ipsam male habebant quæ suis acciderant; atque ita omnia apud illum quemadmodum passa fuerat dicere non dubitavit: tandemque infestas sibi reddidit & matrem regis & sororem, illumque ipsum, cui unice fidebat quod non laturus esset ut gravius aliquid pateretur.

7. Illa autem perempta, eo magis etiam regi desiderium exarsit, ut qui ita se haberet sicut prius narravimus. non enim à perturbatione vacuus, nec qualis in aliis esse solet, ejus erga illam erat amor: sed cum primum ad insaniam usque eam deperiret, *postea*, licet liberius fidentiusque se in vitæ consuetudine gesserit, nihil de amore remisit. Tunc vero ex ultione divina ob interitum Mariamnes magis adhuc cupiditate ardere videbatur: adeo ut eam subinde inclamaret, subinde turpiter ploraret, omnesque quas poterat voluptates consectaretur, etiam ex conviviis & conventibus, ut ejus desiderium leniret. sed istis nihil proficiebat. Quare & res regni administrare recusabat, & adeo affectu victus est, ut etiam famulis suis imperaret ut Mariamnen appellarent, quasi ea adhuc viveret & audire posset. Cum autem ita se haberet, oritur pestis, quæ tum plebejorum tum regis amicorum maximam partem sustulit, eosque quibus plurimum detulerat. id quod omnibus suspicionem fecit, divina ira id accidisse, propter illatam Mariamne injuriam. Hæc res etiam deterius regem ipsum affecit: tandemque in solitudinem egressus, & ibi per speciem venationis semet afflictans, non potuit sese per aliquot dies sustinere, quin difficillimum in morbum inciderit. Nam inflammatio erat & dolor occipitis cum mentis alienatione conjunctus; nec medicina erat ulla, quæ vel minimum ei prodesset, sed potius officeret, adeo ut tandem ejus de vita desperaretur. Atque omnes circa ipsum medici, partim quia morbus remediis adhibitis minime cedebat, partim quia rex nullam aliam victus rationem tenere poterat, quam eam ad quam morbus cogebat, omnia ei præbere censebant quæ postularet, spem salutis, in victus potestate sitæ, pene abjectam fortunæ committentes. Atque ille quidem in Samaria, Sebaste appellata, ad hunc modum ægrotabat.

Herodes ob uxoris necem perturbatus.

Pœnas ob necem Mariamnes luit Herodes.

Deo vindice oritur pestis.

Herodis morbus.

8. Alexandra autem, quæ Hierosolymis degebat, his de eo intellectis conata est urbis munitiones occupare. duæ autem erant, una quidem urbis ipsius, altera vero templi; quibus qui potiuntur, universam gentem in sua potestate habent. nam sine iis sacrificia fieri nequeunt. Judæorum autem nemo à seipso impetrare potest ut sacra non faciat; quippe quod eo sint ingenio ut mori malint, quam cultum eum omittere quem solebant Deo præstare. Alexandra igitur cum harum munitionum præsidiis colloquuta est, demonstrans eas sibi & Herodis filiis debere tradi, ne, si ille mortuus esset, alius quispiam rerum administrationem occupare anteverteret: sin convaluisset, neminem tutius eas servaturum quam ejus domesticos. Hæc verba illi tulerunt non mediocriter: quin eo magis in fide sua tunc perstiterunt, quam & antea regi præ-

Alexandra absente Herode id agit, ut arces in potestatem suam redigeret.

[s] Καὶ ταῦτα πάντα πρὸς ἐκεῖνον] Additur ex *L. B.* πάντα. nihil non videlicet, & magna & parva male habuerunt irritaveruntque Mariamnes asperitatem. HAV.

[t] Ἀναιρεθείσης δὲ τότε] Ἀναιρεθείσης δ᾽ αὐτῆς *Hen.* & *Busb.*

[v] Ἐκ σωφροσύνης ἦν] Ἐκ συνηθείας ὁ πρὸς αὐτὸν ἔρως ἦν *Gall.*

[x] Ἀπενικήθη] *L. B.* ἀπενεμήθη

[y] Τῆς κ᾽ τὸν Μαριάμμην ἀπωλείας] Forte τῇ κ. M. ἀπωλείᾳ.

[z] Ὡς ζῶσαν ἔτι κ᾽ δυναμένην ὑπακούειν.] Ἀλλοσ. lib. 1. c. 22. §. 4. ὑπὸ κακώσεως δ᾽ ὡς ζώσῃ προσλαλεῖν· SPANH.

[a] Ἣ κ᾽ —— σύντομωτάτους] Ἣ κ᾽ τ᾽ ὄχλον τὰς πλείους κ᾽ τῶν φίλων αὐτῆς τοὺς σύντομωτάτους *Hen.* & *Busb.* HUDS. *Lugd. Bat.* vulgata (ut puto) concinnius, ita scribit. Ἣ κ᾽ τ᾽ ὄχλον τὰς πλείους κ᾽ τ᾽ φίλων τοὺς σύντομωτάτους διέφθειρε. HAV.

[b] Ὑποσοῦσθαι κ᾽ μικρὸν] Ἐξυποσοῦσθαι *Hen. Busb.* (*Lugd. Bat.*) & *Vat.*

[c] Τῷ Θεῷ τοῦτο συνενεχθῆναι,] Ita è *Cod. Vat.* τοῦτο Θεῷ συν. in cæteris.

[d] Φλόγωσις γὰρ ἦν κ᾽ πῖσις ϗ ἰνίων,] Eadem *Zonaras* p. 241. SPANH.

[e] Σαμαρείᾳ, τῇ κληθείσῃ Σεβαστῇ,] Conf. ἀλλοσ. lib. 1. c. 2. §. 7. & c. 21. §. 2. SPANH.

[f] Σεβαστῇ,] Id est *Augusta*, in honorem Augusti.

[g] Δύο δ᾽ —— ἰσχήκασι.] Duæ Arces Hierosolymis, una in Urbe circa Regiam, altera ad Templum Antonia dicta, quas qui obtinent, totius gentis Domini. Vid. infr. c. 8. §. 5. SPANH.

[h] Φθῇ τις,] *Gen.* φθῆτις· *Distingue* φθῇ τις, præveniat aliquis. SPANH.

[i] Οἰκείων διατηρήσῃ.] Οἰκειοτάτων *Hen.* & *Busb.*

præstiterant, partim ob Alexandræ odium, partim quod indignum putabant de rege desperare quamdiu superstes esset. Erant autem de ejus veteribus amicis: quinetiam eorum unus, *nomine* Achiabus, regis erat consobrinus. Itaque cum continuo, nunciis missis, de Alexandræ instituto certiorem fecerunt. Atque ille citra cunctationem eam quidem interfici jussit: ipse vero, postquam ex morbo difficulter, nec sine magno cruciatu revaluit, adeo graviter ex animæ simul & corporis vexatione exacerbatus erat, ut haud ægre de iis, qui primi in ejus manus venerant, vel quavis de causa supplicium sumeret. Quinetiam amicos ejus maxime necessarios interficit, Costobarum, & Lysimachum, & Gadiam cognomine Antipatrum, insuper & Dositheum, ex hujusmodi causa.

Quam ob rem Herodis jussu interficitur.

Herodes sævit in amicos.

Costobarus Idumæus Salomes maritus.

9. Erat Costobarus, natu Idumæus, ejus regionis facile primus dignitate, de genere sacerdotum Coze; quem Deum existimant Idumæi. Hunc Costobarum, postquam Hyrcanus eos ex patriis institutis in Judæorum mores legesque coëgerat, Herodes, regnum adeptus, Idumææ Gazæque præfectum constituit; eique sororem suam Salomen nuptum dedit, interfecto Josepho qui eum ante duxerat, ut *supra* indicavimus. Costobarus autem, ista læte admodum & præter spem assequutus, felicitate *sua* valde elatus est, paulatimque modum excessit, neque sibi honestum existimans imperantis Herodis jussa facere, nec Idumæis in Judæorum potestate esse, eorumque uti moribus. Itaque ad Cleopatram mittit, significans Idumæam semper majoribus ipsius Cleopatræ paruisse; ideoque æquum esse ut ea ab Antonio regionem illam postularet: se enim paratum esse, suam benevolentiam transferre ad Cleopatram. Hæc autem agebat, non quod mallet Cleopatram imperio Idumæam tenere; sed quod arbitrabatur, accisis Herodis viribus, facile se posse gentis Idumææ dominatum adipisci, & ad majora pervenire. Veniebat enim in majorem spem, occasionem non exiguam *ut putabat* nactus, tum quod magno loco natus erat, tum quod divitiis abundabat, quas assidua quæsiverat avaritia: neque quidquam mediocre moliebatur. Et quidem Cleopatra, cum regionem istam ab Antonio *impense* flagitasset, eam non impetravit. Herodes autem ista de re certior factus est, atque in eo erat ut Costobarum interficeret; sed, sororis & matris precibus exoratus, dimittit eum, veniamque ei dedit; sic tamen ut eum deinceps suspectum haberet propter illum conatum.

Conatur Idumææ principatum occupare.

Herodes ea de re certior factus, à matre & sorore exoratus, ei veniam dat.

10. Aliquanto deinde post, cum forte inter Salomen & Costobarum ortum esset dissidium, ea illi continuo misit libellum ad dissuendum matrimonium, contra quam ferunt Judæorum leges. nam viro quidem apud nos id facere licet; * neutiquam vero feminæ, quæ sponte discesserit, alteri

Dissidium inter Costobarum & Salomen.

νον πιστὰ ὄντις, ἔτι μᾶλλον ἐν τῷ τότε διέμειναν, μισοῦντες τε τῆς Αλεξάνδρας, καὶ τῷ μηδὲ ὅσιον ὑπολαμβάνειν ζῶντα τὸν Ηρώδην ἀπεγνωκέναι. Φίλοι γὰρ ἄνωθεν ἦσαν· εἷς δ' αὐτῶν καὶ ἀνεψιὸς ὢν βασιλέως [k] Αχίαβος ἦν. εὐθὺς οὖν ἐξήγγειλαν πέμψαντες ἐκείνῳ τὴν γνώμην τῆς Αλεξάνδρας. ὁ δὴ τὴν μὲν ὀδύνην ἀναβαλλόμενος ἀποκτεῖναι προσέταξεν· αὐτὸς δὴ μόλις καὶ σὺν κακοπαθείᾳ διαφυγὼν τὴν νόσον, [l] χαλεπῶς ἦν [m] ψυχῇ καὶ σώματι κεκακωμένος ὁμοῦ πρὸς τὸ δυσάρεστον, καὶ πάσας τὰς αἰτίας [n] ἑτοιμοτέρως εἰς τιμωρίαν τῶν ὑποπεσόντων ἐχέτω. Φονεύει δὴ καὶ τοὺς ἀναγκαιοτάτους αὐτῷ φίλους, Κοστόβαρον, καὶ Λυσίμαχον, καὶ τὸν Γαδίαν καλούμενον Αντίπατρον, ἔτι δὲ Δοσίθεον, ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε.

Θ'. [o] Κοστόβαρος ἦν γένει μὲν Ιδουμαῖος, ἀξιώματος τῶν πρώτων παρ' αὐτοῖς, καὶ προγόνων ἱερατευσάντων τῷ [p] Κοζέ· θεὸν δὲ τοῦτον Ιδουμαῖοι νομίζουσιν. [q] Υρκανὸς δὲ τὴν πολιτείαν αὐτῶν εἰς τὰ Ιουδαίων ἔθη καὶ νόμιμα μεταστήσαντος, [r] Ηρώδης τὴν βασιλείαν παραλαβών, ἄρχοντα τῆς Ιδουμαίας καὶ Γάζης ἀποδείκνυσι τὸν Κοστόβαρον, καὶ δίδωσιν αὐτῷ τὴν ἀδελφὴν Σαλώμην, [s] ἰώσηπον ἀνελὼν τὸν εἰληφότα πρότερον αὐτήν, ὡς ἐδηλώσαμεν. Κοστόβαρος δὴ τούτων τυχὼν ἀσμένως καὶ παρὰ δόξαν, ἦρθη [t] μᾶλλον ὑπὸ τῆς εὐτυχίας, καὶ κατὰ μικρὸν ἐξέβαινεν, ὡς αὐτῷ καλὸν ἡγούμενος, ἄρχοντος Ηρώδου τὰ προσταγμένον ποιεῖν, ὅτε τοῖς Ιουδαίοις ἔθεσι τοὺς Ιδουμαίους χρωμένους ὑπὸ ἐκείνοις εἶναι. [v] Διαπέμπεται οὖν πρὸς Κλεοπάτραν, τὴν Ιδουμαίαν φάμενος ἀεὶ τῶν ἐκείνης προγόνων γεγονέναι, καὶ διὰ τοῦτ' εἶναι δίκαιον αἰτεῖσθαι [x] παρ' Αντωνίου τὴν χώραν· αὐτὸς γὰρ ἕτοιμος εἶναι μεταφέρειν τὴν εὔνοιαν εἰς ἐκείνην. ἔπραττε δὴ ταῦτα, τῆ Κλεοπάτρᾳ μὲν οὐδὲν τι μᾶλλον εἰς τὴν χρείαν χρησκόμενος· εἰ δὲ [y] περιαιρεθείη τῶν πλειόνων Ηρώδης [z] εὐεπιχείρητον εἶναι νομίζων καθ' αὐτὸν ἀρχὴν τοῦ τῶν Ιδουμαίων ἔθνους, καὶ [a] μεῖζον πράξειν. ὑπεδιέβαινε γὰρ τῆς ἐλπίσιν, οὐκ ὀλίγας ἀφορμὰς ἔχων καὶ χώρας καὶ χρημάτων, ἃς μετὰ διωκεῖσθαι αἰσχροκερδίας ἐπεμέλετο, καὶ μικρὸν οὐδὲν ἐπενόει. Κλεοπάτρα μὲν οὖν Αντωνίου δεηθέντος τῆς χώρας ταύτης ἀπετυγχάνει· λέγονται δὲ πρὸς Ηρώδην οἱ λόγοι, κἀκεῖνον ἕτοιμον [b] ὄντα ἀποκτεῖναι τὸν Κοστόβαρον, ὅμως τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ δεηθείσης καὶ τῆς μητρὸς, ἀφῆσαι καὶ συγγνώμης ἀξίωσεν, οὐκ ἀνύποπτον αὐτὸν εἰς τὸ λοιπὸν ἔχων τῆς ἐπιχειρήσεως τότε.

Ι'. Χρόνου δὲ διελθόντος, [c] ἐπεὶ σωθεὶς τὴν Σαλώμην ἔσχε πρὸς Κοστόβαρον, πέμπει μὲν εὐθὺς αὐτῷ [d] γράμματον, ἀπολυομένη τὸν γάμον, οὐ γὰρ τοὺς [e] Ιουδαίους νόμους. ἀνδρὶ μὲν γὰρ ἔξεστι παρ' ἡμῖν τοῦτο ποιεῖν, γυναικὶ δὲ οὐδὲ ἀναχωρισθείσῃ καθ' αὐτὴν γαμηθῆναι,

k Αχίαβος ἦν.] Εχίαβος *Vat.* in *Epiphanii* versione *Amabec.*
l Χαλεπῶς ἦν.] Χαλεπὸς *Hen.* (*Coccejus*) & *Busb.*
m Ψυχῇ καὶ σώματι κεκακωμένος] Τῷ ψυχῷ καὶ σώματι *Busb.*
n Ετοιμοτέρως] Ετοιμότερον *Busb.*
o Κοστόβαρος] Vid. *ἀλωσ.* lib. 1. c. 24. §. 6. & *supr.* §. 3. SPANH.
p Κοζέ·] Κοζὲ Idumæorum Deus, *Goze Rusino.* SPANH.
q Υρκανὸς —— μεταστήσαντος,] Vid. *sup.* lib. 13. c. 9. §. 1. SPANH.
r Ηρώδης —— Κοστόβαρον,] Conf. *ἀλωσ.* lib. 1. c. 20. §. 3. SPANH.
s Ιώσηπον —— ἐδηλώσαμεν.] Vid. *sup.* c. 3. §. 9. SPANH.
t Μᾶλλον ὑπὸ τῆς εὐτυχίας,] Μάλα *Busb.*
v Διαπέμπεται δὲ] Ita *Hen.* & *Epiphan.* καὶ Διαπέμπεται πρὸς Κλ. in *reliquis.*
x Παρ' Αντωνίου τὴν χώραν·] Iterum cum *Cod. Hen.* παρ' Αντωνίῳ in *cæteris.*
y Περιαιρεθείη τῶν πλειόνων Ηρώδης] Rursus prout *Hen.* (& *Lugd. Bat.*) παρειθείη in *Editis Aliisque.* HUDS. Confer lib. VI. c. 13. §. 8. & lib. 5. *ἀλωσ.* c. 1. §. 5. SPANH.
z Εὐεπιχείρητον εἶναι] Εὐεπιχείρητον ἤδη νομίζων καθ' αὐτὸν *Vat.* (& *Lugd. Bat.*) εὐεπιχείρητον εἶναι νομίζων καὶ καθ' αὐτὸν *Hen.*
a Μεῖζον πράξειν.] Καὶ μεῖζον αὐτῶν πράξειν *Vat.*
b Ην ἀποκτεῖναι τὸν Κοστόβαρον,] Sic *Hen.* & *Busb.* ὢν in *reliquis.*
c Επεὶ σωθεὶς] Επισυνθεὶς τ. Σ. ς. πρὸς τὸν Κ. καὶ πέμπει μ. ἀ. αὐ. γραμματεῖον *Hen.* & *Busb.*
d Γράμματον,] *L. B.* γραμματεῖον.
e Ιουδαίους νόμους.] Ιουδαίων *Hen.* & *Busb.*

* *Neutiquam vero feminæ,*] Uxori vero nullatenus separari & ducere alium, nisi prius à marito dimittatur. *Salome* tamen non generali lege, sed potestatis sanctione connubium separavit. *Epiphan.* Mulieribus tamen ne dimissis quidem fas est nubere, nisi prioris viri permissu. Verum illa magis ex propria licentia quam communi jure fecit divortium, *Gelen.* Quod plane (ut inquit *Seldenus* lib. 3. c. 19. *de Uxore Hebraïca*) contra instituta Judaïca, & ipsi *Josepho* inauditum. & miror à viris doctissimis (*Josepho Scaligero* in *Animadversionibus* in *Eusebium*, p. 159, & *Nic Serrario* in *Herode*, c. 17.) locum verti & intelligi juxta illud *Gelenii.* Vertendum itaque, *neutiquam vero uxori quæ sponte abierit nubere, nisi prius à viro dimittatur. Veruntamen Salome, non lege generali* (*seu communi*, sc. *Hebraïca*) *sed tamen ea quæ auctoritatem ac vim obtinuit usa conjugio renunciavit.*

f Περι-

ναι, μὴ ⸀ᶠ πρότερον ἀνδρὸς ᵍ ἀφίεντ⸀. οὐ μὴν ἡ Σαλώμη ʰ τ̃ ἐν γῇ νόμον, ἀλλὰ τ̃ ⁱ ἐπ' ἐξουσίᾳ ἐλομένη, τῷ τε συμβίωσιν προαπηγόρευσε, καὶ πρὸς τ̃ ἀδελφὸν Ηρῴδην ἔλεγεν ὡς τ̃ εἰς ἐκεῖνον εὐνοίας ἀποσῆναι τ̃ ἀνδρός· ἐγνωκέναι γὰρ αὐτὸν, μετ' Αντιπάτρου καὶ Λυσιμάχου καὶ Δοσιθέου, νεωτέρων ἐφιέμενον. καὶ πίστιν παρεῖχε ⸀ λόγου, τὰς ᵏ Βάβα παῖδας, ὅπ Διασώζοιντο ˡ παρ' αὐτῷ χρόνον ἐνιαυτῶν ἤδη δώδεκα. τοῦτο γὰρ εἶχεν ἔτως· ᵐ καὶ πολλὴν ἔκπληξιν ἐποίησε τῷ βασιλεῖ παρ' ἐλπίδας ἀκουσθὲν, ἐκεκίνητό τε μᾶλλον ὑπὲ τῷ πρὸς αὐτὸν ὀργῇ. τὰ γὰρ περὶ τὰς Βάβα παῖδας ⁿ ἐπεπόθεσε πρότερον ἐπεξελθεῖν αὐτὰς, δυσμενεῖς γενομένας τῇ Διαθέσει. τότε γὰρ Διὰ τὸ μῆκος ⸀ χρόνου καὶ τῆς μνήμης ἐξεληλύθεσαν. ἡ γὰρ ἔχθρα πρὸς αὐτὰς καὶ τὸ μίσος ⸀ ἀπὸ τοιούτων ἦν. Αντιγόνου τὴν βασιλείαν ἔχοντ⸀, Ηρῴδης μὲν ἐπολιόρκει δυνάμει τὴν τῶν ᵒ Ιεροσολύμων πόλιν· ὑπὸ γὰρ χρείας καὶ κακῶν ᵖ ὅσα πολιορκουμένοις ᵠ παρίσταται, πολλοὶ ἦσαν οἱ τ̃ Ηρῴδην ὑπικαλούμενοι, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ὑπονεύοντες ἤδη τῆς ἐλπίσιν. ὄντες δ' ἐπ' ἀξιώματ⸀ οἱ τὰ Βάβα παῖδες, καὶ Διὰ τὴν πλῆθι δυναλοὶ, πρὸ διετέλουν Αντιγόνῳ, τόν τε Ηρῴδην διέβαλλον ἀεὶ, καὶ συμφυλάττειν τοῖς βασιλεῦσι τὴν ἐκ γένους ἀρχὴν παρῄνουν. ἐκεῖνοι μὲν οὖν, ἅμα καὶ συμφέρειν αὐτὰ νομίζοντες, ὑπὲ πιστῶν ἐπολιτεύοντο. τῆς δὲ πόλεως ἁλισκομένης, καὶ περιτρέπ⸀ τῶν πραγμάτων Ηρῴδῃ, Κοσσόβαρ⸀ ἀποδειχθεὶς ʳ τὰς διεξόδους ἀναφράττειν καὶ φρουρεῖν τὴν πόλιν, ὡς μὴ Διαπίπτειν ἐξ αὐτῆς τὸς ὑπάρχοντας τῶν πολιτῶν ἢ τἀναντία τῷ βασιλεῖ πολιτευομένους, ˢ εἰδὼς ἐν ὑπολήψει καὶ τιμῇ τὸς Βάβα τῷ παντὶ πλήθει, καὶ νομίζων μέγα μέρ⸀ αὐτῷ γενήσεσθαι πρὸς τὰς μεταβολὰς τῶν πραγμάτων τὴν ἐκείνων σωτηρίαν, ὑπεξέθετο καὶ κατέκρυψεν ἐν οἰκείοις χωρίοις. καὶ τότε μὲν Ηρῴδῃ, διελήλυθε γὰρ ἡ τῆς ἀληθείας ὑπόψια, πιστωσάμεν⸀ ὅρκοις, ἢ μὴν ἰδεῖν εἰδέναι τῶν καθ' ἐκείνους, ἀφεῖτο τῆς ὑπονοίας. αὖθις δ' ᵗ κηρύγματα ⸂ μίνυτρα ⸃ βασιλέως ἐκλεγέν⸀, καὶ πάντα τρόπον ἐρεύνης ὑπενοοῦντ⸀, οὐκ ἦλθεν εἰς ὁμολογίαν· ἀλλὰ τῷ τὸ πρῶτον ἔξαρν⸀ γνώσεσθαι, τὸ φωραθῆναι τὸς ἄνδρας ᵛ οὐκ ἀνυποτίμητ⸀ αὐτῷ πεπρασμέν⸀, ἀ μόνον ἐκ τ̃ εὐνοίας, ἀλλὰ ⸂ ἐκ τ̃ ἀνάγκης ἤδη ⸃ λανθάνειν αὐτὸς ὠφειλεν. ˣ ὠφὶ τούτων ἐξαγγελθέντων αὐτῷ Διὰ τ̃ ἀδελφῆς, ὁ βασιλεὺς πέμψας εἰς τὰς τόπους ἐν οἷς Διαφεύγειν ἐμελλήσησαν, ἐκείνους τε καὶ τὸς συγκαταπαθέντας ἀπέκτεινεν· ὥστε εἶναι μηδὲν ὑπόλοιπον ἐκ τ̃ Υρκανῦ συγγενείας, ἀλλὰ τὴν βασιλείαν αὐτεξούσιον ʸ αὐτῷ, μηδενὸς ὄντ⸀ ἐπ' ἀξιώματ⸀ ἐμποδὼν ἴσεσθαι τοῖς ὠφελουμένοις.

nubere fas est, nisi prius à marito dimittatur. Ve- *Salome ei repudium mittit, & accusationem injicit.*
runtamen Salome, non lege *Hebræorum* patria, sed eâ quæ tum valebat, usa, & conjugio renunciavit & ad fratrem Herodem dicebat, se propter suam in eum benevolentiam à marito discessisse: quoniam comperisset eum & Antipatrum & Dositheum novis rebus studere. Atque ad fidem sermoni faciendam mentionem injicit Babæ filiorum, quos Costobarus decimum jam annum servaverat. id quod verum erat: eaque re vehementer obstupuit rex, ejusmodi quid audiens quod nunquam suspicatus est, eoque magis commotus est, quòd res erat incredibilis. Nam quod ad Babæ liberos attinet, *De Babæ filiis à Costobaro servatis.*
id aliquando agebat ut illos ultum iret, quoniam sibi infensi repugnassent: verum tum tantum jam temporis præterierat, ut eorum jam non recordaretur. Ejus autem in eos odii & inimicitiarum causa fuit hujusmodi. Quo tempore regno fruebatur Antigonus, Herodes exercitu obsidebat Hierosolymorum urbem, & propter necessitatem & calamitates quibus obsessi premebantur, erant multi qui Herodem advocarent & spe jam in eum propenderent. Babæ autem filii (qui dignitate & gratia multum apud vulgus valerent) Antigono fideles *esse* perseverarunt, Herodemque semper culpabant, ac *cæteros* eò cohortabantur, ut regibus operam suam præstarent in tenendo principatu quem à patribus accepissent. atque illi quidem, dum & ista *magno* commodo fieri existimarent, hujusmodi rebus studuerunt. Verum urbe capta, & Herode rerum potito, Costobarus, præcludendis exitibus & urbi custodiendæ præfectus, ne cives qui sontes essent & regis adversarii evaderent; cum sciret Babæ filios esse in existimatione & honore apud universum populum, cogitaretque, si eis salutem daret, id sibi multum profuturum * ad novas res moliendas, eos subtraxit & † certis in locis abscondit. Et tunc quidem Herodi, nam id quod erat suspicatus est, jurejurando fidem fecit, se nihil quicquam de illis scire, eique suspicionem ademit. Deinde vero, cum rex per edicta indicii præmium proposuisset, & modis omnibus eos perquireret, ne tum quidem fateri voluit: sed quòd primum inficiatus esset, si postea viri deprehenderentur non se impune laturum persuasum habens, non solum benevolentia sed necessitate tenebatur eos occultare. De istis quæ sibi nunciata erant à sorore cum *Babæ filios necari jubet Herodes.*
rex misisset ad loca ubi esse dicebantur, & ipsos, & alios cum ipsis accusatos interfecit: ut nihil jam reliquum esset de Hyrcani *genere* & cognatione, sed regnum plane in sua potestate haberet *Herodes*, nemine jam alicujus auctoritatis superstite, qui quæ contra legem fierent impedire posset.

ᶠ Πρότερον ἀνδρὸς] Πρωτέρου forsan *Epiphan.* Vide Grotium ad Matth. c. 5. v. 31.

ᵍ Αφίεντ⸀.] Εφίεντ⸀ solus *Busb.*

ʰ Τὴν ἐν γῇ νόμον,] Εὐγλῶ *Hen.* forsan pro ἐγγενῆ (in *Lugd. Bat.* ἐγγενῆ νόμου) prout in *Cod. Busb.*

ⁱ Επ' ἐξουσίᾳ] Επ' ἐξουσίας *Hen.* & *Busb.*

ᵏ Βάβα παῖδας,] Baba vir erat pietate insignis, ex stirpe Asamonæorum (ut constat ex hac ead. §.) qui singulis totius anni diebus, uno excepto, qui erat undecimus mensis *Tisri*, sacrificium offerebat pro delicto, cujus tamen non erat sibi conscius, ut habet *Cod. Talmud.* tract. *Cherithoth*, cap. 6. atque *Abraham Zacuth* in libro *Juchasin.*

ˡ Παρ' —— δώδεκα.] Παρ' αὐτῶν *Busb.* mallem παρ' αὐτῷ.

ᵐ Καὶ πολλὴν ἔκπληξιν] In *Cod. Hen.* (ut & *Lugd. Bat.*) ὃ καὶ, & mox *Cod. Hen.* ἐποίησεν.

ⁿ Επεπόθεσε πρότερον] Επεπόθη μὲ αὐτῷ πρ. *Hen.* & *Lugd. Bat.*

ᵒ Ιεροσολύμων πόλιν·] Ιεροσολυμιτῶν *Gen. Hen.* & *Epiphan.*

ᵖ Οσα πολιορκουμένοις] Οσα τοῖς πολίταις πολιορκ. *Hen.* & *Busb.*

ᵠ Παρίσται,] Παρίσα in *iisdem* (ut *Lugd. Bat.* nam in aliis est πάρεισι) & *Vat.* nec aliter legisse visus est *Epiphan.*

ʳ Τὰς διεξόδους ἀναφράττειν] Τὰς ἐκβολὰς ἀναπέπτειν καὶ Φρ. *Vat.* ut & Margo *Lugd. Bat.*

ˢ Εἰδὼς] *L. B.* εἰδὼς δ'.

* *Ad novas res moliendas,*] *Al.* Siqua interveniisset rerum mutatio.

† *Certis in locis abscondit.*] In propriis prædiis, *Epiphan.* suis in agris, *Gelen.*

ᵗ Κηρύγματα καὶ μίνυτρα] Ita cum *Cod. Hen.* (& *Lugd. Bat.*) μίνυτρα καὶ κηρύγματα in *cæteris.*

ᵛ Οὐκ ἀνυποτίμητ⸀ αὐτῷ πεπρασμέν⸀,] Illud οὐκ, quod in sua versione agnovit *Epiphanius*, inserendum esse volui, sensu id postulante. HUDS. Recte, confirmante nunc etiam clara lectione MS. *Lugd. Bat.* ex quo insuper reposuimus ἀνυποτίμητος, pro quo hactenus lectum fuit ἀνυποτίμητον, non quidem male, sed fides *Cod.* nostri ostendit maluisse Josephum hoc in versu dicere ἀνυποτίμητ⸀, sicuti in præcedenti ἔξαρν⸀. HAV.

ˣ Περὶ τούτων ἐξαγγελθέντων] Vocula ὠφεὶ (quam delet & *Cocceius*) commode satis abesse potest. Si quis τ̃ ὠφεὶ τούτων malit, per me licebit.

ʸ Αὐτῷ,] Τυγχάνειν post αὐτῷ adjicit *Busb.*

CAP. VIII.

Quomodo in Herodem, peregrinis moribus violantem patria instituta, decem cives conjurarunt. De exstructione Sebastes & Cæsareæ, aliarumque munitionum.

Herodes à patriis moribus recedit.

HAC de causa deflexit etiam magis à patriis moribus, & peregrinis institutis antiquum rerum statum subinde labefactavit, quem inviolatum esse, & integrum manssisse oportebat. unde temporis processu magna mali labes nobis illata est, illis insuper habitis, quibus populus antea adductus

Ludi & theatra ab Herode facta.

4. Ille vero regem ipſum adiit audaciſſime, & ſolum cum ſolo colloqui velle dicebat: ac facta poteſtate. "Non poſſum, inquit, ô Rex, diutius "ferre hanc animi anxietatem. Equidem audacem "hanc confidentiam, ſed tibi neceſſariam & con-"ducibilem, ſi quid ab ea utilitatis perceperis, "meæ vitæ antepoſui. Sanuſne es, aut ubi eſt ex-"cellens illud ingenium, quo tot tantaſque res aſ-"ſequutus es? quæ eſt iſta amicorum cognatorum-"que ſolitudo? quos equidem, quamvis præſentes, "nec cognatos nec amicos judico, qui tantum "ſcelus in quondam felici regno perpetrari ſuſti-"neant. Et tu non aſpicies quid agatur? duos ju-"venes regina conjuge tibi natos, omni virtute "ornatiſſimos interficies, tuamque ſenectutem uni "puero committes, qui ſuſceptam de ſe ſpem ma-"le ſuſtinuit, & conſanguineis, quos ipſe toties "jam capitis damnaſti? Nonne cogitabis vulgus "ſilere, tamen peccatum videre, & facinus odiſſe: "exercitumque univerſum, & maxime præcipuos, "miſericordia commoveri erga infelices, odio er-"ga infelicitatis auctores?" Audiebat rex iſta, principio quidem non omnino * intemperanter: ſed ubi ſcilicet Tero facinus & domeſticorum perfidiam aperte taxavit, commovit ſe rex. Et Tero è contra paulatim modum exceſſit immoderata & militari libertate uſus. nec tempus ſatis ſcite & commode cepit. Unde ita turbatus eſt Herodes, ut, ea verba pro conviciis magis quam pro utili admonitione ducens, ubi milites rem ægre ferre & duces indignari audivit, tam eos qui nominati fuerant quam ipſum Teronem in cuſtodia vinctos adſervari juſſerit.

Regem nimia libertate uſus offendit.

ε. Τότε γυμνέντος, ὑπαντήσαντος τῷ καιρῷ ὁ Τρύφων τὸν κουρεὺς τοῦ βασιλέως, ὃς ἔφη πρόσθεν ὡς πείθοι πολλάκις ὁ Τήρων, [i] ὁπόταν [k] θεραπεύῃ τὸν βασιλέα ξυρῷ τὸν λαιμὸν [l] ἀποτεμεῖν· ἔσεσθαι γὰρ ἂν πρώτους [m] τοὺς περὶ Ἀλέξανδρον, καὶ μεγάλας λήψεσθαι δωρεάς. ταῦτα εἰπόντα συλλαμβάνειν κελεύει, καὶ μὴ πρότερον βάσανον λῦσαι τε Τήρωνος, καὶ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ, καὶ τοῦ κουρέως. διακαρτερήσαντός τε τοῦ Τήρωνος, ὁρῶν ὁ νεανίσκος τὸν πατέρα, χαλεπῶς μὲν ἤδη διακείμενον, ἔχοντα δὲ ὀδυμίαν ἐλπίδα σωτηρίας, [n] αὐτό τε τὸ μέλλον ἐκ τοῦ πρόσθεν τοῦ πάσχοντα δυσχερείας πρόσπολον, ἔφη

5. Hoc facto Tryphon quidam, regis tonſor, arrepta occaſione, regem adiit, eique nunciabat, Teronem ſæpe ſibi perſuadere voluiſſe, ut regi barbam tondens eum novacula jugularet: ita principem locum apud Alexandrum habiturus, & magna præmia conſequuturus. Hæc loquutum juſſit rex comprehendi: ac deinde de Terone & ejus filio & tonſore quæſtio habita eſt. Cumque Tero perſiſteret, juvenis patrem male jam mulctatum, nec ullam ſpem ſalutis habere videns, & quid futurum eſſet ex ſummis ejus angoribus conjiciens

Tryphon Herodis tonſor Teronem accuſat.

m Κρατεῖν] Lege κρατοίη. COCC.

n Οὐ δυνάμενος,] Ita cum *Cod. Vat. Lugd. Bat.* & *Epiphan.* οὐδυνάμενος εἶπεν, ὦ βασιλεῦ διακαρτερεῖ in *Editis Aliiſque*, niſi quod διακαρτερεῖν habeat *Hen.* à pr. m.

o Διακαρτερεῖν] Ita quoque *L. B.*

p Λάβοις τι χρήσιμον] Ita *Vat.* & *L. B.* λάβοι in *cæteris.*

q Ποῖ ποτε ὤχου σὸν,] Ποῖ ποτε οἴχονται σοι *Busb.* ποῖ ποτε οἴχονταί σου *Vat.*

r Κατώρθωσας;] *L. B.* κατώρθους.

s Μῖσος] *L. B.* μῦσος.

t Ἐστι;] *L. B.* ἔτι. unde *Cocceius* legit τὸ πραττόμενον ἔτι.

v Δύο νεανίσκους ἐκ βασιλίδος] Εἰ δύο *v. Busb.*

x Σοὶ γυναικὸς γεγενημένους,] Illud σοὶ deeſt *Vat.*

y Γεγενημένους,] *L. B.* γενομένους.

z Ἀναιρήσεις,] *L. B.* εἰ ἀναιρήσεις.

a Κατέγνως θανάτου;] Κατέγνωκας *Busb.* & *Vat.*

* *Intemperanter:*] *Al.* libenter, *aut* non iracunde, *aut* æquis auribus.

b Διεκίνησεν ἑαυτὸν] Διεκίνησεν αὐτὸν *Vat.*

c Τήρωνος] *L. B.* Τήρωνος.

d Τὸ γὰρ ἀπαίδευτον ἐξέπιπτε καιροῦ] Verto, *rerum enim imperitia mala decori magiſtra*, ut ſumatur γυμνικῶς —— Si ad Teronem —— referatur, ſic potius, —— *pro rerum enim imperitia à decoro deflexit.* BIBETSON.

e Ἐξέπιπτε καιροῦ.] Ὑπερέπιπτε *Vat.* ὑπερεξέπιπτε *Busb.*

f Ἐπεί καὶ τοὺς] Ἐπειδὴ *Busb.*

g Διακριθέντας γραώδεις,] Ἀπεχθῶς, aut aliud adverbium excidiſſe aut ſubintelligendum eſſe exiſtimo. *Epiphanius* vertit, *quia milites tum abhorrerent, & primates eorum ſibi indignarentur.*

h Τῶν τε ὀνόματος δηλωθέντων ἁπάντων,] Τῷ τε ὀνόματι δηλωθέντων ἁπάντων *Vat. L. B.* τῶν τε ὀνόματος δηλωθέντων ἁπάντων. *Cocceius* μὴ τῶν ὀνόματος δηλωθέντων ἁπάντων. τοὺς τε ὀνόματι δηλωθέντας ἅπαντας *Busb.*

i Ὁποταν —— ἀποτεμεῖν.] Conf. *ἀλωτ.* lib. 1. c. 27. §. 5. SPANH.

k Θεραπεύῃ τὸν βασιλέα ξυρῷ] Θεραπεύοι *Busb.* ὡς πείθοι πολλάκις αὐτὸν ὁ Τήρων, ὁπόταν θεραπεύῃ *Vat.*

l Ἀποτεμεῖν·] Ἀποτέμνειν *Vat.* τεμεῖν *Zonar.*

m Τοὺς περὶ Ἀλέξανδρον,] Τοὺς abeſt *Vat.*

n Αὐτό τε τὸ μέλλον] Ἑαυτῷ τε τὸ μ. *Vat.* αὐτῷ τε τὸ μ. *Busb.*

cns, dicebat "se regi veritatem patefacturum, si "fore polliceretur ut & ipsi & patri tormenta & "cruciatus remitteret." Ubi autem rex ei fidem dedit, ajebat, "constitutum fuisse, ut Tero regi "manum afferret; ac factu facile esse ut solus solum "aggrederetur: quo perpetrato, si quid ei siniſtrum "accidisset, id honori fore, dum Alexandro gra- "tificaretur." Istis quidem ab illo dictis, patrem à necessitate redemit: neque scitur, verumne dixerit vi coactus, an id fecerit ut à semetipso & patre dolorem depelleret.

Confessio filii Teronis.

6. Herodes vero si vel minimam antea de filiis *suis* occidendis dubitationem habuerit, jam ei nullo in anima loco relicto, sed ejectis omnibus quæ sibi vel tantillum melioris consilii suggerere possent, institutum exsequi properavit. Cumque in cœtu produxisset trecentos duces, in reos relatos, & Teronem cum suo filio, & tonsorem indicem, eos omnes accusavit: atque populus, conjectis quæcunque venerunt in manum, eos necavit. Alexander vero & Aristobulus, ducti Sebasten, jussu patris ibi strangulantur: & corpora noctu portantur Alexandrium, ubi siti erant maternus avunculus & multi ex majoribus eorum.

Teron, filius ejus, & tonsor lapidati.

Aristobulus & Alexander jussu Herodis strangulati.

7. Et forsan quidem aliquibus minime mirum videbitur, odium inveteratum adeo crevisse, & eousque processisse, ut ipsam naturam vinceret. Merito autem dubitari possit, an adolescentibus ejusmodi quid vitio vertendum, quod patri justam illis succensendi causam dederint; ac deinde ita eum perversitate sua irritarint, ut implacabilis evaderet: an quod ipse adeo durus fuerit & ferreus, & tam in aliis rebus gloriæ quam dominationis vehementer cupidus, ut neminem sibi *socium* assumendum putaret, quod quicquid ei placeret firmum ratumque haberi voluerit: an *quod dicendum* fortunam vim obtinuisse, omni consilio prudentiæ licet pleno potentiorem; unde & credere solemus, humanos actus à necessitate quadam præsancitos esse ut omnino fiant, eamque vim fatum vocamus, quòd nihil sit quod illa non efficiat. Cæterum satis erit, ut arbitror, sententiam hanc, *quò refellatur*, cum illa conferre, quæ nobismet aliquid *in agendo* tribuit, nec prohibet quo minus sua cuique imputetur morum pravitas: quæ jam olim ante nos sapienter in *Lege tractata sunt. Ex duabus autem reliquis causis, ea quæ ad filios spectat *merito* culpari potest, tam ex juvenili arrogantia quam fastu regio, quod calumniis in patrem auscultarint, & in acta ejus & vitam parum æqui inquisitores fuerint; malitiose suspicaces, & linguæ temperare nescii, & ob utrumque iis obnoxii qui id egerunt ut eos observarent, & ad gratiam captandam *Herodi*

"ὁ μὲν ὑὴν τῷ βασιλεῖ τὴν ἀλήθειαν, εἰ ϖ̃ρῶτον ἐπιτήσει ϖ̃ερὶ ἧς "φέροιτο τὰ βασάνων καὶ τὴν αἰκίας αὐτόν τε καὶ τὸν πατέρα". δόντος δὲ πίστιν ἐπὶ τούτοις, ἔλεγεν "ὡς εἴη συνῆκται τις "ἐπιβουλὴ δι' αὐτοχειρίας βασιλεῖ τὸ Τήρωνα. ϖ̃ροστελθεῖν "γὰρ εὔπορον εἶναι μόνον μόνῳ, καὶ δράσαντα παθεῖν τι τῶν "εἰκότων οὐκ ἀγλυκὲς Αλεξάνδρῳ χαριζόμενον". ταῦτα μὲν [p] ἂν ϖ̃είνος εἰπὼν, ἐξαιρεῖται τὸν πατέρα τῆς ἀνάγκης, ἄδηλον εἴτε τὴν ἀλήθειαν ϖ̃είσαντες φέρειν, εἴτε καὶ ϖ̃αραφλῶ νοήσας τινὰ ταύτην τῶν κακῶν αὐτῷ καὶ τῷ γεγωνηκότι.

5'. Ὁ δὲ Ηρώδης, [q] εἴδε εἴ τι ϖ̃ρότερον ἐνδοιάσιμον ἢν αὐτῷ ϖ̃ρὸς τὴν τεκνοκτονίαν, τούτῳ τόπον ἢ χώραν καταλελοιπὼς ἐν τῇ ψυχῇ, ἀλλὰ ϖ̃ᾶν ἐξηρημένον τὸ δυσάμενον αὐτῷ [r] ὑπόνοιαν ἀμείνονος λογισμοῦ ϖ̃ροσχεῖν, ἔσπευδεν ἤδη τέλος ἐπιθεῖναι τῇ ϖ̃ροκειμένῃ. καὶ [s] ϖ̃ροσαγαγὼν εἰς ἐκκλησίαν, τριακοσίους τε τοὺς ἡγεμόνας τοὺς ἐν αἰτίᾳ γενομένους, καὶ τὸν Τήρωνα σὺν τῷ παιδὶ, [t] καὶ τῷ ϖ̃ρὸ ἐκείνου διελεγχούσῃ κυρεῖ, καθηγεμόσιν [v] ἁπάντων αὐτῶν ἐποιήσατο· [x] κἀκείνους μὲν τὸ πλῆθος ἀεὶ τοῖς ϖ̃ροτυχοῦσι βάλλοντες, ἀπέκτειναν. Αλέξανδρον δὲ καὶ Αριστόβουλον, ἀχθέντες εἰς Σεβαστὸν, ἐπιτάξαντος τοῦ πατρὸς, στραγγάλῃ κλείνουσι. τὰ δὲ σώματα νύκτωρ εἰς Αλεξάνδρειον ἀπήνεγκε, τόν τε μητροπάτορα ἐκεῖ, καὶ τῶν πλείστων αὐτοῖς [y] ϖ̃ρογόνων [z] κειμένων.

ζ'. Ισως μὲν ἂν ἐκ ἄλογον σύνοις καταφαίνεται, ϖ̃ερφόμενον ἐκ πολλοῦ τὸ μῖσος ἔτως αὐξηθῆναι, καὶ περαιτέρω ϖ̃ροελθὸν ἀπονικῆσαι τὴν φύσιν. ἐπίσασις δὲ γένοιτο ἂν εἰκότως, εἴτε εἰς τὸς νεανίσκους ἀνοσίων [a] τὴν τοιαύτην αἰτίαν, [b] ϖ̃ρὸς αἴτιον ὀργῆς [c] ἀναγαγόντας τὸν πατέρα, καὶ χρόνῳ ϖ̃ᾶσαν ὑπὸ καλεπότητος ἀνήκεστον αὐτοῖς, εἴ τε καὶ ϖ̃ρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον ἀπορῆ καὶ ϖ̃ειθὸν ὅλως ϖ̃ρὸς τὴν ἐπιθυμίαν τῆς ἀρχῆς, καὶ τῆς ἄλλης εὐδοξίας, ὡς μηδένα οἴεσθαι ϖ̃ᾶλληθέον, ἐφ' ᾧ ϖ̃ᾶν τὸ βουλόμενον ἀκίνητον ἔχειν, ἢ καὶ [d] τὴν τύχην ϖ̃αντὸς εὐγνώμονος λογισμοῦ μείζω τὴν δύναμιν ἐσχηκέναι, ὅθεν καὶ ϖ̃λανώμεθα τὰς ἀνθρωπίνας ϖ̃ράξεις ὑπὸ ἐκείνης [e] ϖ̃ροκαθωσιῶσθαι τῆς ἑιμαρμένης πάντως ἀνάγκης, καὶ καλῶμεν αὐτὴν [f] εἱμαρμένην, ὡς κόσμος ὄντως, ὁ μὴ δι' αὐτὴν γίνεται. τοῦτον μὲν οὖν τὸν λόγον ὡς [g] νομίζω ϖ̃ρὸς ἐκεῖνον ἀρκέσει κρίνειν, ἡμῖν τε αὖθις [h] ἀποδιδόντα τι, καὶ τὰς διαφορὰς τῶν ἐπιτηδευμάτων οὐκ ἀνοθύνους ποιουμένους· ἃ ϖ̃ρὸ ἡμῶν ἤδη πεφιλοσόφηται καὶ τῷ νόμῳ. τῶν δὲ ἄλλων δύο, τὴν μὲν ὑπὲρ τῶν παίδων μεμψαίμην ἄν τις αἰτίαν, ὑπό τε αὐθαδείας [i] νεωτερικῆς καὶ βασιλικῆς οἰήσεως, ὅτι καὶ διαβολῶν ἠνείχοντο κατὰ τοῦ πατρὸς, καὶ τῶν πραττομένων αὐτῷ [k] κατὰ τὸν βίον οὐκ εὐμενεῖς ἦσαν ἐξεταστὰς, καὶ κακοήθεις μὲν ὑπονοεῖν, ἀκριβεῖς δὲ λέγειν, εὐάλωτοι δὲ δι' ἀμφότερα τοῖς ἐπιτηρῆσιν αὐτὸς, καὶ ϖ̃ρὸς χά-

o Μιαίνειν τῷ βασιλεῖ τὴν ἀλήθειαν,] Μιαίνειν *Vat.*

p Οὐ ἐκεῖνος εἰπὼν,] Illud ὃν δὲ *Cod. Vat.*

q Οὐδὲ εἰ τί ϖ̃ρότερον] Οὐδ' εἰ τὸ ϖ̃ρ. *Vat.* & *Hen.* à pr. m.

r Ὑπόνοιαν ——— ϖ̃ροσχεῖν,] Ita cum *Cod. Vat.* μείζονα in *Editis Aliisque.*

s Προσαγαγὼν εἰς ἐκκλησίαν] Προάγων *Vat.* ϖ̃ροσαγαγὼν Zonar.

t Καὶ τῷ ϖ̃ρὸ ἐκείνου] Καὶ τῷ ἐκείνου *Busb.*

v Ἁπάντων αὐτῶν] Ἁπάντων ἐποιεῖτο *Busb.*

x Τοῖς ϖ̃ροτυχοῦσι βάλλοντες,] Conf. supr. c. 10. §. 5 SPANH.

y Προγόνων κειμένων.] Rufini Versio hujus libri hic desinit in morte & sepultura Herodis filiorum. Reliqua à verbis: ἵνα μὲ δὲ &c. ad finem libri & capitis non ibi comparent. SPANH.

z Κειμένων.] Post κειμένων habemus τοῦτο τὸ τέλος τῶν ἡνιόχων in *Cod. Busb.*

a Τὴν ——— ἀναγαγόντας] Forte τὴν τοιαύτην αἰτίαν, ϖ̃ρὸς ὀργὴν ἀναγαγόντας. COCC.

b Πρὸς αἴτιον] *L. B.* ϖ̃ροαίτιον.

c Αναγαγόντας] Εναγόντας *Vat.* forsan pro ἀναγαγόντας. *L. B.* ἀγαγόντας.

d Τὴν τύχην ——— γίνεσθαι.] De Fortuna & vi Fati, sine qua nihil fiat, quæ Pharisæorum sententia, è quorum numero Josephus, vid. lib. 8. c. 15. §. 6. & alibi. lib. 5. c. 13. §. 7. SPANH.

e Προκαθωσιῶσθαι] Προσκαθωσιῶσθαι τῇ ἑ ἑιμαρμένῃ πάντως ἀνάγκῃ. & *Lugd. Bat.* Est qui malit ὑπ' ἐκείνης ϖ̃ροκαθωσιῶσθαι τῇ τ. γ. π. ἀνάγκῃ, per illam (*sc.* fortunam) quod eos evenire omnino necesse sit, à culpa esse præexemptos &c.

f Εἱμαρμένην,] Alludere videtur ad notationem Latini nominis potius quam Græci. nam *fatum* à *faciendo* dictum videri potest: at in Græco idiomate, quo usus est *Josephus*, εἱμαρμένη non ab *efficiendo* sed *sortiendo* deducitur. *Salianus* in *Ann. Eccl.* l. 6. p. 386.

g Νομίζω ϖ̃ρὸς ἐκεῖνον ἀρκέσει κρίνειν,] Ita conjicit vir doctissimus, *T. Terry Gr. L. Prof.* Antea in *Editis* erat, ὡς μέζω π. ἰ. ἀ. κινεῖν, & mox διαφορὰς. nullo plane sensu.

* *Lege tractata sunt.*] *Id est*, in Legis commentariis.

h Ἀποδιδόντα τι,] Ἀποδιδόντας τι & mox ποιοῦντας *Vat.* & *Hen.* à pr. m. δεχόμενα ἢ ἡμῖν τε αὐτοῖς ἀποδιδόντα τι &c. legendum censet *Salianus*, vertendumque, *verum hunc sermonem, qui causas humanis superiores attingat, movisse sufficiat; eum autem amplectamur, qui & nobis ipsis aliquid tribuit, nec varietatem studiorum obnoxiam faciat rationi reddendæ.* Vel, certe nihil addendo, ita si placet interpretemur, *hunc ergo sermonem, quem scilicet subjicio, ut illo utiliorem movere sufficiat, qui nobis ipsis tribuat aliquid, & non omnia fato, & multiplices actiones nostras examini subjiciat.*

i Νεωτερικῆς καὶ βασιλικῆς οἰήσεως,] Vide *J. A. Bosii* dissertationem de νεωτερικαῖς ἐπιθυμίαις ad 2 *Tim.* c. 2. v. 22. in *Thesauro Theologico Philologico*, vol. 2. p. 687.

k Κατὰ ——— ἐξεταστὰς,] Περὶ τὸν βίον *Vat.*

χάριν καταμαλώσειν. ὁ μέν τοι πατὴρ, ἐδὲ ἐντρο-
πῆς ἔοικεν ἄξιον φαίνεσθαι τοῦ περὶ ἐκείνους ἀσεβή-
ματος, ὃς, ὅτε πίστιν ὑπεβάλλης ἐναργῆ λαβών,
ὅτι ἐπιχειρήσεως ἐλέγχειν ἔχων, ἐπόλ-
μησεν ἀποκτείναι τοὺς ἐξ αὐτοῦ φύντας, ἀρίστους μὲν
τὰ σώματα, καὶ ἐπιτηδείους πᾶσι τοῖς ἀλλοτρίοις,
ὀκ ἀποδέοντας ἢ ἐν τοῖς ὑπηνδεύμασιν, εἶτα ἥ-
ρᾶν, ἢ γυμνάζεσθαι [l] τὰ πολέμια, ἢ λέγειν ὑπὲρ τ
ἐμπιπόντων ἔδει. τούτων γὰρ ἁπάντων μετεῖχον, Ἀλέ-
ξανδρος ἢ καὶ μᾶλλον ὁ πρεσβύτερος. ἤρκει γὰρ, εἰ καὶ
κατέγνω, κἂ ζῶντας ὅμως ἐν δεσμοῖς, ἢ ξενιτεύοντας ἀπὸ
τῆς ἀρχῆς ἔχειν, μεγάλῃ ἀσφαλείᾳ αὐτῷ βεβε-
βλημένῳ τὴν Ρωμαίων δύναμιν, δι' ἣν οὐδὲν οὕτε
[m] ἐξ ἐφόδου καὶ βίᾳ παθεῖν ἐδύνατο. τὸ γὰ ἀποκτεῖ-
ναι ταχὺ, καὶ πρὸς ἡδονὴν τοῦ νικῶντος [n] αὐτὸν
πάθους, ἀσεβείας τεκμήριον ἀνυποτιμήτου. καὶ τῆς
[o] ἡλικίας ἔτι οὔσης σοὶ χάριν τοσοῦτον ἐξήμαρτεν. ἦν
μὲν [p] παρολκὴ, καὶ τὸ χρονίζον συγγνώμην ὀκ
[q] ἂν αὐτῷ τινα φέροι. ταχὺ μὲν γὰρ ἐκπλαγῆναι
καὶ κεκινημένον χωρῆσαι πρός τι τῶν ἀτόπων, εἰ
καὶ δυσχερὲς, ἀλλὰ ἀεὶ συμβαῖνον· [r] ἐν ὑπεικόσι
δὲ, καὶ πολλάκις μὲν ὁρμηθέντα πολλάκις δὲ μεθη-
σαντα, τὸ τελευταῖον δὲ ὑποστῆναι καὶ ἀναπεύσα-
σθαι, φονώσης καὶ δυσμεταβλήτου ψυχῆς ἀπὸ τῶν
χρόνων. ἐδήλωσε δὲ καὶ τοῖς αὐθις, ὀκ ἀποχό-
μενος οὐδὲ τῶν λοιπῶν ὅσους [s] ἐδόκει [t] φιλτάτους, ἐφ' οἷς τὸ μὲν δικαιον ἔλαττον ἐποίᾳ συμπαθεῖ-
σθαι τοὺς ἀπολλυμένους, τὸ δὲ ὠμὸν ὅμοιον σοὶ, τῷ
μηδὲ ἐκείνων [v] φεισαμένῳ. διέξιμεν δὲ ὑπὲρ αὐτῶν
ἐξῆς ἀφηγούμενοι.

Τέλος τοῦ βιβλίου ἑκκαιδεκάτου.

omnia indicarent. Veruntamen, non eſt ut pater juſtam excuſationem inveniat ſuæ in filios impietatis, qui omni re ad fidem certam inſidiis faciendam deſtitutus, nec aliud habens ad eos convincendos hujuſmodi conatûs in *ipſius perniciem* parati, ſuſtinuit ex ſe genitos interficere; forma egregia *juvenes*, & ab alienigenis omnibus valde expetitos, quibus nihil ad ſtudia & exercitationes deerat, ſi aut venationi ſeſe dare, aut militiæ muneribus vacare, aut pro re nata dicere oporteret. Horum vero omnium gnari erant peritique, præſertim Alexander natu major. Satis enim fuiſſet, etiamſi *eos* damnare libuiſſet, aut vivos in vinclis aſſervare, aut procul à regno relegare, cùm abunde tutus ageret Romanorum potentia munitus, qua fretus non erat ut vel repentinum impetum aut vim *apertam* metueret. Tam cito autem eos occidiſſe, & ut impotenti affectui gratificaretur, quid aliud eſt quam argumentum impiæ licentiæ. præſertim quod adeo peccaverit, cum eſſet ætate provectior. Quin & neque mora aut dilatio facit ut ei quodammodo ignoſcatur. Nam ut quis repentino caſu perculſus & commotus ad atrocia facinora impelleretur, utut grave ſit, ſæpe tamen ſolet accidere. Verum ut re perpenſa, cum ſæpe incitaretur & ſubinde cunctaretur, poſtremo tale quidpiam aggrederetur & perpetraret, ſanguinarii animi eſt & obſtinati in deterius. id quod & poſtea declaravit, dum nec reliquis parceret quos chariſſimos habuerit: qui tametſi minus miſerabiles erant, quod jure merito perirent; ſimilem tamen exercuit crudelitatem, eò quod ab illorum cædibus non temperarit. Sed de his dicturi ſumus in ſequentibus.

Finis Libri decimi ſexti.

[l] Τὰ πολίμια,] Τὰ πόλεων *Vat.*

[m] Ἐξ ἐφόδου καὶ βίᾳ] Vid. *alios* lib. 3. c. 6. §. 1. ἐξ ἐφόδου αἱρήσειν. & cap. 7. §. 1. κατὰ κράτος ἔφοδον. *Julian. Imp. Orat.* 1. p. 48. de Perſis, ὡς ἐξ ἐφόδου τοῦ Σπερχίου ληψόμενοι, ubi *Petavius*: tanquam primo impetu Syria potituri. SPANH.

[n] Αὐτὸν πάθους,] Ita lego. (adſtipulante jam quoque *Lugd. Bat.*) αὐτῷ in libris.

[o] Ἡλικίας ἔτι ὔσης σοὶ χάριν] *L. B.* ἡλικίας ὔσης σὺ χάριν.

[p] Παρολκὴ,] Παρολκὴ de re aliqua ſuperflua Baſil. Epiſt. CCXXXIV. p. 1011. B. SPANH.

[q] Αν αὐτῷ τινα φέροι.] Illud ἂν è *Cod. Vat.* Cui jam quoque favet *L. B.* in quo totus locus ita legitur, καὶ τ. χ. σὺν ἂν αὐτῷ συγγνώμην τ. φ.

[r] Ἐν ἐπιεικόσι ἢ,] Ἐν ἐπιεικεῖ ἢ καὶ μικρὰ πολλ. *Vat.* & *Hen.*

[s] Ἐδόκει] *Gen.* ἐδόξει.

[t] Φιλτάτους,] Forte ſupplendum ἔχειν.

[v] Φεισαμένῳ.] Φεισαμένου *Vat.*

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΗι ΕΠΤΑΚΑΙΔΕΚΑΤΗι

ΤΩΝ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΣΤΩΡΙΩΝ ΤΗΣ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ.

JOSEPHI LIBRO DECIMO SEPTIMO HISTORIARUM ANTIQUITATIS JUDAICÆ HÆC CONTINENTUR.

1. *Quomodo Antipater genti universæ invisus erat ob fratrum ipsius cædem: utque ob hanc causam amicos, qui Romæ erant, ingenti pecunia sibi conciliare studebat, atque etiam Saturninum Syriæ præsidem, & duces qui cum eo erant.*

α'. Ως Αντίπατρος ἐμισήθη ὑπὸ παντὸς τοῦ ἔθνους διὰ τὴν ἀναίρεσιν τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ. καὶ ὡς διὰ τοῦτο ἐθεράπευσε τοὺς ἐν Ρώμῃ πολλοῖς χρήμασι, καὶ τὸν πεπιστευμένον τὴν Συρίαν Σατορνῖνον, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ἡγεμόνας.

2. *Quomodo Herodes rex, cum vidisset regionem Trachonitidem in tranquillo esse non posse ob crebras Arabum incursiones, Zamarin Judæum, qui Babylone relicta in Antiochia degebat, accersivit, locumque ad habitandum dedit in Trachonitide, eoque usus est propugnaculo contra Arabes.*

β'. Ως Ηρώδης ὁ βασιλεὺς, ἰδὼν τὴν Τραχωνίτιν χώραν μὴ δυναμένην εὐσταθεῖν διὰ τὰς ἐπιδρομὰς τῶν Αράβων, Ζάμαριν Ιουδαῖον, ἐκ Βαβυλῶνος κατοικήσαντα, καὶ ἐν Αντιοχείᾳ διαιτώμενον, μεταπεμψάμενος, [a] ἐγκαθίκισεν αὐτῇ, καὶ ἐχρήσατο αὐτῷ προβλήματι πρὸς τοὺς Αραβας.

3. *Quomodo Antipater, cum Herodes Alexandri & Aristobuli filiorum suorum filios sibi adsumpsisset, eisque Pheroræ filias despondisset, patri suasit, ut illas è contra filiis suis desponsatas daret. utque Antipater Pheroram studiose colebat, eo animo ut ipso ad insidias patri struendas uteretur. utque Salome, regis soror, insidias sibi cognitas clam fratri narravit. utque Herodes Antipatro interdixit, ne ad Pheroram iret, neve arcani aliquid ei nunciaret. atque ille nihil horum palam faciebat, sed remotis arbitris; id quod Herodem non latebat.*

γ'. Ως Ηρώδης τοὺς Αλεξάνδρου καὶ Αριστοβούλου τῶν υἱῶν αὐτοῦ παῖδας προσποιησαμένου, καὶ τὰς Φερώρα θυγατέρας μνηστευσαμένου αὐτοῖς, Αντίπατρος ἔπεισε τὸν πατέρα τὴν μνηστείαν εἰς τοὺς παῖδας μεταθεῖναι τοὺς αὐτοῦ. καὶ ὡς ἐθεράπευσεν Αντίπατρος τὴν πρὸς Φερώραν, βουλόμενος ἤδη δι' αὐτῶν ἐπιβουλεῦσαι τῷ πατρί. καὶ ὡς γνοῦσα ἡ ἀδελφὴ τοῦ βασιλέως Σαλώμη, κρυφαίως ἀπήγγειλεν τῷ ἀδελφῷ. καὶ ὡς Ηρώδης παρήγγειλεν Αντιπάτρῳ μὴ φοιτᾶν πρὸς Φερώραν, μηδὲ ἀπόρρητον μηδὲν ἀπαγγέλλειν αὐτῷ. ὁ δὲ Φερώρας μὲν οὐδὲν ἔπεισε, ἀλλὰ κρυπτῶς, καὶ ταῦτα δὲ οὐκ ἐλάθησε τὸν Ηρώδην.

4. *Quomodo Antipater ad amicos suos Romæ degentes scripsit, eos obsecrans patri scriberent, ut ei suaderent ipsum Romam ad Cæsarem mittere cum ingenti pecunia: quibus obsequutus Herodes eò misit filium.*

δ'. Ως Αντίπατρος ἔγραψε τοῖς ἐν Ρώμῃ φίλοις, προκαλῶν αὐτοὺς γράψαι τῷ πατρὶ αὐτοῦ, πείθοντας ἵνα πέμψῃ αὐτὸν πρὸς Καίσαρα μετὰ πολλῶν χρημάτων· καὶ πεισθεὶς Ηρώδης ἐξέπεμψε τὸν υἱόν.

5. *Quomodo Antipater Pheroræ suasit ut Herodem patrem suum pharmaco tolleret, quod ille Pheroræ dederat. utque Herodes rex jussit fratri ejus Pheroræ, ut uxorem suam repudiaret, aut è regno discederet. cui ille libenter morem gessit, & in suam Tetrarchiam se recepit, ubi non multo post diem supremum obiit.*

ε'. [b] Ως Αντίπατρος ἔπεισε Φερώραν ἵνα ἀνέλῃ τὸν πατέρα αὐτοῦ Ηρώδην Φαρμάκῳ, ὃς αὐτὸς τὸ Φάρμακον Φερώρᾳ. καὶ ὡς ὁ βασιλεὺς Ηρώδης παρήγγειλεν τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ Φερώρᾳ ἐκβαλεῖν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, ἢ ἀναχωρῆσαι ἐκ τῆς βασιλείας. ὁ δὲ ἀσμένως ἤκουσε καὶ ἀνεχώρησεν εἰς τὴν ἰδίαν τετραρχίαν, κἀκεῖ μετ' ὀλὺ τελευτᾷ.

6. *Pheroræ uxor à Pheroræ libertis accusatur occisi veneno mariti. utque Herodes, inquisitione facta, pharmacum invenit sibi à filio suo Antipatro paratum, & quæstione habita deprehendit Antipatri insidias.*

ς'. Κατηγορία τῆς γυναικὸς Φερώρα ὑπὸ τῶν ἀπελευθέρων Φερώρα ὡς ἀναιρεθέντος Φαρμάκῳ. καὶ ὡς Ηρώδης ἐκζητήσας εὗρεν τὸ Φάρμακον, κατασκευασμένον ἐπ' αὐτῷ ὑπὸ τοῦ ὑοῦ αὐτοῦ Αντιπάτρου, καὶ βασανίσας ἔγνω τὰς Αντιπάτρου ἐπιβουλάς.

7. *Antipater Româ navigans ad patrem venit. utque à Nicolao Damasceno accusatur, & capitis damnatus à patre, & à Quintilio Varo, tunc Syriæ præside, in vinculis adservatur, donec ea de re certior factus esset Cæsar.*

ζ'. Κατάπλους Αντιπάτρου ἐκ Ρώμης πρὸς τὸν πατέρα. καὶ ὡς κατηγορηθεὶς ὑπὸ Νικολάου τοῦ Δαμασκηνοῦ, καὶ καταγνωσθεὶς θανάτου ὑπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ ὑπὸ [c] Κοιντιλίου Οὐάρου τοῦ τότε πεπιστευμένου τὴν Συρίαν, ἐδέθη μέχρι τοῦ ἐσομένης διαγνώσεως ὑπὸ Καίσαρος.

8. *Legatio ab Herode ad Cæsarem missa de Antipatro: utque Cæsar, accusatione audita, capitis eum damnavit.*

η'. [d] Πρεσβεία πεμφθεῖσα ὑπὸ Ηρώδου πρὸς Καίσαρα περὶ Αντιπάτρου· καὶ ὡς Καῖσαρ, ἀκούσας τὰς κατηγορίας, κατέγνω αὐτοῦ θανάτου. Θ'. Πε-

a Εγκατώκισεν αὐτῇ,] Εγκατώκησεν in *Editis & MSS.*

b Ως Αντίπατρος ἔπεισε] Illa ὡς Αντίπατρος ἔπεισε &c. usque ad vocem Ηρώδης accepta debemus Codd. *Vat. & Gall.*

c Κοιντιλίου Οὐάρου] Ita cum *Strabone Aliisque.* Κοιντιλίου in *Editis & MSS.*

d Πρεσβεία πεμφθεῖσα] Hoc summarium nobis conservatum dederunt *MSS. Vat. & Gall.*

e Δι

θ'. Περὶ τ Ηρώδ νόσ Ͼ φάσεως τ Ιωδαίων [c] δι' αὐτὸ· κ κόλασις τ φασιαςῶν.

9. *De Herodis morbo, motaque ob eam causam seditione: & quomodo puniti erant seditiosi.*

ι'. Ως δόξαντος Αντιπάτρ Ηρώδ πεπελυτηκέναι, Αντιπατρ Δραλεχθείη τῷ σωμαλοφύλακι περὶ ἀφέσεως· [f] κ᾽ Δρ᾽ ὅτ᾽ Αντιπάτρ ἀναίρεσις.

10. *Quemadmodum Antipater, cum ei crederetur mortuum esse Herodem, verba fecit ad custodem de liberatione è vinculis: quam ob rem patris jussu interimitur.*

ια'. Ηρώδ [g] πελυτὴ, κ Δραθήκη τ αὐτ περὶ Καίσαρ, κ μερισμὸς περὶ τὰς τρεῖς υἱὰς αὐτ, κ ὡς Αρχέλαον βασιλέα ποιεῖ τ Ιωδαίας.

11. *Herodis mors, & quænam testamento legavit Cæsari, qualisque facta erat divisio in tres filios, & quomodo Archelaum Judææ regem constituit.*

ιβ'. [h] Επιςολὴ Ηρώδ περὶς τ ςρατὸν, κ ἑκάςῳ αὐτῶν δωρεὰ, κ παράκλησις πίςεως περὶς τ υἱὸν αὐτ Αρχέλαον.

12. *Herodis epistola ad exercitum, & munificentia erga milites, & cohortatio ad eos ut fidem Archelao filio suo præstarent.*

ιγ'. [i] Τάφη Ηρώδ ἐν Ηρωδίῳ τῷ φρυρίῳ, κ ὡς ὁ λαὸς ἐςασίασε περὶς τ υἱὸν αὐτ Αρχέλαον ἐν τῇ ἑορτῇ· κ ὡς Αρχέλα τελιχιλίους αὐτῶν ἀνεῖλεν, αὐτὸς ὃ ἔπλυσε περὶς Καίσαρα σὺν τῷ ἀδελφῷ αὐτ Ηρώδῃ εἰς Ρώμην, πιςεύσας τὴν βασιλείαν αὐτ τῷ ἀδελφῷ Φιλίππῳ.

13. *Sepultura Herodis in Herodio castello, utque in festo seditionem movit populus contra filium ejus Archelaum: & ut Archelaus tria seditiosorum millia occidit, atque ipse cum fratre suo Herode Romam navigavit ad Cæsarem, regni cura fratri suo Philippo commissa.*

ιδ'. Ως Σαβῖν ὁ ἐν τῇ Συρίᾳ Καίσαρ ἐπίτροπ ἀνέβη εἰς Ιεροσόλυμα, βίᾳ αἰτῶν τὰ Ηρώδ χρήματα Ͼ φρούρια περὶ τ Αρχελάου ἐπιμελητῶν. κ ὡς ἔπεμψαν οἱ [k] Αρχελάου ἐπιμεληταὶ τ λαὸν χωρεῖν ἐπὶ ὅπλα, κ πολιορκῆσαι τ Σαβῖνον Ͼ ςρατὸν αὐτ ἐν τῇ Αντωνίᾳ. κ ὡς ταῦτα ἀκούσας ὁ Ουαρ μ μεγάλης δυνάμεως ἀνέβη εἰς Ιεροσόλυμα, κ ῥυσάμεν τ Σαβῖνον ἐκ τ πολιορκίας, τοὺς αἰτίους τ ςάσεως ἐκόλασε· κ καλῶς Δραθεὶς τὰ ἐν τῇ Ιωδαίᾳ ἔγραψε Καίσαρι, δηλῶν [l] αὐτῷ τὰ πραχθέντα.

14. *Quomodo Sabinus Cæsaris in Syria procurator Hierosolyma ascendit, vi contendens ut sibi Herodis pecuniæ & munitiones traderentur ab Archelai curatoribus. utque curatores ab Archelao relicti populo suaserunt, ut arma caperent, & Sabinum exercitumque ejus in Antonia obsiderent. & ut Varus, istis auditis, magna cum militum manu Hierosolyma ascendit, Sabinoque ab obsidione liberato in seditionis auctores animadvertit; ac deinde, rebus in Judæa compositis literis Cæsari significavit res a se gestas.*

ιε'. Ως Καῖσαρ τὰς Ηρώδ Δραθήκας βεβαίας ἐπίησε, Φυλάξας τοῖς υἱοῖς αὐτ τὴν Δραδοχήν· κ περὶ Ψευδαλεξάνδρ.

15. *Quomodo Cæsar Herodis testamentum sancivit, custodita ejus filiis successione: & de falso Alexandro.*

ιϛ'. [m] Καὶ ὡς κατηγορεῖται Αρχέλα ὑπὸ τ συγγενῶν αὐτ ἐπὶ Καίσαρ, κ νικήσας ἔλαβε τὴν βασιλείαν· κ βασιλεύσας μοχθηρῶς δεκαετίαν, πάλιν κατηγορηθεὶς ἐξωρίσθη εἰς Βίενναν, τὴν ὑ βασιλείαν αὐτ μετέθηκε Καῖσαρ εἰς ἐπαρχίαν.

16. *Et ut Archelaus à consanguineis suis coram Cæsare accusatur, & illis superatis regnum accepit; cumque decem annos imperasset, accusatione iterum in eum instituta, Viennam relegatus est, quo facto regnum ipsius in provinciam mutavit Cæsar.*

---

c Δι' αὐτὸ·] Ita *Gall.* δι' αὐτὸν *Vat.* desunt *Editis Aliisque.*

f Καὶ —— ἀναίρεσις.] Sic *Gall.* Δρ τοῦτο in *reliquis.*

g Τελδυτὴ,] Eo modo *Vat.* τελδυτὴ, Δραθήκη περὶς κ. in *Editis Aliisque.*

h Επιςολὴ Ηρώδ] Hoc summarium etiam debemus *MSS. Vat. & Gall.*

i Τάφη Ηρώδ ἐν Ηεωδίῳ] Illa κ τάφη Ηρώδ ἐν Ηρωδίῳ φρουρίῳ, quæ in *Editis* subjiciuntur verbis istis βατιλία ποιεῖ τ Ιωδαίας, in principio hujusce summarii habent *MSS. Vat. & Gall.*

k Αρχελάου ἐπιμεληταὶ] Illud Αρχελάου è *Cod. Vat.*

l Αὐτῷ τὰ πραχθέντα.] Αὐτῷ τὰ πραχθέντα desunt in libris omnibus præter *Vat.*

m Καὶ ὡς κατηγορεῖ) Αρχέλα] Illa κ ὡς κατηγορεῖ) usque ad vocem πάλιν accepta referimus *Codd. Vat. & Gall.*

ΦΛ. ΙΩΣΗΠΟΥ
ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΠΤΑΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ.

Περιέχει ἡ βίβλος χρόνον ἐτῶν ι δ'.

FLAVII JOSEPHI
ANTIQUITATUM JUDAICARUM.
LIBER DECIMUS SEPTIMUS.

Continet hic liber tempus annorum XIV.

CAP. I.

Quomodo Antipater genti universæ invisus erat ob fratrum ipsius cædem, utque ob hanc causam amicos, qui Romæ erant, ingenti pecunia sibi conciliabat, atque etiam Saturninum Syriæ præsidem, & duces qui cum eo erant. De Herodis conjugiis & liberis.

ΚΕΦ. α'.

Ως Αντίπατρος ἐμισήθη ὑπὸ παντὸς τοῦ ἔθνους διὰ τὴν ἀναίρεσιν τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ, καὶ ὡς διὰ τοῦτο ἐθεράπευσε τοὺς ἐν Ρώμῃ πολλοῖς χρήμασιν, καὶ τὸν ἐπιτροπεύσαντα τῆς Συρίας Σατορνῖνον, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ἡγεμόνας. Περὶ Ηρώδου γάμων καὶ παίδων.

Antipater fratribus sublatis populo & militibus invisus.

ANTIPATRO autem, postquam fratres sustulisset, & patrem extrema nequitia & furiis illorum injurias ulciscentibus circumdedisset, nihil ad spem, quam de reliqua vita conceperat, firmandam affulgebat. Nam omni de imperio metu liberatus, quod nihil cum fratribus commune habiturus esset, tamen ut regnum adipisceretur opus arduum fore & impeditum sentiebat: odium in ipsum tam inveteratum genti penitus insederat. Cum autem & hoc ei grave esset & molestum, majorem adhuc solicitudinem ei injiciunt milites, animos ab ipso alienos habentes, quorum ex fide pendet omnis regnantium securitas, si quando gens *ipsa* novarum rerum studio teneatur. tantum periculi sibi conflavit ex fratrum interitu. Neque tamen non cum patre regnabat, nihil plane à rege discrepans: & majorem apud eum auctoritatem habebat, benevolentia sibi ex iis ob quæ periisse debuerat firmiori conciliata, quasi in Herodis securitatem fratrum delator exstitisset, non autem ex odio quo illos prosequebatur & in primis patrem. tales ipsum agitabant diræ. Quæ scilicet omnia Antipatro viam sternebant ad Herodem *submovendum*, id agenti ut nemo esset qui ipsum accusaret de iis quæ perpetrare cogitabat, utque Herodes perfugium non haberet aut auxilium, si Antipater semet hostem ei aperte profiteretur. Proinde ex odio in patrem factum est, ut fratribus insidiaretur. Sed tunc longe magis sti-

Cum patre res Judæorum administrat.

Antipater patris necem machinatur.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΩι δ', ἀραμένῳ τὰς ἀδελφὰς, [b] ἀσεβείᾳ τι τῇ ὑστάτῃ καὶ ἀλαζονείᾳ τοῦ ἐπ' αὐτοῖς τοῦ πατρὸς ἐπιβεβληκότι, ὅ τι [c] κατὰ γνώμην ἡ ἐλπὶς ἐπ' αὐτοῖς βίου λοιπὸν ἀπαλλαγεὶς καὶ φόβου ἐπὶ τῇ ἀρχῇ διὰ τὸ τοῦ ἀδελφῶν μηδὲν ὑπεναντιώσεσθαι, [d] ἐργωδέστερον καὶ ἄπορον αὐτῷ εὕρισκεν [e] τὸ τὴν βασιλείαν κατορθωθήσεσθαι· [f] τοσοῦδε ἐφύη τῷ ἔθνει μῖσος πρὸς αὐτόν. ὄντος δὲ [g] αὐτῷ καὶ τῆδε χαλεπῆς, πλείονας παρελύπει τὸ γραπτὸν, ἀλλοτρίως ἔχον τῇ γνώμῃ πρὸς αὐτὸν, εἰς ὃς τὰ πάντα λοιπὸν τοῖς βασιλεῦσιν ἀνακείμενα καὶ οἰκείας ἀσφαλὲς, ὁπότε τύχοι τὸ ἔθνος νεωτέρων [h] ὀρεγνώμενον πραγμάτων. τοσοῦδε κίνδυνον ἐμηχανήσατο αὐτῷ ὁ ὀλεθρος τῶν ἀδελφῶν. ἦν μὲν ἀλλὰ καὶ [i] συνεχές τε τῷ πατρὶ, οὐδὲν ἄλλο [k] ἢ βασιλεὺς ὤν· καὶ πιστεύετο παρ' αὐτῷ μειζόνως, ἐξ ὧν ἀπολωλέναι καλῶς εἶχεν, εὐνοίας βεβαιώματα εὑρημένου, ὡς ἐπ' ἀσφαλείᾳ σωτηρίας τῆς Ηρώδου τοὺς ἀδελφοὺς [l] ἐνδεδειχώς, ἀλλ' ὄντα ἔχθρα τῇ πρὸς ἐκείνους καὶ [m] πρὸ αὐτῶν πρὸς τὸν πατέρα. τοιαῦτα αὐτὸν ὑπεισῆλθον ἀραί. ἅπερ δὴ πάντα μηχαναῖς τῆς ὑπὸ τὸν Ηρώδου ὁδοῦ ἵεσαν τὸν Αντιπάτρου, ἐρημοῦντι αὐτὸν μὲν [n] κατηγόρων ἐφ' οἷς πράττειν διενοεῖτο, Ηρώδῃ δὲ αὖ καταφυγῆς, [o] οἱ βοηθοῖεν αὐτῷ, καὶ Αντιπάτρου φανερῶς πολεμίου κατασκευῇ. ὥστε μισεῖ μὲν τῷ πρὸς τὸν πατέρα ἔπραττε τὴν ὑπόθεσιν τῶν ἀδελφῶν. τότε δὲ [p] ἦν μείζονος

a Ιδ'.] Ita in *Græcis* omnibus & plerisque *Latinis*.

b Ασεβείᾳ τε τῇ ὑσάτῃ καὶ ἀλαζονείᾳ] Ασεβείᾳ τε ὑς. & mox ἀλαζονίᾳ τ π. *Busb.*

c Κατὰ γνώμην] *L. B.* κατὰ γνώμας.

d Εργωδέστερον] Εργωδιέστερα τὴν ἡ τ βασιλείας ἐπιτυχία *Zonar.*

e Τὸ τὴν βασιλείαν κατορθωθήσεσθαι.] *L. B.* τὸ τ βασιλείας κατιγίνεσθαι.

f Τοσοῦδε ἐφύη τῷ ἔθνει] Ita *Busb. Lugd. Bat. Gall.* & *Epiphan.* τοσοῦτο φύσει in *Editis Aliisque*.

g Αὐτῷ καὶ τῆδε χαλεπῆ,] Ita ex conjectura. αὐτῇ in *libris*. HUDS. Quam conjecturam verissimam esse, præclari codicis *L. B.* fides docet. HAV.

h Ορεγνώμενον] Euripid. Bacch. v. 1253. θηρῶν ὀρεγνῶτ'. infra c 6. τοῖς ἀρετῆς ὀρεγνωμόνοις. & c. 9. §. 2. ὀρεγνῶσι· & sic *Gen.* h. l. ὀρεγνώμενον, ut & c. 13. §. 3. SPANH.

i Συνεχές] *L. B.* συνεργὸς.

k Η βασιλεὺς] *L. B.* ὡς βασιλεύς.

l Ενδεδειχώς,] Προδεδωκὼς legisse videtur *Epiphan.* qui vertit, *proditor exstitisset*.

m Πρὸ αὐτῶν] *L. B.* πρὸς αὐτῶν.

n Κατηγόρων] *Gen.* κατηγορῶν.

o Οἱ βοηθοῖεν αὐτῷ,] Η βοηθείας, αὐτῷ δὲ &c. Ita lego ex conjectura. εἰ βοηθεῖεν αὐτῷ in *Editis* & *MSS.* in *Epiphanii* versione *non habens qui sibi auxiliaretur*. HUDS. At conjectura doctiss. viri jam opus non est, quum certiorem lectionem nobis suppeditaverit inviolata *L. B.* manus; ex quo Codice distinctionem posuimus post illud αὐτῷ, δὲ &c. HAV.

p Ηπτεῖτο μείζονος] Sic *Hen.* (*Cocceius*) & *Gall.* ἤπτετο in *Editis Aliisque*. ἥπτετο in *L. B.*

νως [q] ἐγχεῖν μὴ ἀφέξεσθαι τ πράξεως. ἀποθνήσκοντος μὲν γὰρ Ἡρῴδου, βεβαίως αὐτῷ βασιλευομένης τ ἀρχῆς· ἐξικνουμένου δ εἰς τὸ πλέον ζῆν, κινδύνων [r] ἂν περιστάντων ἐξαγγελτὰ γινομένης τ πράξεως, ἧς συνεργὸς γεγονὼς, πολέμιον ἑαυτὸν καταστῆσαι. [s] Διὰ ταῦτα χαλεπὸς πολυπλεκὴς [t] τοῖς περὶ τ πατέρα, κέρδεσι μεγάλοις σκοπούσων τὸ τ ἀπεχθῶν μῖσος αὐτὸν, καὶ μάλιστα τοὺς ὑπὸ Ῥώμης φίλους πομπαῖς μεγάλων δωρεῶν εὐνοῦς [v] καθιστάμενον, περὶ πάντων δ Σατορνῖνον, τ τ Συρίας ὑπομελητήν. [x] Ὑποδέχεσθαί τε δι' ἐλπὶς ἦν αὐτῷ καὶ τ Σατορνίνου ἀδελφὸν μεγάλῃ δώρων ἀπεδόσει, καὶ τοῖς ἀδελφοῖς δ βασιλέως, ἀνδρὶ πρώτῳ τ περὶ τ Ἡρῴδην συνοικοῦσαν, τῷ αὐτῷ τρόπῳ χρώμενον. ψευσάμενός τε φιλίαν περὶ τοὺς ὁμιλοῦντας ἐφνοπάτησεν δι' ἃ πεπεισεῦσθαι, καὶ μῖσος ἀράμενον ἐφ' οἷς πᾶσι ὑπεκρύψασθαι συνεπίστατο. ὁ μὲν ἡπάτα γε τοὺς [y] πιθόντας, περικαλυπτόμενον οὐκ ἔλαττον αὐτὸν, καὶ μηκέτ' εἶναι ἴσων ἀφιλοτιμεῖσθαι, καὶ διὰ τὸ ἤδη ἀφεστηκυῖαν τῇ πάσῃ [z] ἀντιτεχνᾶσθαι αὐτῷ πρὸς τὸ κακόηθες· καί τοι γυναῖκα αὐτοῦ συνοῦσαν [a] θείῳ πρὸς μητρὸς Ἀντιπάτρῳ περιοῦσαν τῇ ἐκείνου δ διαπράξει, [b] λαβὼν τοῦ κόρου πρότερον Ἀριστοβούλου γεγαμημένου, [c] τοῦ γὰρ ἑτέραν οὐκ ἔχ ἀνδρὸς αὐτῆς [d] Καλλαϊκὸς παῖς γυναῖκα εἶχεν· ἀλλ' ὅδεν οὐκ τῷ μὴ καταγνοῆσθαι πονηρὸν ὄντα [e] τοῦ ἡ ὑπογαμία τεῖχος, ὥσπερ καὶ ἡ πρότερον συγγένεια πρὸς τὸ ἀμείνω. τοῦ γὰ Σαλώμου Ἡρῴδης, ἐπιτυδακῦαν Συλλαίῳ τῷ Ἀραβι γαμηθῆναι κατ' ἐρωτικὸν ἐπιθυμίαν, βιάζεται τῷ Ἀλεξᾷ συνοικεῖν, συμπεισθέντος αὐτῷ [f] Ἰουλίας δ πρὸς τοῦ Σαλώμου μὴ ἀνήναθαι τ γάμον, μὴ καὶ [g] ἔχθρα καθίστηται αὐτοῖς πρὸς αὐτόν, [h] ὀμωμοκότος Ἡρῴδου μὴ ἂν εὐνοήσειν Σαλώμῃ, μὴ ὑποδεξαμένῃ τ Ἀλεξᾶ γάμον. καὶ ἐπίδοξος Καίσαρός τε ἔσῃ γυναικὶ τῇ Ἰουλίᾳ, καὶ ἄλλως συμβαλοῦσα πάνυ συμφέρουσα. ἐν τούτῳ δὲ δ τοῦ Ἀρχελάου θυγατέρα δ βασιλέως Ἡρῴδης ὡς τ αὐτῆς πατέρα ἐξεπεμψεν Ἀλεξάνδρῳ συνοικήσουσαν, ἐκ τῶν αὐτοῦ τοῦ περσικὰ ἀποδοὺς, ὥστε ἀμφισβήτημα αὐτοῖς μηδὲν εἶναι.

β'. Ἀνέτρεφε δ αὐτὸς τ παίδων τὰ τέκνα πάνυ ὑπομελῶς· [i] ἦσαν γὰρ τῷ μὲν Ἀλεξάνδρῳ ἐκ Γλαφύρας ἄρσενες δύο, Ἀριστοβούλῳ δ ἐκ [k] Βερνίκης τ Σαλώμης θυγατρὸς ἄρσενές τε τρεῖς, καὶ θήλειαι δύο· καί ποτε παρόντων αὐτῷ τ φίλων ὠδύρατο τὰ παιδάρια, καὶ τ ἐσθλῶν ἀνακλαύσας τοῦ τύχου, εὐχετο μηδὲν τοιόνδε παθεῖν τοῖς ἐκείνων σπέρμασιν· αὐξηθέντας δ ἀρετῇ, [l] καὶ συμφορᾶ δ δικαίᾳ, τὰς τροφὰς ἀμείψασθαι ἃς [m] ποιοῖτο. [n] ἐνεγυᾶτό τε εἰς γάμον, ὁπότε ἀφίκοιντο εἰς ὥρας τοῦ ἐπ' αὐτῷ, [o] τῷ μὲν πρεσβυτέρῳ τ Ἀλεξάνδρου παίδων θεραπὸς θυγατέρα, τῷ δ Ἀριστοβούλου τοῦ Ἀντιπάτρου, καὶ [p] θυγατέρα τοῦ Ἀριστοβούλου ἐπωνόμαζε παιδὶ τῷ Ἀντιπάτρου, τοῦ δ ἑτέρων τῶν Ἀριστοβούλου θυγατέρων, Ἡρῴδῃ παιδὶ τῷ αὐτοῦ, γένει δ τῷ [q] βασιλεῖ ἐκ δ δ ἀρχιερέως

mulabatur cœptos conatus persequi. *scilicet* quod Herode defuncto pro certo regnum adepturus esset: sin vero diutius viveret, magno in periculo foret, ne patefacto facinore, cujus ipse auctor erat & machinator, patrem eo adigeret ut hostis sibi fieret. Hac de causa nullis sumptibus parcebat ut patris amicos demereretur, hominum in se odium abolere volens magnis beneficiis, præsertimque amicos qui Romæ erant, missione ingentium munerum sibi benevolos reddens, & in primis Syriæ prætorem Saturninum. Fore etiam sperabat, ut eorum quæ dono dedit magnitudine sibi conciliaret Saturnini fratrem, iisdemque artibus & regis sororem, quæ uni de præcipuis Herodis amicis nupserat. eratque mirus artifex fidem iis faciendi, quibuscum verteretur, veram esse quam simulavit amicitiam, & ad odium in quoscunque illud susceperat dissimulandum callidissimus. Non tamen fallebat amitam, quæ eum jampridem explorave-rat, nec jam decipi poterat, præsertim quod omnes adhibuerit machinas ad occurrendum ejus malitiæ: quamvis avus maternus Antipatri Salomæ filiam haberet in matrimonio, eam quæ antea nupserat Aristobulo, auctore & conciliatore nuptiarum Antipatro, nam alteram ex ejus marito habebat Callaïcæ filius in uxorem. Sed nec affinitas hæc effecit quo minus perspecta esset ejus malitia, sicut nec prior illa consanguinitas odium exstinguere potuit. Salomen autem, quæ Syllæo Arabi ex amatoria cupiditate matrimonio jungi studebat, compulit Herodes ut nuberet Alexæ, operam suam ei præstante Julia, & Salomæ suadente, ut nuptias non detrectaret, ne apertæ cum ipsa illi intercederent inimicitiæ, utpote quod juraverit Herodes, nunquam se eam amaturum, nisi vellet sese nuptum dare Alexæ. Atque paruit Juliæ, & quod Cæsaris uxor esset, & quod præterea utilia admodum suaderet. Hoc ipso tempore Herodes regis Archelai filiam, Alexandri uxorem, ad patrem remisit, eique dotem de suo restituit, ne quid esset inter eos controversiæ.

In demerendis patris amicis nullis sumptibus parsit.

Amitam fallere non potuit.

Salomen ad Alexæ conjugium compulit Herodes.

Glaphyra patri suo remissa.

2. Herodes autem filiorum liberos alebat accuratissime (sustulerat enim Alexander ex Glaphyra duos mares, & Aristobulus ex Bernice Salomes filia tres filios & duas filias) & cum liberos aliquando, præsentibus amicis, in conspectum eorum dedisset, & filiorum fortunam deploravisset, orabat ne tale quidquam illorum liberis accidat, sed ut virtute aucti, insuper & æqui bonique scientia, gratiam pro educationis cura dignam rependant. Spoponditque in matrimonium, ubi ad id ætatis adolevissent, Alexandri filio grandiori Pheroræ filiam, Aristobuli autem filio Antipatri filiam; Aristobuli autem filiam *unam* addicebat Antipatri filio, Aristobuli vero alteram Herodi filio suo, quem ex pontificis filia rex sustulerat. nam mos nobis est patrius eodem tempore plures habere uxores.

Herodis progenies.

Nepotibus suis sponsalia fieri curat Herodes.

Hæc

q Ἐγχεῖν μὴ ἀφέξεσθαι] *L. B.* ἐγχειῶν μὴ ἀφίεσθαι. *Coccejus* legit ἐκ χειῶν non male. HAV.

r Ἂν περιστάντων] *L. B.* ἀντιτεχνιστάντων.

s Καὶ διὰ ταῦτα χαλεπὸς] Καὶ διὰ δ χαλεπὸς *Hen.* à pr. m.

t Τοῖς] Forte τοῦς. COCC.

v Καθισάμενος,] Ita lego cum Cl. *Lowthio.* (imo jam etiam cum *L. B.*) καθισανένας in *libris.*

x Ὑποδέχεσθαί τε] *L. B.* in *Marg.* ὑπάρξεσθαι.

y Τιτθίδα,] Conf. supr. lib. 16. c. 10. §. 5. SPANH.

z Ἀντιτεχνᾶσθαι] *L. B.* ἀντιτέχθαι. *Coccejus* ἀνθιστάχθαι.

a Θείῳ πρὸς μητρὸς Ἀντιπάτρῳ] Salomes filia Berenice & ante Aristobuli uxor nupta Antipatri filio Avunculo. Vid. ἀλωσ. lib. 1. c. 28. §. 2 & Antt. lib. 18. c. 6. §. 4. & c. 7. §. 1. & lib. 16. c. 1. §. 2. SPANH. Vertunt *Avus maternus*; sed θεῖος est *avunculus*, non *avus*, vel potius nomen generale, & *patruum* & *avunculum* complectens. Vide *Justin.* Instit. L. III. Tit. VI. §. 3. IBBETSON.

b Λαβὼν τοῦ κόρου] Παραλαβὼν *Vat* & *L. B.*

c Τοῦ γὰρ ἑτέραν οὐκ ἔχ ἀνδρὸς] Τοῦ γὰρ ἑτέραν ὁ οὐκ ἔχ ἀνδρὸς *Vat.* & *L. B.*

d Καλλαϊκὸς] Καλλαΐου legisse videtur *Epiphanius*, qui vertit *nam alteram Calleas viri ejus filius habebat uxorem.* *L. B.* Καλλία.

e Ἡ ὑπογαμία τεῖχος,] Illud ὡς ἐ *Codd. Vat. L. B.* & *Gall.*

f Ἰουλίας] Ἰουλίας δ Καίσαρος γυναικὸς *Busb.*

g Ἔχθρα καθίσταιτο] Ita *Busb.* ἐχθρᾷ in *reliquis.*

h Ὀμωμοκότος —— γάμον.] Jurabat quippe Herodes nunquam se circa Salomen benevolum fore, nisi conjugium Alexæ susciperet, & obediret Juliæ &c. *Rufinus.* SPANH.

i Ἦσαν —— δύο.] Tigranes & Alexander Alexandri filii; Herodes, Agrippa & Aristobulus 3 filii Aristobuli, Herodias & Mariamnes 2 filiæ Αλωσ. lib. 1. c. 28. §. 1. & lib. Antt. 18. c. 6. §. 4. SPANH.

k Βερνίκης δ Σαλώμης θυγατρὸς] Βερενίκης *Vat.* & *L. B.*

l Καὶ συμφορᾷ δ δικαίᾳ,] Illud καὶ non agnoscit *Vat.*

m Ποιοῖτο.] Gen. ποιεῖτο & clarè *L. B.* ποιεῖτο exhibet; nescio itaque, unde ἐποιεῖτο (quod exsulare jussi) in *Hudf. Edit.* irrepserit HAV.

n Ἐνεγυᾶτό τε εἰς γάμον,] Ἐγεγύᾶτο *Vat.*

o Τῷ —— αὐτοῦ,] Conf. ἀλωσ. lib. 1. c. 28. §. 2. SPANH.

p Θυγατέρα —— αὐτοῦ,] Herodias dicta est vid. inf. lib. 18. c. 6. §. 4. & ἀλωσ. lib. 1. c. 28. §. 2. SPANH.

q Βασιλεῖ ἐκ δ δ ἀρχιερέως θυγατρὸς.] Vocem ἀτος post βασιλεῖ addit *Vat.*

Hæc liberorum ſponſalia faciebat rex pupillorum miſericordia, ut eis Antipatri amorem ex affinitate conciliaret. Antipater autem non ceſſabat eundem animum erga liberos gerere, quem erga fratres habuerat. Patris etiam ſtudium, quod in eos exſtitit, vehementer illum irritabat, cui jam perſuaſum erat, illos fore potentiores ipſius fratribus, præſertim quod, cum forent adulti, Archelaus, vir regiæ dignitatis, nepotibus auxilium laturus eſſet, & Pheroras, qui & ipſe tetrarcha, pupillarum alteram filio ſuo conjugem accepturus. Quin & ipſum provocabat, quod populus miſeratione orbatorum parentis, odioque in ipſum malitiæ in fratres reum, cuncta *demum* patefacturus eſſet. Itaque tentabat ut patrem ad ſua decreta reſcindenda pertraheret, periculoſum ducens, ut eos in ſocietatem adſciſceret qui tanta eſſent poteſtate. Atque Herodes precibus Antipatri flexus à ſententia ſua diſceſſit, ita ut Antipater ducturus eſſet Ariſtobuli filiam, Antipatri vero filius Pheroræ filiam. Et ſponſalia quidem, invito rege, in hunc modum mutantur.

Antipatri odium in Ariſtobuli & Alexandri liberos.

Herodis uxores liberique.

3. Eo autem tempore Herodes rex uxores novem habebat, videlicet * Antipatri matrem; ac pontificis filiam, ex qua filium ſuſtulit ſibi cognominem, ut & fratris ſui filiam & *alteram* ſororis ſuæ filiam, quæ *duæ* liberos non habuerunt. Erat etiam illi inter uxores Samaritana una, ex qua filios *duos* procreavit Antipam & Archelaum, & filiam *nomine* Olympiadem, quæ poſtea Joſepho nupſit regis fratris filio. Archelaus autem & Antipas Romæ apud privatum quendam educabantur. Cleopatra etiam Hieroſolymitana ei nupta erat, ex qua filios genuit Herodem & Philippum; qui Philippus Romæ educabatur. Porro in uxoribus erat etiam Pallas, quæ ei Phaſaëlum filium peperit. Præterque illas habuit Phædram & Elpim, ex quibus duas filias ſuſtulit Roxanen & Salomen. Filias autem ſuas grandiores, Alexandri *filii ſui* ſorores ex eadem matre, quas ducere Pheroras recuſarat, elocavit, alteram quidem Antipatro ſororis ſuæ filio, alteram vero Phaſaëlo, qui & fratris ſui filius erat. Atque hæc fuit Herodis progenies.

ϑυγατρός. [r] πάτριον γὰρ ἐν [s] ταὐτῷ πλείοσιν ἡμῖν συνοικεῖν. ἔπραττε δὴ τὰς μνηστείας τῶν παίδων ὁ βασιλεὺς ἐλέῳ τῶν ὀρφανῶν, εἰς εὔνοιαν αὐτῶν ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν Ἀντίπατρον [t] προκαλούμενος. Ἀντίπατρος δὲ [u] γνώμῃ τῇ [x] πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς πολιτεύεσθαι οὐκ ἔλιπεν εἰς παῖδας αὐτοῖς γεγενότας. ἥτε γὰρ παρὸν ἀεὶ αὐτοὺς ἠρέθιζεν αὐτόν, [y] μείζονας ἔσεσθαι τῶν ἀδελφῶν προσδεχόμενον, καὶ μάλιστα ὁπότε ἀνδρωθείη, Ἀρχελάου [z] συλλήψεσθαι τοῖς θυγατριδοῖς βασιλέως ἀνδρὸς, καὶ Φερώρᾳ τῷ ἰδίῳ ληψομένῳ τὴν θυγατέρα· [a] τετράρχης δὲ καὶ οὗτος ἦν. ἐπήρετο δὲ αὐτὸν, καὶ τὸ πᾶν πλῆθος ἐλέῳ μὲν τῷ πρὸς τοὺς ὀρφανοὺς χρώμενον, μίσει δὲ τῷ πρὸς αὐτὸν τὸ πᾶν ἐξαγαγεῖν οὐκ ἀπειλημμένον [b] κακοήθειάς τε ἐπὶ τοῖς ἀδελφοῖς. ἐμηχανᾶτο οὖν ἀφέλεσθαι τῶν τῷ πατρὶ ἐγνωσμένων, ἐν δεινῷ τιθέμενος εἰ [c] προσλήψοιτο ποτὲ δὲ αὐτὸς ὁμιλήσας δυνάμεως. καὶ μεταπέμπεται Ἡρῴδης εἰκὼν δεήσασθαι τὸν Ἀντίπατρον, ὡς αὐτὸν μὲν [d] τὸν θυγατέρα Ἀρχελάου γαμεῖν, καὶ τὸν Φερώρα τὸν υἱὸν αὐτοῦ. καὶ τὰ μὲν τῶν ὁμολογιῶν ἦν γάμος τε τὸν κινεῖται τε τρόπον, ἀκυρωθῆναι δὲ βασιλέως.

γ'. [c] Ἡρῴδης δὲ τῷ βασιλεῖ καὶ τέτταρα τὸν χρόνον πεποίηται ἐννέα γυναῖκες, [f] ἥτε Ἀντιπάτρου μήτηρ, καὶ ἡ θυγατὴρ [g] τοῦ Ἀρχιερέως, [h] ἐξ ἧς ὁμώνυμος αὐτῷ [i] παῖς ἐγεγόνει. καὶ ἡ ἀδελφὴ [k] παῖς αὐτῷ μία γεγαμημένη, καὶ [l] ἀνεψιαὶ [m] σὺν αὐτῇς. καὶ τῇσδε μὲν τέκνον οὐδὲν [n] ἐφύη. καὶ δὴ καὶ ἐν [o] γυναιξὶν κἀκ Σαμαρέων ἔθνους μία, καὶ παῖδες [p] αὐτῇ Ἀντίπας καὶ [q] Ἀρχέλαος, καὶ θυγάτηρ Ὀλυμπιάς. καὶ ταύτῃ μὲν ὕστερον Ἰώσηπος γαμεῖ, βασιλέως ἀδελφιδοῦς ὤν. Ἀρχέλαος δὲ καὶ Ἀντίπας [r] ἐπὶ Ῥώμης ἐφοίτων [s] ἰδιώτῃ τροφὰς εἶχον. Κλεοπάτρα [t] τε Ἱεροσολυμῖτις ἐγεγάμητο αὐτῷ, καὶ παῖδες ἐξ αὐτῆς Ἡρῴδης τε ἐγεγόνεσαν καὶ Φίλιππος, οὗς καὶ αὐτὸς ἐν Ῥώμῃ τροφὰς εἶχεν. καὶ Παλλὰς δὲ καὶ οὗτος γαμετῆς, [v] Φασαήλου πεποιημένη αὐτῷ παῖδα· ἔσις γε μὴν ταύτης Φαίδρα καὶ Ἐλπὶς ἦσαν, [x] ἐξ ὧν θυγατέρες δύο ἦσαν, Ῥωξάνη καὶ Σαλώμη. [y] τὰς δὲ πρεσβυτέρας αὐτοῦ θυγατέρας ὁμομήτριος τοῦ Ἀλέξανδρον, ὧν πρεσβυτέρα Φερώρᾳ τὸν γάμον, [z] συνῴκισε τῷ μὲν Ἀντιπάτρῳ [a] τοῦ βασιλέως ἀδελφῆς παιδὶ ὄντι, Φασαήλῳ δὲ τῷ ἑτέρου· καὶ ἔστω Ἡρῴδῃ ἀδελφῇ παῖς ἐγεγόνει. καὶ τέτταρ μὲν Ἡρῴδῃ τὰ γένη καὶ οὗτοι

[r] Πάτριον —— συνοικεῖν.] Conf. *ἀλωσ.* lib. 1. c. 24. §. 2. SPANH.

[s] Ταὐτῷ πλείοσιν ἡμῖν συνοικεῖν.] Καὶ ταὐτὸν Zonar.

[t] Προκαλούμενον.] Ita cum Cod. *Vat.* & *Lugd. Bat.* προσκαλούμενον in *ceteris.*

[u] Γνώμη —— ἔλιπεν] *L. B.* γνώμην τὴν πρὸς τ. ἀδ. πολυπράγμονα οὐκ ἔνλιπε, pro οὐκ ἔλιπε.

[x] Πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς πολιτεύεσθαι οὐκ ἔλιπεν] Conf. infr. c. 3. §. 3. SPANH.

[y] Μείζονας ἔσεσθαι τῶν ἀδελφῶν] Sic *Hen.* à pr. m. μείζονα in *Editis Aliisque.*

[z] Συλλήψεσθαι] Προσδεχόμενον in *Editis Aliisque.* προσληψόμενον *Vat.* in *Epiphanii* verſione, *nepotibus auxilium præbiturus* &c. unde συλλήψομένῳ repoſui.

[a] Τετράρχης δὲ καὶ οὗτος ἦν.] Pheroras Herodis frater τετράρχης, de quo ſupra lib. 15. c. 6. §. 5. SPANH. Vocula καὶ ex *L. B.* inferitur. HAV.

[b] Κακοήθειάς τε ἐπὶ] Κακοήθειά τε.

[c] Προσλήψοιτο ποτὲ δὲ αὐτὸς] Εἰ προσλήψοιτο τῆσδε αὐτὸς in *Editis Aliisque.* εἰ προσλήψοιτο ποτὲ δὲ αὐτὸς *Vat.* & *Lugd. Bat.* προσλήψοιτο σῆσδε *Hen.* in *Epiphanii* verſione, *adverſum ſibi reputans ſi contra ſe talium adunaretur potentia.*

[d] Τὸν θυγατέρα Ἀρχελάου γαμεῖν,] Mariamne vid. infr. c. 15. §. 4. ubi Archelai cum Mariamne uxore divortium. Ariſtobuli filia deſponſa Antipatro ex Pheroræ filia Antipatri filio. SPANH.

[e] Ἡρῴδης —— γυναῖκες,] Conf. *ἀλωσ.* lib. 1. c. 24. §. 2. & c. 29. §. 2. SPANH.

[f] Ἥ τε Ἀντιπάτρου μήτηρ;] Doris. SPANH.

* *Antipatri matrem;*] Scil. *Doridem.* Vide etiam *Petitum* Tomo IV.

[g] Τοῦ Ἀρχιερέως,] Simon vocatur lib. 18. c. 6. §. 1. ubi & de Herode ejus filio: Neque enim Herodes Tetrarcha ſacerdotis filia genitus *juxta Ruſinum.* SPANH. & ſupr. lib. 15. c. 9. §. ut & *ἀλωσ.* lib. 1. c. 3. §. 7.

[h] Ἐξ ἧς καὶ ὁμώνυμος αὐτῷ] Ἐξ ἧς δὴ καὶ *Vat.* & *Busb.*

[i] Παῖς ἐγεγόνει.] De Herodis poſteris vid. inf. lib. 18. c. 6. §. 4. SPANH.

[k] Παῖς αὐτῷ μία γεγαμημένη, καὶ ἀνεψιαὶ σὺν αὐτῇς.] Conf. *ἀλωσ.* lib. 1. c. 28. §. 4. SPANH.

[l] Ἀνεψιαὶ] Ἐξαδέλφη δηλαδὴ· τὰς γὰρ ἐξαδέλφας ἀνεψιὰς ἐκάλουν οἱ παλαιοί, ὡς ἔστιν εὑρεῖν πολλαχοῦ καὶ ὡμῷ τῷ Πλάτωνι, καὶ ἐν ταῖς βίβλοις ταῖς νομικαῖς. *Zonar.* HUDS. ἀνεψιὰ —— Sororis filia è *Zonara*, qui per ἐξαδέλφη exponit. Verum per ἐξαδέλφη videtur intelligi non *ſororis filia* ſed *conſobrina*, vel *patruelis* quo ſenſu interpretatur *Phrynich.* IBBETSON.

[m] Σὺν αὐτῇς] Συὸ αὐτῇ *Vat. Busb.* & *Zonar.*

[n] Ἐφύη.] Ita *Hen.* & *Busb.* ἐφύη in *Editis.* ἴφυε *Gall.*

[o] Αὐτῇ] Αὐτῆς *Vat.* & *Busb.*

[p] Αὐτῇ καὶ Ἀρχέλαος,] Conf. infr. c. 9. §. 4. SPANH.

[q] Ἀρχέλαος,] Conf. *ἀλωσ.* lib. 1. c. 31. §. 1. vid. etiam infr. c. 4. §. 3. & c. 8. §. 1. vid. & *ἀλωσ.* lib. 2. c. 6. §. 1. ut & Antt. lib. 17 c. 9. §. 4. SPANH.

[r] Ἐπὶ Ῥώμης] Illa ἐπὶ Ῥώμης è *Cod. Vat.* & *Epiphan.*

[s] Ἰδιώτῃ] *L. B.* ἰδίῳ.

[t] Τε] Δὲ *L. B.*

[v] Φασαήλου] Conf. *ἀλωσ.* lib. 1. c. 32. §. 7. SPANH.

[x] Ἐξ —— Σαλώμη.] Conf. *ἀλωσ.* lib. 1. c. 29. §. 1. & infr. c. 13. §. 5. & *ἀλωσ.* lib. 2. c. 6. §. 3. SPANH.

[y] Τὰς —— γάμου,] Conf. *ἀλωσ.* lib. 1. c. 22. §. 2. SPANH.

[z] Συνῴκισε —— ἑτέρου·] Conf. *ἀλωσ.* lib. 1. c. 28. §. 6. & Antt. lib. 18. c. 6. §. 4. SPANH.

[a] Τοῦ βασιλέως] Ἀδελφῆς αὐτοῦ & mox ἀπὸ ἀδελφῆ αὐτοῦ π. *Busb.*

ΚΕΦ. β'.

Περὶ Ζαμάρεω Ιουδαίου ἐκ Βαβυλῶνος, περὶ ἐπιβουλῶν Αντιπάτρου κατὰ Ηρώδου· καί τινα περὶ Φαρισαίων.

Τοτε δὴ βουλόμενος πρὸς [b] Τραχωνίτας ἀσφαλῆ εἶναι, κώμην, πόλεως μέγεθος οὐκ ἀποδέουσαν, ἔγνω [c] Ιουδαίοις κτίσαι ἐν μέσῳ, δυσέμβολόν τε ποιῆσαι τοῖς αὐτοῦ, [d] καὶ τοῖς πολεμίοις ἐξεγλίον ὁρμώμενον, ἐμβαλὼν ἐκ τάχους ἀνακωλύτως. καὶ ἐπιστάμενος ἄνδρα Ιουδαῖον ἐκ τῆς Βαβυλωνίας [e] σὺν ἱππεῦσι πεντακοσίοις ἱππότοξόταις πᾶσι, καὶ συγγενῶν πλήθει εἰς ἑκατὸν ἀνδρῶν τὸν Εὐφράτην διαβεβηκότα καὶ τύχας, ἐν [f] Ανθιοχείᾳ τῇ ἐπὶ Δάφνῃ τῆς Συρίας διαιτᾶσθαι, Σατορνῖνον δὲ τότε στρατηγοῦντος εἰς ἐποίκησιν αὐτῷ δεδωκότος χωρίον, [g] Οὐαλαθὰ ὄνομα αὐτῷ, μετεπέμπετο τοῦτον σὺν τῷ πλήθει τῶν ἑπομένων, παρέξειν ὑπισχνούμενος γῆν, [h] ἐν τοπαρχίᾳ τῇ λεγομένῃ Βαταναίᾳ, ἀφίξετο δὴ αὐτὴ τῇ Τραχωνίτιδι, βουλόμενος πρόβλημα τοῖς κατοίκησιν αὐτοῦ κτᾶσθαι· ἀτελῆ τε τὴν χώραν ἐπηγγέλλετο, καὶ αὐτοὺς εἰσφορῶν ἀπηλλαγμένους ἁπασῶν [i] αἷς εἰώθασιν ἐγκατοικεῖν, τοῖς γῆν [k] ἄπρακτον θεραπεύουσιν.

β'. Τούτοις πεισθεὶς ὁ Βαβυλώνιος ἀφικνεῖται, καὶ, λαβὼν τὴν γῆν, φρούρια ᾠκοδομήσατο, καὶ κώμην, [l] Βαθυρὰν ὄνομα αὐτῇ θέμενος. πρόβλημά τε ἦν ἔτι ὁ ἀνὴρ, καὶ τοῖς ἐγχωρίοις τὰ πρὸς τοὺς Τραχωνίτας, καὶ Ιουδαίων τοῖς ἐκ Βαβυλῶνος ἀφικνουμένοις [m] διὰ θυσίας ἐπὶ Ιεροσολύμων, ἢ μὴ ληστείαις ὑπὸ τῶν Τραχωνιτῶν κακουργεῖσθαι. πολλοί τε ὡς αὐτὸν ἀφίκοντο, καὶ ἀπανταχόθεν οἷς τὰ Ιουδαίων θεραπεύειν πάτρια. καὶ ἐγένετο ἡ χώρα σφόδρα πολυάνθρωπος, ἀδεία δὲ ἐπὶ πᾶσιν ἀπελῆς, ἃ [n] παρέμενεν αὐτοῖς Ηρώδου ζῶντος. [o] Φίλιππος δὲ ὁ δεύτερος ἐκείνου, θαλαττῶν τὴν ἀρχὴν, ὀλίγα τε ἐπ' ὀλίγον [p] αὐτοὺς ἐπεζάτο. Αγρίππας μέντοι γε ὁ μέγας, καὶ ὁ παῖς αὐτοῦ [q] καὶ ὁμώνυμος, καὶ πάνυ ἐξετρύχωσαν αὐτούς, ἀ μέντοι τὰ τῆς ἐλευθερίας κινεῖν ἠθέλησαν. παρ' ὧν Ρωμαῖοι δεξάμενοι τὴν ἀρχὴν, καὶ μὲν ἐλευθέρους ἐκ αὐτοὺς τηροῦσι τὴν ἀξίωσιν, ἐπιβολαῖς δὲ τῶν φόρων εἰς τὸ πάμπαν ἐπίεσαν αὐτούς. καὶ τάδε μὲν ἡ καιρὸς ἀκριβώσομαι περιόντος τοῦ λόγου.

γ'. Τελευτᾷ δὲ Ζάμαρις ὁ Βαβυλώνιος, [r] ὃν ἐπὶ κτήσει τῆσδε τῆς χώρας [s] Ηρώδης [t] μεταπεμψάμενος, ζήσας μετ' ἀρετῆς, καὶ παῖδας [v] λειπόμενος ἀγαθούς· Ιάκιμον μὲν, ὃς ἀνδρείᾳ γνώμης ἐπιφανὴς ἱππεύσι [x] συνεκρότησεν τοὺς ὑφ' αὐτῷ Βαβυλωνίους, καὶ ἴλη τῶνδε τῶν ἀνδρῶν ἐδορυφόρει τότε τοὺς βασιλέας. καὶ Ιάκειμος, ἐν γήρᾳ τελευτῶν, Φίλιππον ἄνδρα χείρας ἀγαθὸν κατέλιπεν τοῦ υἱόν, καὶ τἄλλα ἀρετῇ [y] χρησάμενος [z] περὶ ὃν τινα οὐκ ἀξιόλογον. διόπερ φιλία τε πιστὴ καὶ εὔνοια ἀσφαλὴς αὐτῷ πρὸς Αγρίππαν γίνεται τὸν βασιλέα· στρατιὰν δὲ, ὁπόσῳ ὁ βασιλεὺς ἔτρεφεν, ὅτε ἀσκῶν διεπέλει, καὶ ὅπη ἐξοδεύειν δέησεν ἡγεμόνος.

CAP II.

II.

De Zamari Judæo Babylonio, de insidiis Antipatri contra Herodem; deque Phariſæis nonnulla.

EO autem tempore, cum vellet adverſus Trachonitas in tuto eſſe, ſtatuit vicum, qui urbi magnitudine non cederet, Judæis in medio condere, ut & ſuam terram contra irruptiones muniret, factoque è propinquo in hoſtes impetu, repentina incurſione eos infeſtaret. Cumque intelligeret Judæum quendam è Babylonia cum quingentis equitibus, qui omnes eſſent ex equo ſagittarii, & cognatorum multitudine ad centum homines, Euphrate forte trajecto, degere in Antiochia quæ eſt ad Daphnen Syriæ, eique Saturninum, qui tum prætor erat, locum dediſſe ad habitandum, nomine Valatha, hunc *ipſum* ejuſque comites accerſivit, pollicitus ſeſe ei terram daturum in præfectura Batanæa, quæ Trachonitidi confinis eſt, eo animo ut ejus habitationem propugnaculum *in hoſtes* haberet: promiſitque regionem vectigalibus immunem, utque ipſi incolerent nullis tributis obnoxii, quæ pendi ſolebant, cum terram ab exactionibus liberam *eis* dediſſet.

Herodes urbem condit, quæ Judæis propugnaculo eſſet contra Trachonitas.

Zamaris, Babylonia relicta, in Syria habitat.

Eum in Batanæam pertrahit Herodes.

2. His inductus Babylonius venit, terraque occupata in ea caſtella ædificavit, atque vicum, quem Bathyram appellari voluit. Erat & iſte vir præſidio tum incolis adverſus Trachonitas, tum Judæis qui ex Babylonia Hieroſolyma veniebant ob ſacrificia, ne latrociniis eos vexarent Trachonitæ; multique ad eum ſe receperunt, & undique ii quibus curæ erant patria Judæorum inſtituta. Et facta eſt ea regio valde populoſa, quod ſecure ageretur cum immunitate in omnibus, quæ eis Herode vivente *ita* manſerunt. Philippus vero filius ejus, principatum adeptus, pauca & non diu ab eis exegit. Cæterum Agrippa Magnus & filius ejus ei cognominis eos etiam valde attriverunt, tamen libertatem eis adimere noluerunt. A quibus Romani cum accepiſſent principatum, libertatis dignitatem etiam illis conſervarunt, ſed tributis quæ imperarunt in univerſum eos oppreſſerunt. Et iſta quidem ſuo tempore accuratius deinceps perſequar.

